4 Vtrum promouere aliquẽ ad dignitatem propter cõſanguinitatẽ ſit acceptio pſonarũ? Rñ.ſecundũ Alex. vbi ſuprà, q ſunt beneficia tẽporalia,& ſpiritualia. In collocatione beneficij temporalis,cui non eſt annexũ ſpirituale,licet illud cõferre intuitu cõſanguinitatis, ſi bon9 eſt,qa conſanguinitas eſt bene conditio faciẽs ad negotiũ circa diſpenſationes patrimoniorũ. Si verò eſt annexũ ſpirituali, puta qa ſunt res eccleſiæ, vel q̃ pauperib9 ſunt diſpenſanda,ſimiliter licet ei conferre, non ex ratione conſanguinitatis principali,ſed ſecundaria, vt non egeat,ſed non ita,vt luxuriet. Si verò eſt ſpirituale beneficiũ non eſt attendẽda ratio conſanguinitatis,vel carnis, quia ſpiritualia non dãtur iure ſanguinis b,ſed diuino munere.ſed attẽdi debet ratio ſpiritualis,q̃ ſ. eſt, vt detur iuſtiori & meliori,non ſimpliciter, ſed ad illud regimẽ,vt in c.licet.8.q.1. Qđ ſi conditiones ſint pares poteſt ex illis conditionibus moueri ad dandũ conſanguineo, dummodo non ſit ſcandalũ c ex reſpectu conſanguinitatis,qa pp ſcãdalũ multa dimittẽda ſunt.ergo eſt acceptio pſonarũ in pmotionib9 ad dignitates & officia,qñ beneficiũ ſpirituale datur pp conſanguinitatẽ principaliter d facit.c.Moyſes.8.q.1.vel qñ non datur meliori ad illud regimẽ,vt in d.c. licet,qa talis infideliter agit negotiũ domini, non meliorãs, cũ poteſt: vel qñ quodcunque officiũ datur indigno; e concor.Tho. in quoli.& ſecunda ſecundæ.q.63.

5 Vtrũ cum conditiones ſunt inæquales excedẽtes, & exceſſę,puta literat9,ſed ignobilis,alter nobilis, ſed illiterat9, ſit acceptio perſonarũ,ſi præponatur nobilis? Rñ.Alex.vbi ſupra, q licèt literatura ſimpliciter ſit pferẽda,nobilitati, vt in c. venerabilis,de præben. qa eſt neceſſaria in regimine eccleſiæ, tñ in caſu poteſt pferri nobilitas,vt arceantur lupi p potentiã,& in caſu vt ſint diuerſa mẽbra in corpore eccleſię,quib9 pax ei9 conſeruet,& ſic nobiles pñt promoueri,dũmõ morũ honeſtas eis ſuffraget.

6 Vtrũ ſi præferatur minus bon9 vir maiori bono, ſit acceptio perſonarum? Reſpon. Alexan. vbi ſupra.Quod aliud eſt ĩ maiori dignitate,aliud eſt in minoribus beneficijs. Aliud cũ eligitur de gremio illius eccleſiæ. Aliud cum poſtulatur de alterius gremio. Cũ ergo electio eſt facienda ad maiores dignitates, requiritur ſecundùm conſcientiam, vt eligatur vtilior regimini, a dummodo ſit bonus, quia ſecundùm Albertum Magnũ peccat mortaliter,qui promouet malum, quãuis ſit multùm profuturus,quia qui ſibi nequam eſt, alteri non poterit eſſe bonus; & qui ſibi non parcit, multominus alijs parcet,

a Septimò ] Pone exemplum in capitulo, nouit,de iudic. vbi in correctionibus fiendis non eſt habenda ratio inter paruum & magnum,& In iudicijs non perſonarum acceptio habenda.

b Iure ſanguinis ] ideſt non propter ſanguinem, ſed diuino munere, ideſt ſpirituali conceſſione. In talibus enim non debet haberi reſpectus niſi ad ſpiritum, & ad rationis cõgruentiam. Si enim quis conferendo officium, vel beneficium habet reſpectum ad aliquod carnale vel temporale, ſimoniam committit. 1. quæſtion. 1. ſunt nonnulli.

c Dummodo nõ ſit ſcandalum ] Puta quia alij prælati mouerentur ex hoc ad dandum beneficia ſuis conſanguineis minus dignis. & hæc ratio eſt propter malum exẽplum, & hoc ſi timeatur probabiliter. Et ſic not. quòd opus de ſe licitum efficitur illicitum, ſi inde oriatur ſcandalũ, vel alteri detur occaſio peccandi, Roſe. hic. §. primo.

d Propter conſanguinitatẽ principaliter] Secunda ratio eſt, quia conditio affinitatis non eſt conditio pertinens ad eccleſiaſticam curam &c. Ex his infertur, quòd ſi quis diſpenſat iura communia vel particularia ſine rationabili cauſa, magis circa vnam perſonam,quàm aliam puta quia eſt amicus, vel conſanguineus, vel ſi diſpenſat ante legitimam ætatem, vt promoueatur, vel habeat curam animarum &c. vel Abbas diſpenſat cum aliquibus in eſu carnium, quia amicus &c. vel in laboribus. Omnia hæc videntur pertinere ad acceptionem perſonarum. Similiter in diſtributione eleemoſinarum, ſi dat conſanguineis, & non illis, quos credit magis indigere. Similiter ſi quis in conſilijs dat vocem &c. Et in omnibus his videtur grauius peccare, ar. 41. diſtintio. miramur.

e Indigno] Quia tunc, ſi non eſt bonus, eſſet eligere ſimpliciter malum. Nam ſecundũ Alb. Mag. promouens ad ordinem, vel curam paſtoralem, vel aliquod beneficium eccleſiaſticum ſcienter indignum, abſque dubio peccat mortaliter.nec nobilitas excuſare poteſt, vt promoueatur malus, Quià quantò nobilior, tantò nociuior. Et ſi dicatur,alium non eſſe ita vtilem,omnino iſta ratio nõ valet, Quia vtilitas ſpiritualis prę ponenda eſt, nec excuſat paucitas miniſtrorum eccleſiæ &c.



cet.ff.de his, qui ante ſent. l. final. nec excuſat ſecundùm eum paucitas miniſtrorum eccleſiæ. In minori verò beneficio ſufficit, quòd bon9 ſit. a Si verò fiat poſtulatio, requiritur, vt ſecundùm conſcientiã ſuam eligat vtiliorem, & meliorem.

7 Vtrũ pauper poſſit præponi diuiti in iudicio? Reſ. Alex. vbi ſupra quòd non, ſed æquitas debet ſeruari b & illud eccleſiaſtici. 4. cap. In iudicando eſto miſericors pupillis.& Eſa. 1. Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo,& ſimiles intelligũtur; vt iudex tueatur miſerabiles perſonas ab oppreſſione potentum. Et ſi timore,vel amore defecerint pſonæ neceſſariæ ad inſtructionem ſuarum cauſarum iudex debet eis ſubuenire. In veritate autem ſententię nulli parti parcere.

8 Vtrum exhibitio honoris,quæ fit prælato malo inducat acceptionem perſonarum? Rñ. qui ſupra ibid. quòd prælatus ſpiritualis ſiue temporalis debet honorari ratione poteſtatis à Deo acceptæ. Cum quis autem c honorat peccatorem amore indebito à quo deberet corrigi, tunc peccatum eſt.

9 Vtrũ exhibitio honoris pter diuitias ſit acceptio perſonarum? Reſpon. Alex. vbi ſupra, quòd ſi tantùm habetur reſpectus,ad diuitias,vt tantò melior, quãtò ditior videatur, peccatum eſt. Similiter ſi de exhibitione honoris eccleſiaſtici hoc intelligitur. Si verò hoc fiat pro vitatione ſcandali, ita tamẽ quòd pauper non cõtemnatur,vel diues in peccato non foueatur,non erit peccatum.

10 Vtrum acceptio perſonarum ſit peccatum mortale. Reſpond. Angel. de Anco.libr. de poteſtate Papæ, quòd peccatum mortale tollit nobis Chriſtum, qui eſt vita noſtra,ad Colo. 3. capitulo Chriſtus autem tribus modis in nobis eſt, ſcilicet per iuſtitiæ æquitatem, per doctrinæ veritatem, per vitæ ſanctitatem, Ioann. 13. ego ſum via,ſcilicet iuſtitiæ,veritas, ſcilicet doctrinę & vita,ſcilicet exẽpli. Quando autẽ acceptio perſonarum repugnat iuſtitiæ,puta non reddens iuſtitiam,cui debem9,vel faciẽs

a Sufficit q bonus ſit ] ſcilicet quantum ad hoc, vt electio non poſſit impugnari in iudicio, ſufficit q bonus ſit, nec oportet eligere meliorẽ, quia ſic oĩs electio poſſet impugnari. Sed quantũ ad conſciẽtiam eligentis neceſſe eſt eligere meliorẽ vel ſimpliciter vel per reſpectũ ad bonum commune; vide infra, elec. §.21.

b Aequitas debet ſeruari ] Iuxta illud Exod. 24. pauperis non miſereberis ĩ iudicio. Vnde Prouerb. 18. Accipere perſonam in iudicio non eſt bonum. Et Reg. in 6. dicit, In iudicijs non eſt pſonarũ acceptio habenda. Et ratio eſt, quia per hoc corrumpuntur iudicium, & iuſtitia. Nam ſecundum Thomã ſecunda ſecundę queſtio. 63. iudicium eſt actus iuſtitiæ, prout ſcilicet iudex reducit ad æqualitatem iuſtitiæ ea, quæ inæqualitatem facere poſſunt oppoſitam. Perſonarum autem acceptio ſapit inæqualitatem, inquantum attribuit vni perſonæ præter proportionem, in qua conſiſtit iuſtitia &c. in pœnis tamen detortur dignitati. 45. diſtin. Cum beatus, de offi. dele. c. ſanè. Et nota. in c. fin. de tranſact. & in cap. 1. 40. diſtinct. Extra ea, quæ hic dicuntur, Quæro, an ſit acceptio perſonarum plus punire pauperem, quam diuitem pro eodem delicto? Reſpon. aut pœna imponitur pecuniaria. & tunc magis punitur diues. Si verò pœna eſt corporalis, magis pauper. Qui ergo facit contra ea, quę dñr videtur eſſe acceptator perſonarũ. De his no. Barto. in l. Pedius, ff. de incen. rui. & nau. & in l. quædam, ff. de pœnis, & l. properandum. §. ſin autem vterque, C. de iudi. Cyn. & Bald. in l. fina. C. de ſumma trini Adde quæ no. Ang. in d. l. Pedius. Et ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ, queſtio. 185. Et quæ no. Panormita, in c. cum quidam, de iureiuran. Et Bald. in §. ſi quis temerario, de pa. iura. firman. vide Panormi. in c. magnæ, de vot. Et gloſſ. in cap. conſideret, de pœni. diſtin. 5. in ver. Ideo, gloſſ. in c. non coguntur. 41. di. gl. in c. 1. 40. di. & gl. in c. q. viderit. 32. q. 5. tamen, Bart. in d. l. 1. dicit, q ſi fit in derogationem dignitatis, & officij, magis punitur conſtitutus in dignitate. Si autem aliter, habet locũ hæc diſtinctio.

c Cum quis autem] Circa iſtos duos. §. ſciendũ, Cum honor ſit quoddam teſtimonium de virtute eius, qui honoratur, ſola virtus eſt cauſa honoris. Sed aliqs pt honorari nõ ſolũ pp virtutẽ propriam, ſed & alienam, vt prælati, & principes. Nam honorãtur etiam ſi ſunt mali, inquantũ gerunt perſonam Dei & cõmunitatis, cui præficiuntur. Eademq; ratione ſunt honorandi parentes, & domini, propter participationẽ diuinæ cõmunitatis, quia Deus eſt omniũ pater, & domin9. ſenes quoq; propter ſignum virtutis, quod eſt ſenectus: diuites, qa maiorẽ locũ in communitatibus obtinent, quia eſt vnus honor, qui debetur alicui ſecundum ſtatum, quem tenet in repub. Et diuites regulariter tenent maiorem ſtatum, &c. Sed ad alium honorem, qui cõmendando, ſeu reuerẽtia &c. diuitiæ nihil faciunt. In his autem, quę pertinent ad fidem Chriſti, peccatum eſt præferre diuites pauperibus, ſicut miniſtratores ſacramentorum, vnde ſi quis vellet audire confeſſiones diuitum, & non pauperum, vel non ita diligenter, aut tradere euchariſtiam &c. niſi ex hoc crederet magis diuites indigere, vel

contra, a amore amicitiæ pecuniæ & huiuſmodi, ſic eſt mortale. Quando verò repugnat doctrinæ, puta determinando, vel declarando ex complacentia cōtra ſanctam doctrinam, ſic eſt mortale. Quando verò repugnat vitæ, puta cum præfertur malus bono, indignus digno propter conſanguinitatem, & huiuſmodi non congruentia ad ipſam rem, quæ datur, ſic eſt mortale. adde etiam, ꝙ eſt mortale, quando melior ad dignitatem eccleſiaſticam nō prefertur, ſaltem in maioribus dignitatibus, vt patet per ea, quæ no. infra electio. §. 21. iuncto, quod dico ſupra hic. §. 6.

ACCIDIA b ſecundùm Ric. de ſancto Victo. eſt torpor mentis bona inchoare negligētis, vel ſecundū Dam. eſt triſtitia aggrauans mentē, vt nihil boni ei agere libeat. Et hæc eſt definitio eſſentialis ſecundùm Alexand. ſecunda ſecundæ, tractatu de accidia; aliæ ſunt per effectus, & differt ab inuidia, ſecūdùm Alexā. ibidem, quia eſt de alieno bono, Accidia verò de proprio.

1 Vtrum accidia ſit contra aliquod præceptum decalogi? Reſpon. Alexand. vbi ſupra, quòd eſt ſpecialiter & explicitè contra illud Eccleſiaſti. 38. Ne dederis in triſtitiam cor tuū, ſed repelle eam a tē. & vigeſimo. Triſtitiam longè expelle a te, multos enim occidit, & non eſt vtilitas in illa. Implicitè verò eſt contra illud, Memento, vt diem c ſabbati ſanctifices? Exod. vigeſimo. In accidia eſt triſtitia de ſpirituali bono & laborioſo cum amore quietis carnalis. In illo vero pręcepto eſt amor ſanctæ quietis, quæ cum gaudio eſt in bono ſpirituali, licèt ſit laborioſum. Vnde licèt præcipiatur ibi abſtinere ab opere ſeruili, in quo eſt labor, non tamen prohibetur bonum ſpirituale, vt orare, prædicare, & huiuſmodi, quæ ſunt bona ſpiritualia, licèt laborioſa. Et ex iſtis patet, ꝙ de ſua ratione accidia eſt

re, vel maiorem fructum inde ſequi, vel non ita patienter expectare, eſſet acceptio perſonarum.

a Faciens contra] Iſtud etiam vicium multum nocet bono communi. Vnde in l. diuina prohibetur, Deuter. 1. non accipietis cuiuſquam perſonam. Et de Chriſto dicitur Matt. 22. Nō reſpicies perſonam hominum.

b Accidia] Accidiari ſtomachari. Eſt tedium animi, vel anxietas. Et ſecundū Tho. dr̄ accidia quaſi acida. Acida autē ſeu acetoſa ſunt frigida, frigus verò inducit difficultatem, & tarditatem in motu. Videmus enim cū aqua ex frigore congelatur, immobilis manet, q̄ ex ſe flueret. Et ſenes, quia frigidi ſunt, graues & tardi ſunt ad ambulandum; ſecus de adoleſcentibus. Accidia ergo eſt quædam frigiditas ſpiritualis, ſeu defectus amoris ſpiritualis & feruoris diuini, ex quo anima non mouetur, vel cum difficultate mouet ad bene operandum. Et vt clariꝰ intelligas ſcias ꝙ accidia primo modo eſt triſtitia de bono ſpirituali, & ſic eſt generale peccatum, & non vnum de ſeptem. Quia omne peccatum refugit bonum ſpirituale virtutis ei oppoſitæ, vt ſuperbia refugit bonum ſpirituale, qui eſt actus humilitatis. Et luxuria bonum caſtitatis. Et ſic de alijs ſecundùm Thom. ſecunda ſecundę. q. 35. Secundo modo eſt horror ſpiritualis boni, inquantum eſt laborioſum, vel moleſtum corpori, aut impeditiuum delectationis eius. Et ſic a vitijs carnalibus non ſeparaē, quibus quis quietem & delectationem corporis quęrit. Et ſic etiam non eſt vnum de ſeptem. Tertio modo eſt triſtitia de bono ſpirituali, inquantum diuinum, & ſic ſpeciale peccatum & vnum de ſeptē, quia opponitur ſpeciali virtuti, quæ eſt charitas, cuius eſt gaudere de bono diuino. Et ſic eſt peccatum capitale, quia ex ea promptum eſt, vt alia vitia oriantur, ſecundùm rationem cauſæ finalis. Et hæc diuerſimodè aſſignantur a Grego. vt hic in §. fi. Et ab Iſidoro lib. de ſummo bono quæſtione vndecima ponitur, quibus diſtinguitur triſtitia ab accidia. Nam ſecundū eum propriè dicitur triſtitia, inquantum recedit a graui & laborioſo ope. Et ſic ex ea oriuntur, deſperatio, puſillanimitas, rancor, amaritudo, quæ non eſt ſpeciale vicium, ſed effectus quidam rancoris. Accidia inquantum quis accedit ad indebitam quietem laboris tædio, & ſic ſeptem oriuntur ex ea ſcilicet ocioſitas, cū prætermittuntur bōna præcepta. Somnolentia, cum negligenter impletur pręcepta. Hæc duo ſub tempore cōprehenduntur. Importunitas eſt euagatio mentis circa illicita reſidet in ipſa arce mentis volentis ſe diffundere ad diuerſa. Curioſitas, cum indebitè, vel immoderatè ſe diffundit ad diuerſa cognoſcenda. Verboſitas, cum indebitè & immoderatè vagatur in verbis. Inquietudo corporis, cum per immoderatos membrorum motus vagationem mentis indicat. Inſtabilitas cum diuerſorum ſit mutatio locorum, vel propoſiti. Et hæc quinque ad mentis euagationem pertinent, quam ponit beatus Gregorius. Et mortale dicitur quandoque talis triſtitia, quando contingit vſque ad conſenſum rationis, qui conſentit in fugam, & horrorem & deteſtationem boni diuini, carne contra ſpiritum omnino præualente. veniale verò quandocunque non contingit vſque ad conſenſum rationis, ſed eſt in ſola ſenſualitate propter ſolam repugnantiam carnis ad ſpiritum.

c Catechiſmus in explicatione huius præcepti, & in primum. Non habebis Deos.

P. V.





mortale peccatum a. vnde 2. ad Cor. 7. Triſtitia huius ſœculi mortem operatur. Et vt aduertere poſſis, quādo accidia habet propriam rationem, & eſt mortale peccatum, attende, quod, aut talis triſtitia boni conſiſtit in omiſſione neceſſariorum ad ſalutem, & ſic eſt mortalis, aut in omiſſione eorum, quæ non ſunt neceſſaria, & ſic eſt veniale peccatum. Aut deducit ad aliquod mortale, vt puta deſperationē, & ſic eſt mortale peccatum. Et ex hoc patet quid dicēdum de eo, qui attediatus abhominatur diuina, & ſpiritualia, quia niſi ſint neceſſaria ad ſalutem, & ea dimittat, vel deliberatè diſponat dimittere, nō peccat mortaliter. Similiter de eo, qui ꝓpter alicuius mortem diſponit nō benefacere, & de neceſſarijs, quod peccat mortaliter. Idem de eo, qui propter hoc nollet eſſe creatus a Deo, vel vellet eſſe irrationale animal, quia eſt mortale ſi deliberatè. Idem ſimiliter de illo, qui propter triſtitiam incurrit grauem infirmitatem, aut notabile corporis nocumentum, quia mortale eſt, ſi poteſt ſe iuuare, & huiuſmodi. Et ſecundùm prædicta intellige Th. ſecunda ſecūdę, quęſt. 35.

2 Vtrum accidia ſit grauiſſimum peccatorum. Rň. ſecūdùm Alc. vbi ſupra, ꝙ eſt loqui de accidia multipliciter. Vno mō, ſ. in ꝙ terminatur, & conſummatur in deſperationem, & ſic eſt grauiſſimum peccatorū ratione deſperationis adiunctæ in qua terminatur. Aut loquimur de accidia ratione ocioſitatis ſibi adiunctæ; Et hæc ocioſitas eſt occaſio multorum malorum, quia anima niſi in bonis occupetur, in malis defluit, & ſic eſt magnum malum. Veruntamen ratione generis peccati non eſt maximum peccatorum, quia maius eſt infidelitas ſuperbia, & huiuſmodi.

3 Quæ ſint filiæ accidiæ? Reſpond. ſecundùm Gregor. trigeſimoprimo mor. quòd ſunt ſex. Prima deſperatio. Secunda puſillanimitas reſpectu conſiliorum. Tertia ocioſitas. Quarta torpor, ſeu pigritia circa præcepta. Quinta eſt vagatio mentis illicita. Sexta malitia, qua quis deteſtatur bona ſpiritualia, de quibus dicetur in loco ſuo de qualibet.

ACTIONES b a iure ciuili ortū habent ſecundùm Innocentium, de conſtitutio. capitulo. quæ in eccleſiam. Et de ſpecialibus, generalibus, & vniuerſalibus, c quales ſint, & qualiter formentur, vide Inno. de offic. ordi. cap. conquerente, dę lib. obla. cap. ſecundo, de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia. de ſepultu. certificari, quia pertinent ad forum contentioſum.

1 Quæ dicantur actiones bonæ fidei, habetur Inſtituta. de act. in §. actionum, & in gloſſ. capituli. cum venerabilis, de excep. & ſunt 15. ex vendito, ex empto, locatio, & conductio, negotiorum geſtio, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de ęſtimato proponitur, permutato, & hæreditatis petitio, nec dicuntur bonæ fidei, quia ſolùm, in his ſit ſeruanda bonafides, ſed quia in his magis exuberat iudicis officium, quàm in alijs.

2 Quæ dicuntur ſtricti iuris? Reſpon. tex. Inſtituta. vbi ſupra, quòd ſunt aliæ ab his. vt actio ex mutuo, & arbitrium, & his ſimilia, & dicuntur ſtricti iuris, quia non venit in eis, niſi quod ſtrictè exigit actionis natura. & de ipſis vide gloſſ. in dicto capitulo, cum venerabilis.

3 Quæ dicuntur actiones perſonales? Reſpō. Fran. Vercel. vt refert Gem. in c. diſpēdia, de reſcri. li. 6. quòd ſunt, quæ perſonas tenent obligatas ex contractu, vt mutuo, locatione, &c. vel quaſi contractu, vt nego

a De ſua ratione accidia eſt] Vel ſaltem ſemper mala, & hoc dupliciter, vno modo ſecūdùm ſeipſam, quando ſcilicet eſt de eo, quod eſt apparens malum, & verè bonum, Licèt appareat malum, ſenſitiuè propter laborem, quod eſt in eo. Attamen quando triſtatur qs de aliquo opere, ad quod tenetur, eſt peccatum, ſicut contra, delectatio eſt mala, & peccatum, quando eſt de verè malo, ſed apparenti bono, vt delectatio fornicationis, & huiuſmodi. Secundo modo ſecundùm affectum vt hic.

b Actiones] Not. quod actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, vt inſtitut. de actio. §. 1. & per conſequens eſt effectus obligationis, & eius filia, vt dicit gloſſ. in ſtitutia. de obligat. Et quomodo obligatio eſt iuris vinculum. & quomō oriantur actiones diuerſimodè, vide Bar. in l. cum qs C. de iur. & fac. ign. Et in l. 1. ff. de condi. indeb.

c Et vniuerſalibus] De actionibus vniuerſalibus & particularibus vide per Pa. 1 d. c. 1. de li. obl. Et per In. in d. ca. cū ad ſedē.

tiorũ geſtio, tutela & hmõi Aut maleficio, vt furti dãni iniuriæ, &c. vel quaſi maleficio, vt in iudice malè iudicãte ex imperitia, & proijciente de cenaculo, quod nocuit, vt Inſt. de obliga. & in rubricis ſequentibus.

4 Quæ ſunt actiones reales? Rñ. Gem. vbi ſupra, ꝙ ſunt q̃ ſequunt̃ rẽ, & nõ ꝑſonam nec per eas dicitur perſona obligata, vt rei vendicatio, Publiciana. & ſimiles ſecundũ Ioa. de Imola.

5 Vtrũ in actionibus perſonalibus currat præſcriptio cõtra eccleſiã, & alios vide infra, ꝓſcriptio. §. 34.

6 Actio eſt inanis creditoris, quam excludit inopia debitoris c. olim nobis, de re. ſpo. ff. de dolo. l. nã is. & q nihil habet, ei⁹ periculo nihil eſt, ff. de furtis, l. itaq; fullo. §. 1. & ex. de vſu. cũ tu.

ACOLYTI [a] Grecè, ceroferarij Latinè. 21 di. c. clericos, ĩ fi. vnde ei⁹ offm̃ eſt præparare luminaria, & ipſa portare corã miniſtris altaris. 25. diſ. perlectis. 33. di. §. deſeruientes.

ACCOMODATIO. Vide infra, commodatum.

ACTVS [b] requirit tria regulariter, vt in c. magnæ, de voto, & ar. 2. quæſ. 1. aliud. Primũ, quid liceat ſecundũ æquitatẽ. æquitas verò eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ tẽperata ſm Cypria. Secundũ, quid deceat ſecundũ honeſtatẽ. & eſt diuerſum à verbo, licet: quia multa licẽt, q̃ non decent. Tertiũ, q d expediat ſecundũ vtilitatẽ, vnde filiæ ſine cõſẽſu patris cõtrahere matrimoniũ licet, vt in c. ſuffi ciat. 27. q. 2. ſed nõ decet, vt ĩ c. 1. de deſp. imp. nec ẽt expedit, cũ mulieres ſæpe laborẽt ꝯ propria cõmoda. l. ſi pater, in fi. C. de deſpon.

1 Qũo cognoſcẽt, ſi actus eſt validus? Reſ. Pan. in c. cũ olim, de cle. coniug. ꝙ recurrendũ eſt primò ad conſuetudinẽ loci, vbi q̃s oriũdus fuit, vel vbi act⁹ eſt geſtus, & non ad conſuetudinẽ loci alteri⁹, vel vbi act⁹ eſt applicand⁹ [c]. Exẽplũ natus de patre ſacerdote ecclaſiæ oriẽtalis, qui contraxit ſm eorũ ritũ, eſt legitimus vbiq;, & ideo põt eligi in eccleſia occidentali ꝓ ꝑlato. facit in ar. ad hoc l. 1. C. de emã. li. & no. per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. & l. cũctos populos. C. de ſum. tri. & facit ad qõnẽ verũ teſtm̃ factũ Senis cum tribus teſtibus ſecundũ eorum ſtatuta valeat quò ad bona alibi exiſtentia. [d]

2 Itẽ actus geſt⁹ ab habẽte duplicẽ ptãtem, ſemper in dubio ꝓſumitur geſt⁹ ſm eã poteſtatẽ, ſecundũ quã actus tolerari poſſit, vt valeat, vt no. Pa. in c. niſi eſsẽt de ꝓben. facit. c. qđ ſicut, [e] de ele. vbi ꝓſumitur actus

a Acolyti] Vnde Latinè dicuntur accedentes, a deportandis, cæreis, quando legẽdum eſt euangelium, aut ſacrificiũ offerendũ, tunc. n. accendunt luminaria & portant, licèt ſol eodem tẽpore rutilet, ad ſignum tamen lætitiæ, Ad demonſtrandum, vt typo luminis corporalis oſtendatur illa lux, de qua Ioan 1. erat lux vera.

Adde quando & cur inſtituti, Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de refor. de acolytatu. 24. c. 11. de ref. quoto gradu ſit, eiuſque de munere, & ordinatione, Catechiſ. de ſacra. ordi. c. iam verò. P. V.

b Act⁹] Dupliciter capit̃ act⁹. i. pro quadã ſeruitute, qua is, cui debetur hõt ius, ꝙ põt per fundũ, in quo ſibi hæc ſeruitus debetur, ducere iumentum, vel vehiculũ ſuũ, ſ. vt non ſolũ poſſit ambulare ꝑ ſe, ſed ẽt iumentũ, & quadrigã ſecũ ducere. ff. de ſerui. ru. prædi. l. 1. verſ. actus, Et l. inter, & inſti. eo. §. actus. Secũdo capit̃ act⁹ ꝓ operatione, vt hic. vñ dicitur actus agẽtiũ &c. ſecundo de aĩa & 1. q. 1. ꝑ Iſaiã cũ ſi. Acta vero dñr ſcripturæ negotiorũ, q̃ in iudicio agunt ordinẽ eorũ, modum, & formam continẽtes, vel ẽt ſunt proceſſus, ſiue geſta curiæ, & ſunt cõia, vt C. de iudi. l. vlti. ff. de re iudi. l. actorum verba, & l. Paulus.

c Vbi actus eſt applicandus] Ad de text. in l. 1. C. de eman. li. vbi alienigena emancipatus duum viris. i. officialibus ſm legẽ municipij. i. cõſuetudinẽ dr̃ bene emancipatus quo ẽt ad alia loca.

Exemplum. Quidam Paduanus fuit doctoratus Bononiæ ſine ſolennitate, quæ requiritur Paduæ.

d Exiſtentia] Et cõtra tenetur ꝙ ſic in l. cunctos populos. Et in reſpicientib. deciſionẽ litis iudex ſemꝑ debet ſeruare ſtatuta loci, in quo celebratus eſt contractus, & nõ loci iudicij; Ita Barto. in d. l. cũctos populos. ex quo ſequit̃, ꝙ ſi contract⁹ ſit celebratus, in loco, vbi cõtra inſtrm̃ nulla poſſit opponi exceptio, iudex debebit ſeruare illud ſtatutum, quãuis iſtrm̃ ibi factũ, producat hic; Ita ſẽtit Bal. ĩ hac q in l. 1. C. ne ſi. pro pa. Nã cum illud reſpiciat deciſionẽ litis &c. ex hoc ẽt infertur, ꝙ ſtãte cõſuetudine, vel ſtatuto, ꝙ ſcripturæ priuatæ, vt ſunt apochæ mercatorũ ſcriptæ eorum manu, vel libri rõnũ plenam fidẽ faciãt, certè ſtabitur cõſuetudini illius loci in priuatis ſcripturis ibi factis, quãuis in alio loco agatur iudicium. d. Ant. in c. 2. de ſi. inſtr. Fallit ĩ dote. l. exigere dotẽ, de iud. Quia ſi ſtatuto cauetur, vt mortua vxore ſine liberis vir lucretur tertiam partem dotis, & in ciuitate viri dicatur, ꝙ lucretur dimidiam, certè ſtabitur ſtatuto loci mariti. vide alia pulcra multa in d. l. cunctos populos, ꝑ d. Iaſ.

e C. ꝙ ſicut] Archiepiſcop⁹ ante receptũ pallium non poteſt conuocare concilium, conficere chriſma &c. vt ibi. Et tamen eſt etiam epiſcopus. Tamen præſumitur illos actus feciſſe vt archiepiſcopus, vt ibi.

Duplicem



factus reſpectu maioris poteſtatis ab eo, qui duplicem poteſtatem [a] habet. facit l. tertia, [b] ff. de mili. teſtamen.

3 Actus legitimus eſt ille, qui obuenit, vel firmatur a lege. ff. de verb. ſigni. l. legè obuenire, vt eſt emãcipatio, acceptilatio, aditio hæreditatis, contractus matrimonij, tutoris datio, et huiuſmodi, quæ non ſunt actus contractuum: ſecundùm verò ordinem minorum eſt regere, prædicare, confeſſionem audire, legere, viſitare, diffinire, eligere, eligi, accuſare, teſtificari, & ad ordines promoueri, qui omnes intelliguntur ſolùm nomine actuum legitimorum, & non alij.

ACCVSATIO [c] eſt aliquem in libello reũ de crimine deferre ad vindictam ſecundùm Azo. in ſumma in rub. C. de accuſ. Circa quam quærẽda ſunt infraſcripta.

1 Vtrum accuſationẽ debeat præcedere monitio? Reſpond. quòd non de neceſsitate, arg. c. 2. & c. qualiter & quando, el 2. de accuſa. & glo. 2. c. vlt. §. 1. Ratio; quia fit ſolùm ad pœnam imponendam, vt in gl. in capitulo licet, de Simo.

2 Vtrum aliquis teneatur accuſare, Reſpon. ſecundum gloſſ. in cap. quapropter. 2. quæſtio. 7. quòd nemo. facit text. in l. vnica. C. vt nemo inuitus, & cap. ſi primates. 5. q. 2. & glo. in c. licet, in fi. de accuſ. Bar. [d] in l. in eum, ff. de accuſa. dicit verum niſi in homicidio, quoniam hæredes tenentur accuſare, argum. l. prætor. §. 1. ff. de iniu. aliàs perderent hæreditatem, & l. cum furem, C. de his qui. vt indi. ſed contrarium videtur tenere gloſſ. in l. ſi quis homicidij; C. de accuſat. & ibi Cyn. Bald. Salycet. & Angel. & Raph. in d. l. in eum, ſcilicet quòd non teneantur accuſare. & iura quæ videntur contraria, non loquuntur de accuſatione propriè, ſed de denuntiatione, [e] de qua dicam in titul. ſuo, & in quo differt ab accuſatione, imò videtur, quòd accuſare ſit contra præceptum diuinũ, dum dicit, Dimitte nobis debita noſtra. gloſſ. eſt in l. furti. §. ꝓhctus, ff. de his qui not. infa. de quo dic, vt infra §. 4.

3. Quis põt accuſare? Rñ. aut crimẽ ẽ priuatũ, aut pu

a Duplicem poteſtatem] Exemplum. compromittitur in aliquem tanquam in iudicem, & tanquam in arbitratorem, ſeu amicabilem compoſitorem. Quia poteſt iudex in eodem facto procedere tanquam iudex, & tanquam arbitrator. Et ſic limita, quod habetur in authen. vt diff. iud. Et in auth. ſi vero contigerit, C. de iu. per compromiſſum enim factũ in iudicem, non receditur à ptãte iudiciaria, ſed ſimul, & ſemel poteſt iudex vtraq; ptãte vti, & exceſſus factus ab iſto iudice in iudicando attribuere arbitrariæ poteſtati, per quam poteſt tollere ius vnius, & alteri dare tex. eſt in d. c. niſi eſſent.

b L. 3.] Nam ibi eſt caſus, ꝙ miles, qui volebat facere teſtamentum iure cõmuni, ſi non potuit perficere, præſumitur voluiſſe vti iure ſpeciali, quia illud qđ ex noſtra voluntate dependet, intelligimur facere omni iure, quo melius facere poſſumus, vide ĩ ſimili. Barr. ĩ l. poſt mortem §. 1. ff. quando ex fa. tu.

c Accuſatio] Accuſator dicitur ille, q criminalẽ corã iudice mouet quæſtionem, etymologizatur in cap. forus, de verb. ſignificatio. Accuſator quaſi qui ad cauſam vocat.

d Bar.] Pro opinione Bartol. facit text. in d. l. ſi quis homicidij, in verb. coges. Facit etiam quia hæres perdit hæreditatem defuncti, ſi non vendicat mortẽ eius accuſando, vt l. 1, C. de his qui vt indig. ergò iudex poteſt eum cogere accuſare, ne delinquat, Et hinc eſt quod, ſi iudex videt te velle delinquere, poteſt te cogere, nè delinquas. l. prima in fin ff. de offi. pre. vr. & l. congruit, ff. de offic. preſi. Sed in alijs criminibus poteſt dici ſecus. Item pro Bartol. facit quod dixit Odofre. in conſilio. incipien. Titius aliquem interfecit, & filius interfecti timet accuſare interfectorem propter ſuam potentiam. Dixit enim poteſtatem, qui non poterat procedere ex officio niſi per accuſationem, bene feciſſe, ſi compulit illum ad accuſandum, quãuis lege non caueatur, Quia expedit reipublicæ, ne maleficia remaneãt impunita. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam. Et propter ſcandalum multa cõceduntur. l. penultima. ff. de ſicca. Et quia ſi maleficium, non puniretur, res eſſet mali exempli. l. obſeruandum, ff. de officio. præſidis. l. diuus ff. de re iudicat. Et ſi timeat potentiam aduerſarij, faciat ſibi dare ſecuritatem. l. præſenti, circa finem. & l. final. C. de his, qui ad eccleſias confug. Et ſpecul. titul. de accuſatore. §. 1 in princip. & verſicul. quid ſi nullus; dicit quòd licèt in tali caſu quis non poſſit cogi, bene tamen faceret iudex ſi cogeret & cætera. Intellige ſupradicta ſecundùm Thomam ſecunda ſecundæ quæſtion. 68. articu. primo. Quando tale crimen vergit in detrimentum reipublicæ, & in multitudinis corruptelam corporalem ſeu ſpiritualem, & poſſit probari. Opin. autem gloſſ. in d. l. ſi quis homicidium, & Cyni, & aliorum intelligitur, quando tale crimen non poteſt probari, vel non redundat in detrimentũ multitudinis, aut reipublicæ, vt dicit Thomas vbi ſupra.

e Sed de denunciatione] Quia debet hæres dicere. Denuncio vobis mortem talis, qui ſuam mihi reliquit hæreditatem.

a Si priuatum]Vt furtum,rapina, iniuria &c. Vt dicit gl.in ru.de pub.iudi.
b Pro illa pœna ] Cui autem applicetur illa pœna, dic vt in l. 3.ff.de ſepul.vio.& in l.agraria, ff. de termi amo.& Pa.in rubrica.de iudi.

blicũ. Si priuatũ, a regulariter non admittitur niſi cuius intereſt,vt videtur velle gl.in l.fi.ff.de priua. deli. quod limita, niſi ſit tale delictum priuatũ,ex quo pœna pecuniaria applicanda fiſco debeat imponi, quia tũc quilibet de populo admittitur ad accuſandũ pro illa pœna. b Ita vult gloſſ. ſing.Dyn. & Bart.in rub.ff. de popu.actio. licèt Bald.teneat contra in l. aduerſus, C.de fur.ſi verò eſt crimen publicũ, c quilibet admittitur, qui non prohibetur ſpecialiter lege,vel ſtatuto, aut conſuetudine. & q̃ prohibeantur, habes.2.q.7. & 3.cauſa.q.4. & 5.per totũ, & de accu.in multis.c. & ĩ l.qui accuſare,cũ plurib. legib.ſe.ff.de accu. ſicut ſunt infames, minores, pauperes, d & multi,quos omitto,q̃a non pertinet ad nos, & hoc verũ niſi in duobus caſib⁹. Primus,qñ ſuam,vel ſuorũ iniuriã proſequunt̃, vt no.in l.fi.ff.de pri.deli.& in l.fi.ff.de iniu.facit gl.in l. cũ emancipati filij. §.emancipatus,ff.de col.bo. Secundus qñ delictum non commiſſum contra perſonam, puta ſtatuto cauetur,vt qui blaſphemauerit, vel iuerit de nocte, puniatur in x.

tunc quilibet ad accuſandum talem admittitur, vt no. Bart. & Ioan. de Imol. in l. 1. ff.de pub.iud,& Bar. in l. lex Cornelia. §. ſi quis libellum, ff. de iniur. Requirunt tamen multas limitationes, & diſtinctiones, quas dimitto, quia ad nos non pertinent. Vide 2.q.1. prohibentur, vbi de hoc. Clericus tamen ad vindictam publicè accuſare non debet, etiam ſi pœna ſanguinis non venit imponenda.facit. c.ſicut ſacerdotes. 2.q.7. q̃a huiuſmodi odioſis non debet ſe immiſcere ſecundùm Pan.in c.cum P. de accu. e ſed ſi proſequit̃ iniuriam ſuam,põt etiam ſi venit imponẽda pœna ſanguinis ſ̃m Pa. vbi s̃. dũmodo dicat,q́ non intendit accuſare,vt pœna imponat̃; f tex.eſt clarus in c.prælatis, de homi.lib.6.

4 Qua intẽtione g dẽt qs accuſare,vt ſit ſine peccato accuſatio? Rñ. q́ pp bonũ cõe,ſ.vt cæteri q̃etè viuant 23.q.5.non fruſtra, vel propter ſuum intereſſe. Aliàs tale erit peccatũ, qualis inordinatio intentionis, ſ. & mortale,ſi ex odio;veniale, ſi aliqua paſſio fragilitatis immiſceatur,arg.c. accuſaſti, g de accuſa. & 2.quæſt.

c Crimen publicum] Vide quid ſit crimen publicũ ĩ.crimen.§.6.
d Pauperes ]& criminoſi, quia qui trabem geſtat in oculo,feſtucam de oculo fratris ſui non poteſt eruere.
e Secundùm Pa. c.cum. P. de accu.]Ratio, quia accuſatio dicitur genus illaudabilis intentionis.2.q.7.c.ſi q̃s. Item quia clerici debent eſſe ſegregati a vita laicorum,vt in d.c. Item ſicut. Item quia clericus nõ poteſt aduocare cum ipſe debeat velle omnib. ꝓdeſſe.c.fin.de poſtu.fortius debet remoueri ab accuſatione, quæ eſt magis odioſa &c.Sed nunquid laicus poſſit clericos accuſare. Reſp. aut laicus vult accuſare criminaliter, & tũc regulariter non admittitur, etiã ſi eſſet patronus eccleſiæ, vt not. gl.2.q.7.c.in ſancta, quia laici p̃ſumũtur ex odio accuſare clericos.2.q.7.c.laicos.& c.laici. Itẽ quia debent clericos reuereri.2. q.7.Oues,& c.ſacerdotes. Fallit in quibuſdã caſib.de quibus per Pa.in d.c.cũ P.Si verò ciuiliter,& tunc patronus admittitur, ẽt ſi bñficio priuetur,vt no.in c.ex parte Adæ,de teſtib.De parochianis eſt dubiũ,ſed dic vt p Pan.in c.illa,de accuſ. Alij verò laici non admittuntur.Sed nunquid clerici clericos?Dicitur q́ ſic,ſi ſunt bonæ famæ,ẽt eorũ ſuperiores,vt in c.ex parte,& in c.veniens, & in c.licet de accu.Si verò malæ famæ.non admittũtur, vt in c. cum dilectus,de accu.niſi in exceptionib.criminalibus, q̃a in illis admittuntur ẽt contra nõ infamatos. Et in hoc differũt à laicis.Et de hoc in c. 1.de confeſ. Et 15.q.3.c.ſi.
f Vt pœna imponatur]Pro cõplemẽto huius.§.ſcias q́ iudicium dicitur publicum tribus modis; Vno mõ largiſſimè vt omne iudicium, quod fit ad vindictam,ſeu ad vltionem publicã, dicitur,publicũ. Et iſto mõ accipitur in l. interdũ,ff.de publicis iudic.in l.q́ ſenatus, ff. de iniur. Et in l.licitatio. §.q́ illicite,ff.de pu.Alio mõ dicitur largè,qñ quilibet de populo põt accuſare, & ſic accipitur ĩ §. conſequens inſt. de ſuſpec. tut. & in d.l q́ ſenatus. De hoc per Bart. in rubr.ff.de popu.act. Et l. lex Cornelia, in fin. ff. de iniu. Circa quod datur regula,q́ oẽ iudiciũ, quod non reſpicit certam perſonã principaliter quilibet de populo põt accuſare.Vt ſi ſtatutum dicat,ſiquis iurauerit per corpus Chriſti puniatur in cẽtũ, nã iſtud nõ reſpicit offenſam perſonæ,ſed malos mores, & ſic quilibet põt accuſare,& ſic loquitur d.l. q́ ſenatus.Sed iſte cõdẽnatus non punitur pœna infamiæ, ſicut cõdẽnatus de publico iudicio ſtricti iuris. 3.mõ accipitur publicũ iudiciũ ſtrictè.Et ſic accipitur ĩ ti.& l. 1.ff.de pu.iu.Et iſta ſunt iudicia,de q̃b.dãnatus ſtatim efficitur infamis. ff.de his,qui notantur infamia.Hæc Barto.in d.l.1.ff. de publicis iudicijs.
g Cate.in ꝓcep.Nõ loq̃ris,c.nunc explicemus. P. V.
h C.accuſaſti]No.illum canonẽ,qui imponit pœnam accuſantibus calumnioſè. Nã ſi quis eſt occiſus, debet



bet ieiunare p 40.dies in pane & aqua,cũ carina.i.carentia,q̃a ſeparari debet ad hominibus,& poſtea per ſeptẽ ſequẽtes annos ieiunãdo.ſ.ferijs canonicis qualibet hebdomada ſecundũ iudiciũ ſacerdotis.de quo in c.pe.11.q.3.Si aũt fuerit debilitatus, & erit qñ q̃s

7.ſi q ſunt, a & d.c. qualiter & quando.non tamen tenetur ad aliquam reſtitutionẽ propter hoc, ſed ſolùm ad pœnitentiam de peccato.

5 Quis modus ſit ſeruandus in accuſatione, vide 1. q.8.per totum.

6 Vtrum pactum ſeu iuramentum de nõ accuſando valeat,Reſp. ſecundùm gl. in c.quemadmodum, de iureiur.q́ non tenet de crimine perpetrando b. ff.de pactis.lege.ſi vnus.§.pacta, & §.ſequen. & peccat mortaliter.ſi hoc iurat,vt patet infra,Iuramẽtum.5 §. 13. De peccato verò commiſſo valet d §.pacta,& in tex.d.ca. quemadmodum,ibi,non ſolùm ſepties.Si tamen pecuniam reciperet,turpiter accipit, & reſtituere tenetur de bono conſilio. Ratio,q̃a propter charitatem proximi ex cõpaſſione debet moueri,credens,quod ſe emẽdabit,& non propter pecuniam.Multofortius deberet reſtituere, ſi recepiſſet pro non accuſando de peccato perpetrando,vel pro accuſando calumnioſe. 1. quæſtion. 1.iubemus.vide infra Celare.

7 Vtrum quis poſſit deſiſtere ab accuſatiõe incepta? Reſpon.ſi videt eum,quem accuſauit innocentem,tenetur omni modo,quo poteſt deſiſtere. 1. quæſtion. 3. ſi quẽ,aut per abolitionem. c

Si verò non cognoſcit innocentem eum eſſe, poteſt deſiſtere,ſi vult quò ad conſcientiam ex charitate, ſed non ex præmio,vt not. glo. in cap.primo,de collu.detegen.ſed quò ad impunitatẽ fori contẽtioſi non poteſt d niſi in certis caſibus,de quibus vide Barto.in lege quæſitum,ff.ad Turpil. & Pa.in c.licet de accuſa.

8 Quot modis accuſatio reddit̃ vitioſa?Rñ. q́ tribus modis ſecundùm Gratiannm.2.quæſt.3.in §. notandum,& l.1.ff.de aboli. ſcilicet.Primò calumniando,& tunc eſt,quando falſum crimen imponitur, & talis tenetur de omni damno dato proximo.c.vlti. e de calum. & peccat mortaliter.12. q. 2.c.primum.Secundò tergiuerſando; & tunc eſt tergiuerſator, quando in totum à lite recedit ſine licẽtia iudicis. Hoc intellige quo ad conſcientiam, ſi ex aliquo malo fine facit, quia ſi ex compaſſione proximi quò ad conſcientiam, licet, ſed quò ad forum cõtentioſum punitur in quinque libris auri.l. 3.ff.de præuari. Tertiò præuaricando; f & tunc eſt,quando colludit cũ reo falſas probationes & varias ſimulando, & talis punitur arbitrio iudicis,vt l.prima, & ſecũda.ff.de p̃uar. Sed in conſcientia credo non peccet niſi talis falſitate,vel mẽ

ꝑdiderit exercituũ alicuius,mẽbri pp percuſſionẽ, vt nõ poſſit liberè exercere officiũ brachij, vel pedis, & ſic contingit debilitatio ſine mẽbri abſciſſione, Vide aliquid in c.ſicut vrgeri.1. q.1.& in c. ego, de iureiu.in c.1. qui cler.vel vo. No.Bar.ĩ l.2. ff. de pu.iud. & ibi agit de mutilatione. i.detruncatione. Ad hoc q̃d no.ĩ Cl.1.de ho.Et hoc no.ꝑ ſtatutis facientibus mẽtionẽ de hoc.Hæc Pa.ĩ d. c.accuſaſti debet igitur accuſator p tres quadrageſimas pœnitere.
a 2.q 7. ſi qui ſunt]Ille,q calũniatus eſt ſemel non admittitur amplius ad accuſandũ, q̃a tũc p̃ſumit̃,malo zelo &c. vt dicit gl.ĩ c. veniẽs,de acc.in ver. ſilentiũ,Et tex.in l.ſi cui.§.1.de accu. & ib. gl. & Bar. q̃ tractant materiã regulæ, Qui ſemel malus, de re iu.li.6.
b De crimine ꝑpetrando]Facit q́ not.Bal in §. itẽ ſacramenta, col.ſi.p illũ tex. de pac.iur.fir.Si aliq̃s ꝓmittit ſe nõ denũciaturũ maleficiũ, & iurat,nõ valet iuramẽtũ, q̃a aperiret viã iniquitatis ad delinquendũ, allegat.Inn.in c.ad noſtrã,de iureiur. Itẽ ſi fiat ſtatutum,q́ quilibet exbannitus ſoluens mille, extrahatur de banno,non habet locum in eo,qui fuit exbannitus poſt ſtatutum conditum, Quia ſi traheretur ad futura,daret materiam delinquendi l.2. & ibi Salic. C.de generali aboli.Ita Bar.& Bal.in l.cum lex, per illum tex.ff. de legi.item reſcriptum dans remiſſionem pœnæ infligendæ ante delictũ commiſſum non valet. Salic.in l. caſtitati, C. de adul.quia remiſſio fit pœnitẽti: ſed pœnitere & operari ſimul ſtare non poſſunt. Quid autem de accuſatione ciuili,puta ad diuortium celebrandum ad commodum mariti?credo ſimpliciter pactum non valere,etiam ſi interueniat iuramentum, quia tunc tutius eſſet non accuſare,vt in d cap. quemadmodum. Et ꝑ hoc limitatur not.d. §. pacta, q̃a magis ſtringit iuramentũ, quã ſimplex pactum,ar. c. debitores,de iureiu. Facit,quod not. Ioan.And.in addi.Spe.tit. de donat. §. 1. verſic. quid ſi actum.
c Aut per abolitionem] Abolitio eſt peremptio accuſationis inſtitutæ per ſententiã ſecundũ. glo.in rub.C.de abolit.
d Non põt ] Ratio,quia facit iniuriã reipublic. cui⁹ intereſt, ne delicta remaneant impunita, quia facilitas veniæ &c. 23. q 4. eſt iniuſta.
e C.vl. de cal.] Et not.ibi gl. 1. iuncto tex.q́ dicit q́ de calũnia cõuincitur accuſator eo ipſo,q́ nõ ꝓbat Idẽ tenet Bar.ĩ l.1.ff ad Tur.& in l.athletas §.p̃uaricator.ff.de inſa. & eſt gloſ.ſing.
f Prẽuaricando]Pa.in d.c.ſi.not.aliquos caſus,in quibus quis non præſumitur præuaricator nõ ꝓbando.

dacio vtatur, & huiuſmodi prohibitis, vel ex aliquo malo fine. de iſtis habes in l. 1. ff. de abol. & in l. 1. ff. ad Turpilia.

9 Vtrum poſt peractã pœnitentiã de peccato poſſit quis ſine peccato accuſare talem? Rñ. ſecundùm Inn. in ca. de his, de accuſat. ꝙ ſic, & tenet glo. ſimiliter a ibidem. Ratio eſt, quia per pœnitentiam ſatisfit Deo, ſed per punitionem, quæ imponitur in iudicio, ſatiſfit reipublicæ, vt cæteri timeant, & quietius viuãt. facit. C. de apoſta. l. hi qui, cum ſuis concordantijs. b

10 Vtrum ſemel accuſat⁹ poſſit de eodem iterum accuſari? Rñ. ꝙ non c. de his. de accuſa. quia de delicto vnius hominis ſæpius quæri nõ debet. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. vltim. 35. q. 9. veniam. c Fallit in duobus caſibus. Primus, ſi ſecundus accuſator doceat primum præuaricaſſe. ff. de præuaricato. l. 3. Secundus, ſi ſuum dolorem proſequens ignoret accuſationẽ ab alio inſtitutam. l. ſi cui, ff. de accuſatio. vide gloſſ. in d. ca. de his.

11 Vtrum accuſatus poſſit ſine peccato aliquid dare accuſatori, vt deſiſtat ab accuſatione? Reſpon. Innocen. in cap. crimina. de collu. detegen. quod quædam eſt cauſa criminalis, d & in hac ante inchoatam accuſationem e per gratiam deſiſtere poteſt, vt. ff. de his, ꝙ not. infa. l. furti. §. pactus, & ff. ad Turpil. l. mulier, & l. quęſitum poſt non licet, niſi vt habetur, C. de abo l. 2, & 3. & 5. q. 1. quidã. f & transfigere aliquo dato vel retẽto in crimine publico nõ licet. & ſi fiat trãſactio, nulla eſt, & accuſat⁹ habetur ꝓ conf. C. de tranſact. l. tranſigere. ff. de præuari. l. in omnibus. Vbi aũt eſt tale crimen, ꝙ irrogat pœnã ſanguinis, licet vnicuique ſanguinẽ ſuum redimere qualitercunque. ff. de bo. eorũ l. 1. vel pœnam detruſionis perpetuæ ſecundùm Pa. in c. 1. de collu. dete. q. a. licet tũc niſi in adulterio g di. l. tranſigere. In alijs aũt vbi pœna ſanguinis non irrogatur, tranſigere non licet niſi in crimine falſi h & vt in d. l. trãſigere. In crimine verò priuato trãſigere licet ſecundùm glo. in dicta l. tranſigere. & no. ꝙ ſecundum canones omne crimẽ dicitur publicũ, & ideo trãſigere non licet, vt de collu. dete. per totum, quia eccleſia pro nullo crimine imponit pœnam ſanguinis c. ſententiam ſanguinis, ne cle. vel mona. excepto vbi imponenda eſt pœna detruſionis perpetuæ, i vt.

a Glo. ſimiliter ibidem] Idem dic de peccatis remiſſis in baptiſmo, vt notat. glo. in c. gaudemus, de diuor. & in c. admonere. 33. q. 2. Et eſt communis opin. ſecundùm Ioann. de Anan. veruntamen videtur æquius, quòd nõ poſſit amplius accuſari, quia per baptiſmum tollitur omnis infamia. gl. in ca. ſine pœnitentia, de conſe. di. 4. vide gloſ. 49. diſtinct. in pri. & in cap. quod articu. 32. quæſt. 1.

b Concordantijs] Adde Pa. in in c. acccuſaſti, de accu. vbi quærit ſic. pone, quidam interfecit patrem meum, vel tutorem, & pœnituit, nunquid liceat mihi eum accuſare? Nam ſi non accuſo, perdo hęreditatem. l. 2. C. de his qui. vt in di. ſi verò accuſo, videor malo zelo moueri, ex quo egit pœnitentiã. Vin. dubitat, & plus ſibi placet, vt ab accuſatione abſtineatur. Ioan. And. tenet, quod licitè poteſt eum accuſare per no. in c. de his, de accuſa. Et hoc verius.

c 35. q. 9. veniã] Et diuina clemẽtia dimiſſa ſemel peccata in vltionem vlterius redire nõ patitur, de pœni. diſtinc. 4. ſi illic, vbi de hoc, & 2. quæſti. 3. §. notandum. Et vide infra, falſarius. §. 11. ibi notaui.

d Quædam eſt cauſa criminalis] Intellige, quando agitur criminaliter.

e Ante inchoatam accuſationem] Ideſt ante, quàm ſe inſcripſerit ad pœnam talionis.

f 5. q. 1. quidam] vtputa, quia per errorem, vel calorem, ſeu temeritatem accuſauerit, vel de conſenſu rei, & ſi aliqua paſſus fuerit.

g Niſi in adulterio] Ratio eſt propter frequentiam delicti, & nè ita frequenter contingat, fuit ſancitum, vt non tranſigatur. Alia ratio eſt propter honorem matrimonij, cui lex multum fauet per tex. not. in l. ſuper ſtatu, C. de qõ. ſecũdum Sali. & Moder. in d. l. trãſigere. Limita primò iſtud procedere ĩ adulterio vero: ſecus in præſumpto, quando pręmiſſa trina proteſtatione reperitur aliquis alloqui mulierem pręſumitur adulterium, & ſufficit talis præſumptio ad condemnationem. §. 1. & ibi Iac. de Belui. in autẽ. vt lima. & auiæ. Vbi dat hanc limitationem, quod in adulterio ꝓſumpto licitum eſt trãſigere. Sequũtur Bal. & Mod. in d. l. tranſigere. ſecundo limita. verum, ſ. ad ſinem impediẽdi proceſſus criminales: cũ poteſt fieri pax, vt euitetur rancor aſ, & inimicitia: Barto. cõſi. inci. dñõ pt̃ãti rochæ.

h Niſi in crimine falſi] Rõ eſt, quia condẽnat⁹ de falſo eſt quaſi mortuus, cũ multũ homines deteſtentur hoc crimen, & nulla ſides iſtis amplius adhibeatur, vnde tenent multi, quos ſequitur Bart. in d. l. tranſigere, quòd in crimine falſi poteſt indiſtinctè tranſigi; quæcunque pœna veniat imponenda prædicta ratione.

i Pœna detruſionis perpetuæ] Licẽt contrariũ ſenſerint Io. An. & d. Ant. in c. 1. de collu. dete. Sed primum tenet Card. in c. ſi. de tranſact. Et placet Pan. in d. c. per no. per Innoc. in c. qualiter & quando, de accuſa.



dictum eſt. a Et quæ dicantur crimina publica de iure ciuili, habes infra, crimen. §. 7.

12 Vtrum accuſatus teneatur reſpondere veritatem? dic vt infra, confeſſio delicti, in princip.

13 Vtrum liceat accuſatò calumnioſè ſe defendere? Reſp. ꝙ non, etiam ſi iniuſtè accuſaretur quia hoc eſſet genus vindictæ, quæ ſine peccato fieri nõ poteſt, imò poſt iuramentũ de calumnia receptum b eſſet periurus. Quãdo etiam iuſtè accuſatur, defendendo ſe ſecũdum iuris ordinem ſemper debet pro poſſe accuſatorem excuſare, nec peccat ſe defendendo ſecundum ordinem iuris, ẽt ſi accuſator remaneret infamatus ſecundũ Scotũ in. 4. di. 15. quia non tenetur ſe prodere, vnde põt quaſcunque exceptiones cõpetentes proponere & appellare, & alia iuridica facere non tñ mendaciũ dicere, quia peccaret mortaliter ſecundũ Sco. vbi ſupra. appellare autem cauſa moræ afferendæ, nè contra eũ iuſta ſentẽtia detur, nõ licet; quia calumnia eſt; concordat Tho. 2. 2. q. 69 art. 2. & Ricar. in 4. di. 15. ar. 5. q. 3.

14 Vtrũ accuſator teneatur ſe iſcribere ad pęnã talionis c vide ĩ. inſcript. §. 1.

15 Ad quid tendit accuſatio? Reſp. Pa. in c. ſuper his de accuſ. ꝙ tendit ad depoſitionem ab officio, & beneficio. & ſi crimen ſit enorme, ad perpetuũ carcerẽ, vt in c. tuæ, de pœ. & hoc de iure canonico, ſed de iure ciuili tẽdit, vt puniatur debita pœna. denũtiatio verò tendit ad correctionẽ, non ad puniendũ peccatũ pęna condigna, ſed vt deſiſtat a peccato, & hoc procedit tã in denuntiatione euangelica, quã canonica, tam iudiciali, quã extraiudiciali.

ADIVRATIO creaturarum q d eſt? Reſp. Ric. in 3. diſ. 37 ar. 3. q. 2. eſt per inuocationem diuini nominis, vel alterius rei ſacrę obſecrando, vel imperando inclinare eas ſecũdũ ſe, vel in comparationem ad eas ad aliquid agẽdum, vel patiendum.

1 Vtrum adiuratio hominis ſit licita? Reſ. qui ſupra ibidem, ꝙ aut adiurans intendit eos inclinare ad bonũ, aut ad malũ culpæ. Primo modo aut adiurat obſecrãdo, & ſic non accipit nomen dei in vanum ſic enim adiurauit Apoſtol⁹ ad Ro. 12. obſecro vos per miſericordiam dei, vt exhibeatis corpora veſtra &c. aut adiurat imperando, & tũc ſubdiſtingue. Aut adiurat eũ q ſibi tenẽ obediẽ & ſic licet.

caſa vbi dicit; quòd iſte pœna ęquiparatur morti. Sed Bar in l. 2. ff. de pub. iudi. & Bal. in l. reos, C. de accu. tenent, quód ęqui paratur damnationi in metallum, ideo non eſt licitum tranſigere. Ita in ſpecie tenent. d. Ant. & Imo. in c. 1. de collu. dete. & Ale. in d. l. tranſigere; C. de tranſact.

a Vt dictũ eſt] Pro intelligentia ſcias ſecundũ Panor. in c. 1. de collu. det. quod multis modis poteſt quis a lite recedere. primo proprio motu & autoritate, quia ſic ſibi placet. ſecundo per gratiam, quia ad ꝓces rei vult recedere a lite tertio per tranſactionẽ vt quia recedit a lite aliquo ſibi dato vel retẽto, nam illa propriè eſt trãſactio c. ſup eo, de tranſactioni. quarto per abolitionem, videlicet, impetrando à iudice facultatem recedendi, & vt accuſatio aboleatur, deleatur, & cancelletur ex aliqua cauſa, q a per errorem, vel calorem iracundiæ eum accuſauit, vel ex aliqua cauſa legitima, vt eſt. l. 2. C. de abolit. vide text. cum gloſ. 2. q. 3. ſi quem pœnituerit. Dic ergo his præmiſſis aut quęritur, nũquid liceat recedere a lite in cauſa ciuili, aut criminali. primo caſu ante oblatum libellum licitum eſt regulariter recedere ẽt motu proprio, etiam per gratiam, & trãſactionem, quia inuitus non compellitur agere. C. vt nemo inuitus in rubro & nigro, & not. in c. cauſam, de dol. & contu. Quandoque tamen ratione infamię, quia reus vult recedere de ciuitate, actor compellitur agere, vt l. diffamari, C. de inge. & manu. & c. conquerente, ſecundùm vnam lectionẽ, de offi. ordi. Et quod no. gloſſ. in d. l. 1. C. vt ne. iniu. poſt oblatum vero libellum, & fortius poſt conteſtationem litis non licet recedere ab ea propria autorite, imo compellitur agere. d. ca. cauſam. Et in aut. qui ſemel, C. quomodo & quando iu. niſi velit renuntiare litiſ, & cauſæ in totum, vt l. poſt quam liti, C. de pac. ſed per gratiam & tranſactionem licitus eſt receſſus, niſi ſit famoſa, q a tunc recedens ſine autoritate iudicis notatur infamia; gloſſ. in cap. 1. de collu. dete. & l. furti. §. pactus, ff. de infam. vel niſi ſit talis cauſa, quæ non dependeat a voluntate litigantium. Item alia cauſa ſpiritualis, in qua nõ poteſt interueniri tranſactio ſtrictè ſumpta, dicto cap. ſuper eo, de tranſact. Item ſi eſt cauſa popularis, nõn licet tranſigere, niſi deferendo iuramentum, vt l. cũ quis. §. in popularibus de iureiuran. Et idem dic, quando cauſa eſt criminalis, ſed ciuiliter intentatur, Si vero in caſu ſecundo cauſa eſt criminalis, dicatur vt ſupra.

b De calumnia receptũ] Præſtatur in hoc iuramentũ, vt in c. inhærentes, eo. tit. & tunc, videtur calumniari falſum dicendo, fraudem & dolum adhibendo, Et talia vim habent mendacij.

c Ad pœnam talionis] Tu tamen dic ſecundùm Ioannem Andreæ in rubrica de accuſationibus, quia

Aut adiurat eum, in quem nullam hẽt poteſtatẽ, & ſic aſſumit nomẽ Dei in vanũ, quia vſurpat poteſtatem in alium, quã non habet quantũ in ſe eſt; & peccat mortaliter, ᵃ ſi autem adiurans intendit inclinare illũ, quẽ adiurat ad malũ culpæ, ſic nomẽ Dei in vanũ aſſumit.

2 Vtrũ adiuratio ᵇ dęmonum ſit licita? Reſp. q ſupra ibidẽ, aut adiurat imperando, aut obſecrando. Primo modo, aut vt ipſum doceãt vel obſequium aliquod faciant; & ſic illicitũ eſt; quia pertinet ad quandam familiaritatem, vel ſocietatẽ: licitum tñ eſt aliquãdo, ſ. cũ aliqui ſancti viri ex ſpeciali inſtinctu ſpũs ſancti, vel reuelatione diuina vtuntur miniſterio dæmonũ ad aliquos effect⁹. ᶜ Aut eos adiurat ᵈ vt a ſe, & a ꝓximis expellat; & hoc licet, qa ſunt aduerſarij noſtri obſtinati; & ſic intelligitur illud Marci vltimo, In nomine meo dæmonia eijcient &c. ᵉ adiurare autem eos obſecrando ſemper illicitum eſt, qa ſic quoddam ſignum familiaritatis importat.

in l.ſi ex lege.ff. de adulte. vbi errantes in iure excuſantur a pena inceſtus, & adulterij.facit.c. Lucretiã, aliàs eſt ſub c.ꝓpoſito. 32. q.5.& hoc intellige ſm gl. in d.c.non quò ad culpam, qa peccat mortaliter, qcunque eũ committit ex metu ſiue ex ignorantia, vel errore iuris. Sec⁹ in ignorantia facti, quæ excuſat a culpa, puta qa credidit virum qui erat adulter. ſimiliter quando cõmittit ex coactiõe abſoluta, dũ tñ in animo non conſentiat, ſed quò ad pœnam [a] diſtingue ſm Pa. in c.& ſi neceſſe ſit, de do.poſt di. re. ꝙ aut loquimur de pœna corporali, vel pœna perditionis propriæ ſubſtãtiæ, vt dotis, ſeu donationis ꝓp nuptias, & ſic excuſat error etiam iuris, vt l.ſi adulterium, ff.de adul.& ar. in aut. inceſtas nuptias, C. de ince.& inu.nup.& licèt Io.An.& cõiter doc.in d.c.& ſi neceſſe, teneant cõtrarium, ſ.ꝙ error iuris nõ excuſat à pœna tamen Bar.in l.qui contra. §. de inceſtis, eſt cum Pa. quia non eſt in dolo, qui errat. vide infra, dolus §. 1. & 2. aut loquimur de pœna perditionis lucri,[b] & ſic error non excuſat, niſi ſit iuſtus, vt in l. nè paſſim, C.de iur. & fac. ign. ſimiliter excuſat a dolo metus etiam conditionalis, vt in d.c.propoſito.

8 Quomodo dicitur notorium adulterium? Reſp. Pan.in ca. intelleximus, de adulter. publicè dicitur adulterata, quãdo ſtat in domo cum publico concubinario, & conuincitur notoriè de adulterio, quãdo habet eam in menſa in domo & in lecto, vt in c.ſi.& in c. tua, de coh. cleri.& mu.vnde in l.fur eſt, ff. de furt.& in l. capite quinto, ff. de adulte.no.quòd adulterium dicitur notorium, quando vir & mulier deprehendũtur in latebris ſe oſculãtes, & huiuſmodi actib⁹ propinquis adulterio,[c] facit l. ſi quis non dicã rapere,[d] C. de epi.& cle. item quando paſſim admittit viros cauſa adulterij, vt in l. palam, in princ.ff.de ri.nup.& quod nota. in cap.cum diœceſi, de vſu.

9 Vtrũ ſpurij poſſint inſtitui hæredes, & quomõ ſuccedũt, vide ĩ.fili⁹.§.1.3.&4.

a Sed quò ad pœnam] Hanc diſt. videtur ſentire gl.in l. qui contra, C. de inceſ. nup.ſi bene ponderentur ei⁹ verba. Et vide diſtinctio. Bart. in in d. l.auũculo. Et in l. ſi adulterium cum inceſtu, ff.de adulte. Adde ad iſtum. §. & pro opini. Bart. quod cõſuluit Pa.conſ.10. incip. facti contingentia. Et poterit poni caſus in noſtro.§. Narrat nanque fuiſſe quandam mulierem, de adulterio a viro proprio accuſatam ad lucrandã dotem, & diuortiũ faciendum quæ conuicta, eò ꝙ prægnãs erat, allegabat violentiam a quodam viro, qui magiſtratum obtinebat potenter illatam, & hoc ex coniecturis ſufficientibus probabat. Querebatur an deberet pœnã legis euitare? Et reſpondet, quod ſi fuit violentia abſoluta, non debebat puniri, qa nec animo peccauit, ſi diſſenſit animo. Si verò vis fuit conditionata, & pœnitentiã indiget pro peccato, tamen ex quo ibi dolus non erat, pœnam legalem nullo modo pati debebat, & hoc expreſsè probatur in lege, vim paſſam, & in l.ſi vxor.§.ſi quis, ff. de adulter. Nam adulterium ſine dolo non committitur, licèt aliqualis interueniat culpa.l.pen.ff.de adulte.15.q. 1. inebriauerunt. 34.q.2.in lectum. Et iura procedunt etiã in metu conditionali, vt apertiſſimè ſenſit gloſſ.in §.Lucretiam.32. q. 5. Quia ex quo dolus eſt calliditas & machinatio ad circumueniendum.l.1.ff.de dolo. Qui ceſſat etiam interueniente metu conditionali. Nec valet, quod dici poſſet, quòd poſſet clamari, quia hoc excuſat pudor, & verecundia maximè tempore nocturno &c. Vt patet in exemplo de Lucretia.& facit, quia vbi ad incurrendum pœnam requiritur dolus, non ſufficit culpa etiam lata. l.1.ff. de ſica.l.in actionibus ff.de in li.iuran.l. qui Nerua, & quod ibi not. Bart. ff.de pœ.& vide ibi plenè per eum. Bene verùm eſt, quòd qui eſt in culpa lata delinquendo, & ſi pœnam ſtatuti nõ incurrat propter doli abſentiam, debet tamẽ aliter puniri.

b Perditionis lucri] Puta quia quis contraxit matrimoniũ cũ Berta, & fecit pactum, ꝙ ſoluto matrimonio debeat ſibi mulier dare. 10. Iſte error fecit perdere marito lucrũ niſi ſit iuſtus. tũc enim error eſt iuſtus, quando iuſtam cauſam habebat errãdi, puta quia non credebãt conſanguinitatem, & ſi credebant, tamẽ credebant diſpenſatum, ex quo ſacerdos parochialis affirmabat.

c Propinqs adulterio] Bartol.ibĩ hoc dicit, & in l. furem, ff. de fur. quæ eſt l.2.

d Facit l. ſi quis non dicam rapere.] Quomõ deprehẽditur quis adulter vide omnino Bar.in locis hic allegatis, & in l.1.ff de furt.in princ.ſic ait. Idem dico, ſi aliquis deprehenditur in domo alicuius. vbi pulchra mulier eſt, certè hoc facit adulterium manifeſtum. Ita debet intelligi l.capite quinto, ff. de adulter. vbi poſt glo.inquit Bartolus. Nota ergo, ſi teſtis dicit, quòd eum inuenit in rebus venereis, vt quia inuenit eum in camera ſolũm, vel oſculantem, vel tangentem, quia iſta ſufficiunt ad probationem adulterij. Et de hoc eſt text. expreſſus in capitulo 1.de teſti.& in c.literis, & in c. tertio loco, de præſumpt. Et pondera, quia Bar. in d. l.2.ff.de fur. dixit intelligendam, dictæ l.capit.quinto, ſecundùm ea, quæ dixit in dicta lege ſecunda, quia



quia non modo ſi videat tangentem &c. Sed etiam ſi quis exeat de loco ſuſpecto. Sequitur Bald. in auten. quas actiones, in ſina. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dixit non eſſe neceſſariũ, quod teſtis reddat cauſam per ſenſum corporis, ſed ſufficit, ꝙ reddat cauſam, ex qua ꝑ ſumit ſẽſus corporalis ꝓſumptio. ne iuris. Allegat Bar.ĩ repe. l. pe. ff.ſi cert. pet. Sicut enim ſufficit ſenſus remotus ab actu, ſic ex eo præſumitur actus, vt in eo, q. vidit ſcholarem exeuntem de domo meretricis de nocte, vt in l. neque natales, de probatio. vbi Bal.in 1.colum. verſi. ſed contra hoc, ſic inquit, Ideo dicit Iac. Bu. quòd probatur aliquam eſſe meretricem non probato tactu, ſed probatis circunſtãtijs veriſimilibus, Vt quia paſſim intrabant domũ ſuam ſcholares de die, & de nocte, Quia quando ſcholaris loquitur cum puella, non præſumitur, dicere Pater noſter.& Bart.in l.ex lege. §.ſi ſimul, ff.de adulter.in ſin. Quæro inquit, Quomodo probabitur adulterium? Reſpondeo non poteſt probari directo aliqua ratione, quia ſi videres in camera duos, vel in lecto, neſcires tamen quid facerent, ſed dico, quòd probatur ex probatione, d.capitulo præterea, cum alijs ſupra allegatis. Idem dicit Bar.in l.ſi cui.§.idem Labeo, verſicul de his.ff.de aqua plu.ar.ſequitur Pan.in d.c.præterea.1.col.ver. nunc vt clarior. Et in d c.literis, dicit, Nota quod ad probandam fornicationem non eſt neceſſe deponere ſuper nuditate.& ſolitudine loci. Et in d.c.tertio loco, dicit Nota quod ex loci ſolitudine, & diuerſitate ſeu diſparitate ſexuum inducitur præſumptio fornicationis. Concor.cap.2.de coha.cle.& mu.& 81.diſt. c.clericus. Ex his apparet non bene dixiſſe.Pano.in d.c.tertio loco, dum notat Bar.de cõtrarietate, quia non eſt verum. videatur in terminis Io. And. in addi.Spe.in tit.de proba.§.1.verſ.13. De quo per Imo. in l.fin.ff.de hęre.inſti. Et de actu proximo dic, vt infra, immunitas.§.25.& vide quæ no.in d.l.ſi quis nõ dicam rapere.

ad ſequentia faciunt.

Advocatus dicitur ille, qui in iudicio apud eũ, qui iuriſdictioni [a] ꝑeſt deſiderium ſuum vel amici exponit,[b] vel alterius deſiderio contradicit. l. ſciendum.§.1.& ibi per doctor. & l.Paulus, la.1.& ibi Bart. ff.de leg. & ideo conſulens in camera [c] non propriè dicitur aduocatus. Ita quòd prohibitus aduocare, non cenſetur prohibitus in camera conſulere, vel allegationes in ſcriptis facere ſecundùm Panormi. in rubr. de poſtu.& tenet Bart.in l. 1.ff.de va.& extraor.cog.& debet eſſe iuriſperitus, & ſtuduiſſe per quinquenniũ ſaltẽ, & iuramẽto doctorũ approbatus.l. nemini, C.de aduo.di.iud.& no. Bar.ĩ d. l.1.in §. aduocatos.[d]

2 Sed qui ſunt, qui repelluntur ab aduocando? Reſ. quòd multi, de quibus.3.q. 7. infames.& eſt verſus,
Non cuique, datur, ꝙ poſtuſtulet, imò negatur, addictus pœnæ,[e] ſeruus, puer [f] actor arenæ,[g] luminibus

c In camera] Ad hoc facit tex.in d.l.1.ibi Poſtulare eſt deſideri um ſuum, vel amici in iure &c. gloſſ. exponit, deſt in loco, in quo ſolet ius reddi.ff. de iuſti. & iur.l.pen.§.fin. Et idem tenet Bartol. in l.Paulus, ff. de leg. Nota pro doctoribus, huius ciuitatis, qui non poſſunt eſſe aduocati, nam ſi mittunt vnam ſchedulã in ſcriptis iudici vel ei loquuntur, non per hoc videtur aduocare. Idem tenet Bart. in l.1.§.1. ff. de poſtuland. Et prohibitus aduocare, intelligitur, ſi precio, quia ſi gratis vellet, non prohiberetur. Ita dicit Roman.in l.2.in princ.ff.de verb. obligatio.per tex.in d.l.Paulus, in fin.ff.de lega. vbi dicitur, Qui cum amico ſuo prætore gratis cõſilium participat.

d In §.aduocatos] Vide ibi, quia incantator non dicitur medicus, vnde non poteſt petere, vt ſibi ſalariũ conſtituatur de publico, ſicut medici, & phyſici, docentes abachum bene poſſunt petere extraordinariè. & licet gloſſ.in l.1.ff.de poſtulan.& in l.2 C eodem tenuerint illiteratum poſſe eſſe aduocatum, ſi aliàs habeat peritiam cauſarum, tamen gloſſ. in d. l. 2.dicit, quòd inter aduocatos non debent numerari. Et vide in d. §. aduocatos. quomodo notarij, & procuratores poſſunt, petere ſibi conſtitui ſalarium.

a Iuriſdictioni] Quia comprehenditur etiam iudex delegatus, & arbiter compromiſſarius, nam & apud iſtos poſtulatur. l.1.§. item ſenatus, ff.de poſtulan. & licèt iuriſdictionem non habeant, ſed notionem, vt dicit glo.in d.l.1.ff.de poſtulan. Tamen & ea ſunt ad inſtar iudiciorum redacta. l.1. ff. de arbit. l. rem non nouam, C.de iudi. Ideo, & ipſi comprehendunt.

b Exponit] i.tam in iure, quàm in facto, quod negotio expediat C.de poſtulan. l. quiſquis.§. ante omnia, & eſt.§.1 hæc etiam diffinitio ponitur. 3.q.7.c.infames, & ff.de poſtulan.l.1. Nec in illa.l ſciendum §. 1. nec l. Paulus, ponitur diffinitio aduocati, ſed

e Addictus pœnæ] i.damnatus pro calumnijs, vel publico iuramento.de his no.in d.l.1.ff. de poſtuland. & Spe.ti.de aduo.§.1.

f Puer] ſcilicet minor.17. annis. procurator autem impleuiſſe debet 25.annos. Et hoc quia obligat ſe, non autem aduocatus. vide in l.ſi minor, ff. de proc. & C.eo.l.exigendi.

g Actor arenæ] i. qui in arena cũ beſtijs certat pro mercede, quia eſt infamis ipſo iure, & ſic non poteſt aduocare, nam ſi ſibi nõ parcit is, nec alijs parceret. Idem de faciente ludos periculoſos in plateis, quia ſunt infames. Secus de eo, qui vadit ad capiendas aues in turribus, vel colligendos fructus in arboribus, quia eſt cauſa publicæ vtilitatis. Hæc Bartolus in d.l.1. §. remoueant. ex quo patet ludentem cum beſtijs cauſa virtutis exercendæ non eſſe infamem.

h Luminibus carens] Et hoc eſt, vt magiſtratum videat, & honoret. Exemplum, Brutus ſellam auerterat, & Publius poſt humeros poſtulabat a tergo iudicis, & habitus eſt in deriſum, dicta lege prima, in §. caſum. Mulier autem propter honeſtatem prohibetur, & muliebria paſſus. Et aliqui nullo modo poſtulare poſſunt nec pro ſe,

nec pro alijs, vt puer, ſurdus &c. Alij pro ſe tantùm, vt cæcus, mulier. alij pro ſe, & pro quibuſdam tantum, de quibus in ti. de in ius vocan. vt ſunt liberti, filij &c. de quibus habes in dicta. l. 1. & 3. quæſtio. 7. infames.

carens, mulier, muliebria paſſus, & multi alij[a] repelli pñt, quos omitto. ſolummodò dicã de his, qui ſine peccato aduocare nõ pñt, qui ſunt triplici differẽtia, ſcilicet hæretici, & cæteri excõmunicati. ſecundi, clerici, tertij religioſi, de quibus latius proſequemur.

2 Hæretici, & infideles, & excõicati propter ſuſpitionem hæreſis nullo modo pñt aduocare. l. nemo,[b] C. de poſth. & l. nemo, la 2. C. de epi. au. de pœ. diſt. 1. nemo vel in foro. de hære. excommunicamus, el 1.

3 Excõicati etiam repelluntur. 11. q. 3. excõicatos, de excep. c. exceptionem, & omnes ſupradictos, & quẽlibet ipſorum admittens iudex grauiter peccat, vt patet in d. c. nemo vel in foro, & in d. c. excommunicatos.

4 Vtrũ epiſcopi, & alij ſuperiores poſſint aduocare pro alijs? Reſpon. ꝙ non[c] coram eccleſiaſtico, vel ciuili iudice, vt 11. q. 1. te qui dem. 88. diſt. perlatum, & c. epiſcopus, el 1. 14. q. 5. de nique. 21. q. 3. per totum.

5 Vtrum ſacerdotes poſſint poſtulare? Reſp. ꝙ non poſſunt neque coram eccleſiaſtico, vel ciuili iudice, niſi in quatuor caſibus, vt in c. ſi. de poſtula. extra, nè cleci. vel mo. ſacerdotib. 15. q. 2. c. vnico, in gl. 14. q. 5. deniq;. Prim⁹ caſus eſt pro ſe. Secũdus pro eccleſia ſua. Tertius pro pſonis ſibi coniunctis,[d] & hoc intellige, qñ nõ poſſunt habere aliũ, vel non ita bonum. Perſonæ aũt coniunctæ ſunt in iſto caſu vſq; ad quartũ gradum. C. de epi. & cle. autẽ. licẽtiam, & C. de aduo. di. iu. l. petitionẽ. Quartus caſus eſt pro miſerabilibus pſonis,[e] intellige miſerabiles pſonas oẽs illas, quæ p ſe proprias cauſas non poſſunt miniſtrare, vel eccleſiaſtico auxilio indigẽtes. 86. di. c. ſi. in ſi. & 87. di. defenſionis. C. quando impera. inter pu. & vi. per totũ. In criminali verò coram ſœculari iudice nullo modo poſſunt, vt infra dicam. §. 7.

6 Vtrũ diaconi vel ſubdiaconi beneficiati, vel nõ beneficiati poſſint aduocare. Rñ. ꝙ coram ſœculari iudice non pñt, ca. 1. de poſtula. niſi pro cauſa ſua, vel eccleſiæ ſuæ,[f] vel miſerabilium perſonarum, ſm Spe. tit. de aduo. allegat. d. c. 1. in quo glo. dicit etiam ꝙ pro miſerabilibus perſonis licet; alleg. d. c. ſi. Et ſic patet, ꝙ in omni caſu poſſunt, in quo & ſacerdotes in foro ſœculari poſſunt. Coram autem eccleſiaſtico pñt ſecundùm Inn. in d. c. 1. beneficiati tñ

a Et multi alij] Aduerte tamen, quod prohibitus aduocare in vna ciuitate ex cauſa irrogante infamiam, non poteſt alibi aduocare; ſecus, ſi talis cauſa non irrogat infamiã l. ex ea. ff de poſtu. no. gloſſ. & Bar. in l. 1 C eo.

b L. nemo] Vbi dicitur. Non poteſt eſſe aduocatus, qui non fuerit ſacramentis chriſtianitatis imbutus, & hoc nè chriſtianos lædat. Vnde quãuis Iudæis, & quibuslibet liceat pro ſe poſtulare, non tamen debent publicè, pro alijs aduocare. Et gl. in d. l. nemo, dicit rationem eſſe, nè ſcilicet Chriſtianis noceant. 17. quæ. 4. conſtituit, vel quia ſunt infames. Et vt cæteri, qui non ſunt Chriſtiani, pp hoc animẽtur ad Chriſtianiſmum ſecundùm Arc. ibi, tum quia nõ poſſunt officio publico præfici. c. ex ſpeciali, de Iudæ. tum quia non poſſunt eſſe doctores ſecundũ Bar. in l. ſi. C. de Iudæ. per illũ text. Et aduocatus non poteſt eſſe niſi doctor. l. nemini, C. de aduoca. diuer. iu. igitur &c. Et vt dicit glo. non eſt neceſſe, ꝙ ſit theologus, ſed ꝙ ſit baptizatus.

c Reſpon. ꝙ non] Ratio eſt, nè epiſcopi perſona vilis reddatur corã alijs, vt d. c. perlatum, & nè verbũ dei impediat, ad quod tenet. Et quia aduocatus ponit ſtãdo, vt l. quiſquis, C. de poſtulã. & iudex ſedet.

d Sibi coniunctis] Coniunctione carnali, & ſanguinis, non autem pro coniunctis coniunctione, vel amicitia ſpirituali. No d Anto in c. ex parte decani, & in c. nonnulli, de reſcrip. Ratio eſt, quia inter coniũctos carnaliter eſt duplex vinculum, vnũ, ſ. ſanguinis quod eſt indiſſolubile. l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. Aliud pſum ptinæ, ſ. dilectionis, c. poſtremo, de appel. In amico verò non eſt niſi vnum vinculum ciuile & accidentale; maximè hodiernis tẽporibus, quibus non reperitur verus amicus, quia in veris amicis debet eſſe idem velle, & idẽ nolle. Pan. in c. ſi. 2. col. de poſtu. vbi no. ꝙ pro ſtrictè coniunctis & miſerabilibus perſonis poterit clericus contra eccleſiam, a qua habuit beneficium aduocare, quia magis tenetur qs adiuuare coniunctum, quàm eũ, a quo habuit beneficium. Et ſic propinquitati præfertur beneficium.

e Miſerabilib⁹ perſonis] Not. quia non ſufficit miſerabilitas in habitu, ſed oportet ꝙ ſit in actu per text. c. 1. de poſthu. qui permittit non indiſtinctè pro miſerabilibus, ſed pro illis, qui cauſam adminiſtrare non poſſunt. Vt quia ſunt viduæ, pauperes, orphani & pupilli, quia eccleſia debet tales defendere. 87. diſtinctio. per totum. Vide Panormita. in d. cap. 1. & in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.

f Vel eccleſiæ ſuæ] Et ſic pro cauſa eccleſiaſtica, & de eccleſiaſtica tribus modis ſecundùm Panormi. in



nihil quærent pro ſalario, ſed oblata ſpontè recipere pñt 15. q. 1. c. vni.[a] ſed gl. dicit, ꝙ non ſeruatur, quia nemo militat ſtipendijs ſuis. c. cum ex officij de præſcr.

7 Vtrũ in minoribus ordinibus cõſtituti poſſint aduocare? Rñ. ꝙ ſi ſunt beneficiati, nõ pñt niſi corã eccleſiaſtico iudice, c. 1. d poſtu. limita hoc ſm Pa. & Hoſt. qñ habent ſufficiens beneficium ad eorum ſuſtẽtationem, quia ſi nõ habent, poſſunt per aduocationem acquirere ſibi,[b] etiam ſi ſunt diaconi, vel ſubdiaconi. Si autem nõ ſunt beneficiati, poſſunt tam corã eccleſiaſtico, quã etiam ſeculari in cauſa ciuili. In cauſa autem criminali nullo modo poſſunt corã ſeculari iudice, nè cle. vel mo. c. ſententiã, 23. q. 8. his, a quibus. 51. di. aliquanto. Quidã tamen[c] dñt eos poſſe pro reis poſtulare, & appellare, & appellationem proſequi, ar. 23. q. 5. c. eos. ſed tuti⁹ eſt in totũ abſtinere. d. c. ſñiam & no. d. gl. in d. c. aliquanto.

8 Vtrũ, religioſus poſſit poſtulare? Reſpon. ꝙ non, niſi cum vtilitas monaſterij expoſceret Abbate imperãte. c. ex parte,[d] de poſtu. Et extenditur ẽt ad canonicos regulares; ibidem patet. Et ibi dicit Panor. ꝙ oportet prædicta duo ſimul concurrant; aliàs nullo modo etiã coram eccleſiaſtico iudice eſſe aduocatus, vel procurator[e] poteſt. Si verò prædicta duo concurrant, poteſt etiam coram iudice ſœculari, ar. in ca. 1. & c. ſi. eo. titu. intellige in cauſa ciuili tantùm.

9 Vtrum propter lucrum applicandum monaſterio Abbate imperãte poſſit monachus eſſe aduocatus, vel procurator? Rñ. Inno. in c. cum I. & A. de ſen. & re iu. ꝙ etiam pro laico poteſt eſſe aduocat⁹ & procurator monachus propter vtilitatem monaſterij; & ita dicitur, ꝙ d. Lapus ſeruauit. Sed contrarium, ꝙ nõ poſſit, tenet Io. And. Ego autẽ dico cum Pa. in d. c. ex parte fore magis honeſtum & æquum, vt abſtineat, ar. c. nõ magno, nè cle. vel mo. & 16. q. 1. alia eſt cauſa. Aduerte tñ, ꝙ clerici, vel monachi ſolũ prohibentur (vt dixi) poſtulare, qñ indifferenter exercere volunt talia officia ſecundùm Innoc. in c. vnico, de ob. ad ratio. ſec⁹, ſi volunt aſſumere in vna cauſa. & hoc ſequitẽ Archi. in c. peruenit. 86. diſt. & placet, & videtur ęquũ, licèt Colle. in c. dilecti, de arbitris, teneat ꝙ nec etiam in vna cauſa, & fortè verius.

10 Vtrũ aduocat⁹ † teneatur gratis pro impotẽte aduocare; Rñ. Pa. in c. 1. de offi. iu. or. diſtinguit ſic, aut eſt potens ad ſoluẽdũ, & ſic eſt vera opi. Goſ. qui dicit, ꝙ nõ tenetur, ſed iudex debet ſibi conſtituere ſalariũ ſecundũ facundiam, & pro modo litis, & cõſuetudinis

in d. c. 1. de poſtu. aut ratione perſonæ, vt quia perſona eccleſiaſtica ſequendo forum rei litigat coram ſœculari; aut ratione delicti, vt quia pro ſacrilegio eccleſia voluit conuenire laicum coram iudice ſœculari, quod poteſt, vt in cap. cum ſit generale, de foro competẽti, aut ratione rei, de qua agitur, vt quia res eſt eccleſiæ ſecũdùm Hoſtien. & bene.

a C. vnico] Et facit. c. dilectus, de ſimo. & quod ibi nota. Et in ca. licet. 11. quæſtio. 3. & dicunt aliqui, quod illi text loquuntur de religioſis, alij quod in ſpiritualibus cauſis non in temporalibus.

b Acquirere ſibi] Ratio, quia ſi clerici ppter indigentiam exercent opus rurale, vt in capit. 1. de celebratio. miſſarũ. & licitè poſſunt exercere artificium, vt infra, clericus. 9. §. 1. fortius debet ſibi licitè aduocationis officium exercere, cum magis conueniat dignitati. Et aduocati dicuntur defendere rempublicam ſicut milites militiæ armatæ, vt l. aduocati, C. de aduo. di. iudicum. Et hoc placet, licèt alij dicant, ꝙ ſi non habent, vnde viuant, debent agere contra epiſcopum.

c Quidam tamen] Ratio autem in hac eſſe poteſt, Quia aduocatus propter imperitiam ſuã ſuccumbere poſſet, vel propter aſtutiam, & malitiam ſuam poſſet reus iniuſtè abſolui, & ſic cõdemnaretur actor ad pœnam talionis. Vnde, quia lingua eſt nimis facilis. ff. ad l. Iul. maie. tuti⁹ eſt, vt clericus abſtineat. Dicit tamen, ꝙ ſi aduocatus eſſet omnino inculpabilis, non efficeretur irregularis, vel ſaltem debet proteſtari, iuxtà c. prælatis, de homi. 16. Debet tamen, vt dixi, potius abſtinere.

d C. ex parte] Fundatur hoc ſuper canone, monachi. 16. quæ. 1. Qui habuit reſpectũm ad religionem, non autem ad ordinem monachorum, quia extenditur ad canonicos regulares, nam etiam ipſi religioſi ſũt, licèt regulæ inſeruiãt laxiori. Et intelligit Panormita. de religioſis cuiuſcunque ordinis, vt veniant appellatione monachorum, ſi ratio diuerſitatis aſſignari nõ poſſit, pro quo facit. c. duo. 12. q. 1.

† De aduocati & patroni cauſarũ officio catechiſ. in præce. Non loqueris. c. nũc explicemus. P. V.

e Vel procurator] Ponatur caſus ſic. Monaſterium multũ grauatur ære alieno, nunquid monachus peritus poſſit aduocare, vt de lucro monaſterium releuetur ab onere debitorum? Et dixit Hoſtien. in ca. ex reſcripto, de iureiuran. ꝙ ex abbatis permiſſione poteſt monachus deputari ad ſeruitiũ prælati, vel magnatis per aliquod tempus,

patriæ, vt in l.1.§.in honorarijs,[a] ff.de va.& extraor. cog. Aut eſt impotens, & tunc tenetur gratis aduocare lege diuina hoc præcipiente. Mat.22. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. & credo, quod peccat mortaliter,[b] quando ſcit talem impotentem incurrere notabile damnum ex defectu aduocati, ſi requiſitus eum non adiuuat gratis. Secus, ſi leue damnum, quia tunc eſſet veniale. Et ſimiliter iudex peccat mortaliter, vel venialiter ſicut aduocatus, ſi ſciens talẽ impotentem non prouidet ſibi de aduocato, præcipiendo alicui ipſorum. ꝙ gratis aduocet ꝓ tali impotente. Et ſi ei nolunt obedire, poteſt & debet eis ĩterdicere officium aduocatiõis.l.prouidẽdum §.ſi quis verò.[c] C.de poſt. ar.l.moris eſt.in princ.ff.de pœnis.& in l. 1. de off.præ. vr.& in d.c.1. Et etiã cauere, nè potentior offendat aliam partem, vt no. Bar.in l.illicitas.§.nè potentiores, ff.de offi.præ.

11 Vtrum aduocare poſſit quis contra eum, à quo recepit beneficia, ſine vitio ingratitudinis? Reſpon. quòd non, vt patet in c.ſi. de poſtu. vide ibi Panor. imo poſſet donatio reuocari, ar. d. c.ſi.iuncto, c. ſi. de dona.[d] ſed aduerte, quòd beneficium datum pro mercede laborum, & ſeruitiorum, nõ eſt gratuitũ beneficiũ.[e] facit.l. Aquilius regulus, ff. de donat. vbi donatio facta magiſtro rõne diſciplinæ nõ eſt mera donatio & ideo reuocari non poſſet rõne ingratitudinis, ſed ſolummodo qñ donatio, ſeu beneficium eſt gratuitum. Fallit hoc qñ ꝓ ſe, vel pro patre, vel matre, impotente, aut pro alia miſerabili perſona aduocat, vt colligitur ex Specula. in titu.de aduo. §. finali, verſiculo quid ſi per imprudentiam, quia tunc poteſt ſine vitio ingratitudinis.

12 Vtrũ aduocatus teneatur ad reſtitutionem, ſi per imprudentiam, aut negligentiam ſuam amiſit cauſam clientulo? Reſ. Hoſ. vt recitat Spec.in tit.de aduo.

quia hoc non ſit ſine vtilitate monaſterij, cum per illum monaſterij negotia promoueantur, ſicut dicitur de clerico ſæculari.c.cum dilectus, de cle.non reſid. & tex.cum glo.in c.paſtoralis.2.q.7. & pro vtilitate Abbatis poteſt monachus procurator conſtitui, ſiue aduocatus, vt ſi ſit accuſatus, ſi inquiritur cõtra eum, & ĩ electione ipſius, & ſimilibus quia in his vertitur vtilitas monaſterij, vt bonus Abbas eligatur, & electus defendatur ſecũdùm Innocent. & refert Panor. in d.ca. cum I.& A.vltim.colum. de re iud.

a §. in honorarijs] Aduocati poſſunt officium iudicis implorare, vt eis conſtituatur ſalarium ſecundùm Bart. in d.§.in honorarijs. Et idem in procuratore ſecundùm Cyn. Et Baldũ in l. 1. C. mandati. Et aduocati habent alias actiones, quæ nota. in l.1. C. de ſuffragio. vide gloſſ. in l. ſalarium ff. mandati.

b Peccat mortaliter] Adde tex. in l. 1.§. ait prætor, ff. de poſtu. & l.1.§.nec quicquam, ff. de offi. procon. Et facit pro §.iſto, quod dicit ſan.Thom. ſecunda ſecundę q.71.art.1.in corpore.q. Præſtare patrocinium cauſæ pauperum, cum pertineat ad opus miſericordiæ, & opus miſericordiæ ſit affirmatiuum præceptum, non obligat niſi pro loco & tempore. Et quia omnibus indigentibus vnus ſubuenire nõ ſufficit, ideo obſeruandum eſt illud, quod dicit Auguſti. in 1.de doctrina Chriſti, Cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimè conſulendum eſt, qui pro locorum, & temporum, vel quarumcunque rerum opportunitatibus conſtrictus tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Dicit enim pro locorum, quia non tenetur homo per mundum quærere indigentes, ſed ſufficit, ſi eis, qui occurrunt, ſubueniat. Vnde Exod.23. dicitur. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, duc ad eum. Dicit & temporum, quia non tenetur homo futuræ neceſſitati prouidere alterius, ſed ſufficit præſenti ſuccurrere, prima Io.3. qui viderit fratrem ſuum &c. Dicit etiam, quarumlibet rerum, quia homo ſibi coniunctis quacunque neceſſitudine maximè debet curam impendere. 1. Timot.5. ſi quis ſuorum &c. Dicendum eſt ergo ĩ hoc caſu, quòd ſi apparet iſti cauſę pauperum poſſe aliter ſubueniri per ſeipſum, vel per coniunctam ſibi perſonam, aut maiorem facultatem habentem, non tenetur ex neceſſitate ſibi ſubuenire aduocatus, ita quòd peccet non ſubueniendo, quamuis ſubueniendo hoc caſu laudabiliter faciat. Secus, ſi non appareat in promptu, quomodo poſſit ſubueniri, indigenti, quia tunc talis teneretur. Et ſic patet non ſemp teneri aduocatum cauſæ pauperum patrocinium præſtare, ſed ſolùm concurrentibus prædictis circumſtantijs, alioquin oporteret eum cætera negotia prætermittere, & intendere cauſis pauperum tantum. Et idem dicendum de medic. hoc ſupra Thom.

c L.prouidendum. §. ſi quis verò.] Per illum text. dicit Bald.ibi, quod tabellio ad præceptum ſuperioris nolens conficere inſtrumentum impotenti, poteſt priuari officio.

d In c.ſi.de dona.] Et hoc not. indecens eſſe, vt contra amicum quis aſſumat officium aduocationis, ſeu procurationis. Et ex hoc etiam dici poteſt vaſallum non poſſe aduocare contra dominum, aliàs tãquam ingratus poſſet feudo priuari.

e Gratuitum beneficium] Ex hoc videtur malè dicere Bar. in l.2. C. de aduoca. diuerſorum iudicum, qui voluit aduocatum non poſſe patrocinari contra rempubli. à qua recipit ſalarium, per illum tex. quia

vbicunque



tenetur, argum. l.idem iuris,[a] ff.ad l.Aqui. Et breuiter tenetur ſecundũ eundẽ Hoſ. qualicũque eius vitio perdatur, ar.l. ſi ideo cõtra emptorem,[b] ff.de euict. Secus, ſi ex qualitate cauſæ, vel defectu probationum, quia tunc vitium eſt materiæ, non artificis. ff. ad l. Aqui.l.ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem, de quãta autem vel quali negligẽtia, vel imperitia teneatur, vide infra culpa.§.5.[c] & 6. multomagis tenetur, ſi dolo ſuo cliẽtulus amiſit cauſam, ff. de iudi.l.ſi filiusfa.§.di. ſæpe.

13 Vtrum aduocatus ſciẽter defendẽs cauſam iniuſtam teneatur ad reſtitutionem? Rñ. ꝙ vltra mortale peccatũ, qđ commiſit, tenetur ſecundũ Monal.ti.Reſtitutio, ad omne, quod amiſit ille, contra quem patrocinia præſtabat ſiue per malitiam, ſiue per pertinaciã, vel falſitatem, & etiam cliẽtulo, ſi eum decepit dans ei intelligere eum habere cauſam iuſtam, quia aliter non litigaſſet,[d] argum.C.de ad mi.tu.l.non eſt ignotum.

14 Quid ſi ignorabat iniuſtam cauſam? Reſp. quòd ſi hæc ignorantia prouenit ex culpa ſua, vt puta quia non eſt peritus in iure, aut quia non inquiſiuit à clientulo, vt debuit debita merita cauſæ, credo, quòd ſimiliter teneatur ad reſtitutionem, nõ ſolùm illi, contra quem aduocauit, verùm etiam clientulo ſuo, ſi aliter non litigaſſet ſecundùm modum culpæ, & regulas, de quibus infra, culpa.§.5. Si verò præfata ignorantia prouenit ex qualitate negotij, vel falſa informatione, vel mala cliẽtuli, excuſatur. Tenetur tamen, eam dimittere[e] poſt quàm cognoſcit iniuſtitiã cauſæ. l.rem non nouam.§. patroni, C.de iudic. Et ſalarium receptum[f] reſtituere tenetur ſecundùm Monal.c.aduocatus. Quod credo neceſſarium, quando ex culpa ſua prouenit talis ignorantia: aliàs non credo niſi de conſilio, & ſic tenet Hoſt. his concordat Thom. 2.2.q.71.

15 Vtrum aduocatus poſſit petere ſalarium? Reſp. ꝙ cauſa nondum incæpta põt petere, prout vult niſi in caſu, vbi alius bonus nõ inueniretur, ar. eorum, quæ no. in l.1.C.de epiſc.au. Cauſa verò incæpta vel finita, vel quando alius bonus non inueniretur, non poteſt petere niſi moderatum attenta qualitate cauſæ, laboris, & conſuetudine regionis, & idoneitate aduocati vt colligitur.3.quęſtio.7.§. arcentur.in tex. & in gl. Aduerte

vbicunque non eſt beneficium gratuitum, ibi non incurritur vitium ingratitudinis, & ille textus loquitur in beneficio merè gratuito, de decurione ſcilicet. Et hoc tenet Spec.titu.da aduoc.§.1. verſic.ſed nũquid, vnde doctor, qui recipit ſalarium pro lectura, non recipit beneficium, ſed mercedem pro labore, ideo ei non tenetur. Sed pone, quis habet patrem, & patriam, nunquid poterit aduocare pro patre contra patriam? vide Spe. vbi ſupra, verſi. ſed quid ſi pater, vbi concludit in effectu, quod poteſt, pro hoc.l.pen. ff. de iuſti.& iure, & l. 2. C. de aduoc. diuerſi.iudi. vbi certæ perſonæ prohibentur; ergo alijs permittitur. Item concluditur, quod potius quis tenetur adiuuare patrem, quàm patriam, ar. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, vbi prius nominantur parentes, quàm patria. Hoc dicit eſſe verum, quando pater prætendit iuſtam cauſam. Aliàs, ſi eſſet rebellis patriæ, debet filius inſurgere contra patrem Vnde, ſi pater eſſet bannitus, ita quod poſſet impunè occidi, poteſt filius eum impunè occidere, vt l.Minime, & ibi Bart. ff.de reli. & ſump.fu. Hæc Pa. in d.ca. ſi.de poſtu.

Adde Catechiſ.in præcep.Non fur.fa.c.verum huius iuncto de ſatisfa.c.fin. Pet. Vend.

a Arg.l.idem iuris] Vbi de medico dicitur, qui perperam medetur, & etiam ſi debitam non adhibuit diligentiam, vide infra, medicus.

b Ar.l.ſi ideo contra emptorẽ] Adde Io. Fa. & Ang. inſti. qui, & ex quib. in §.ſi. Et vide l.ſi.& ibi gloſſ. & Bartol.ff.de var. & extraor. cog. Tenetur enim ſicut iudex, vt infra, iudex.§.21.& 22. Et ſicut medicus, vt l.illicitas.§.ſicuti, ff.de offi.preſid. & ff.ad l. Aquil.l. qua actione.§.fin.cum l.ſequen.ff.locati. l. impuberes. Et hoc verum, quia eo ipſo, quod profitetur ſe aduocatum, & artem exercet, videtur ſe aſſerere peritum, igitur ſua imperitia aſcribitur dolo, & fraudi, & deceptioni, vt.l.1. & quod ibi not. ff.quod quiſque iur. ergo tenetur de dolo, & fraude, vt l. 1. C. de aduo. diuer. iudic.

c Infra, culpa. §.5.] Barol. in l. 2.ff.mandati, dicit quod, ſi aduocatus dederit malum conſilium, non tenetur, niſi quatenus dolo fecit, & dicit de hoc per Specul. titul. de requi. conſil. pro hoc, quod vult Paul. de Caſtro in l. penulti. C.de pactis, quòd ſicut arbitrator, qui eligitur, ſiue arbiter, de conſenſu partium non tenetur niſi de dolo & lata culpa, vt l. prima. §. ſecundo. ff. ſi menſor.fal. mo. dix. ita debet eſſe in conſultore electo à iudice, in teſte, & notario.l. ſi quando, C.de teſt. Et l.1. & ibi Bart.C. de diſcuſſio. lib. 10. & Bar. in l.fin.ff. de var. & extraor.cog. Et in ſimilibus.in l.2.ff.de proxenetis.

d Litigaſſet] Concordat ſanctus Tho.2.2.q 71.artic. 3.in corpore quæſtionis.

e Eam dimittere] Tamen aduocatus nõ debet prodere ſecreta cãę aduerſario, vt eũ iuuet ſecũdũ aliquos.

f Salarium receptum] Vel inducere clientulum

ad

ad cedendum, vel componendum ſine aduerſarij dãno ſecũdũ Tho. 2. 2. q. 81. ar. 3. in reſpõſi. ad ſecũdum.
a Vel re.] ſcilicet de qua non litigatur, vt dicit Ale. in l. litem, C. de procur. licèt Ange. in d. l. ſumptus, tenuerit cõtrarium, & vide per Moder. in ll. hic alleg.

b Quod excedat centum] Pone, quis dicit, ſi tu vinces, centum dabo, ſi perdes, quinq. Et ſi dicitur, quòd pacta ſeruari debent, Intellige ſecundum Alex. in d. l. litem, quãdo illa centum nomine palmarium promittuntur. Sed pone, litigator tranſigit, nunquid aduocatus totum ſalarium, habebit? Spe. ti. de ſalarijs dicit quod ſi tranſactum eſt in fraudem, totum ſalarium habebit, quia per eum non ſtetit, quo minus vincat. ff. loca. l. qui operas. Et ſi per eum non ſtat, videtur conditio impleta. ff. de re iu. l. in iure ciuili, & ſic totum habebit ipſe, vel eius hęres. l. poſt duos, C. de aduo. diu. iudic. Si vero bona fide, tunc procurator ſalarium habebit, ſaltem de æquitate. Sed aduocatus, ſi cooperatus eſt ad dictam compoſitionem, non perdet quicquam.

hic, ꝙ aduocato, & procuratori non licet facere pactũ de quota litis, neque ẽt de certa quantitate, vel re * cum hac conditione, ſi vincat, q̃a eſt eadẽ rõ, ſicut & de ꝓmiſſione quotæ litis. q̃ ideo ꝓhibita eſt, nè ꝑ fas & nefas intendat ad victoriã cauſę, vt poſſit conſequi ꝓmiſſum. Sed q̃ñ ſimpliciter ꝓmittitur aliquid certũ, ſiue quantitas, ſiue res pro mercede, ſiue vincat, ſiue ꝑdat, & ẽt ſi vltra hoc ꝓmittitur aliq̃d noĩe palmarij, q̃d eſt modicum quid, non magnũ, ſic valet pactũ, quia ceſſat rõ prædictæ prohibitionis in iſto caſu. Et ſecundũ hoc cõcor. doc. & glo. in l. ſumptus, ff. de pac. & l. 1. in verbo, & ſi noĩe palmarij, ff. de va. & extraor. cog. & l. ſi hi, q. C. de poſtul. & l. itẽ, C. de proc. & l. ſalariũ, ff. manda. qui multũ intricatè & variè loquuntur. Item no. ꝙ aduocatꝰ, & procurator nõ põt accipere ſalariũ, q̃d excedat centũ [b] aureos in vna cã. l. 1. §. in honorarijs, ff. de va. & extraor. co. & in gl. 1. d. l. ſalariũ. Itẽ nõ pñt p̄dicti [c] aliquem cõtractum facere cã incæpta, & nondum finita cũ cliẽtulo. C. de poſtulã. l. quiſquis, & 3. q. 7. §. item ſi quis.

16 Vtrum ſalariatus de publico poſſit aliquid petere ab aliquo particulariter? Reſp. Pa. in c. 1. de poſtu. ſecundũ Inn. ꝙ nõ ab aliquo litigante, ſic nec põt ſalariatus medicꝰ [d] ab aliquo conſtituto in infirmitate; ſed à nõ litigãtib. vel ſanis licitè recipiũt, q̃a ſalaria ſunt cõſtituta talib. ſolũ ꝓ litigãtibus & ĩfirmis. ꝓbatur in l. antep. C. de ꝓfe. & me. l. 10.

17 Vtrum poſſit quis aduocare pro vtraque parte? [e] Reſp. Spec. in ti. de aduoc. ꝙ ſic, ar. 45. diſt. diſciplina, quaſi in fi. & ibi gl. extra de poſtu. præ. bonę memoriæ, el 1. quaſi in prin. Quod verum credo in caſu dubio, aliàs non, quia quãdiu cauſa eſt dubia, poteſt aduocatus patrocinari ſine peccato ſecundùm Rod.

18 Vtrum aduocatꝰ poſſit vti deceptione [f] cõtra eũ, qui habet iniuſtã cauſam? dic vt infra, bellum. §. 19.

c Item non poſſunt prædicti] Ratio eſt, quia omnia daret propter timorem litis, ſicut infirmus timore mortis. l. medicus, ff. de var. cogn.
d Medicus] Vide infra medicus. §. 6. in poſti.
e Pro vtraque parte] Quidam tenẽt opinionem Roſe. ti. aduocatus. §. 14. & per multa generalia reprehẽditur hoc dictum, & primo quia allegans contraria non auditur. Item quia lites poſſent fieri immortales, & aperta eſſet via malitijs. Item quia ex hoc videretur aduocatus præuaricator. Sed his non obſtantibus dico non mereri ex his reprehendi, Tum q̃a innititur opinioni Specu. & ipſam limitat. Tum quia loquitur quo ad peccatum. Nam pone, quod quis in cauſa dubia allegaſſet coram iudice pro vtraque parte, vt melius iudex ſciret diſcernere, & rectius iudicare, nunquid peccaret? Certè non, quandoquidem iſte pro iuſtitia pro vtraq; parte patrocinaretur. Sic igitur non eſſet præuaricator, nec malitijs eſſet aperta via: Quinimo malitijs obuiaretur. Quod autem dicitur, non eſt audiendus, procedit in foro cõtentioſo. Pone etiam, quod vnus tantùm aduocatus eſſet bonæ conſcientiæ nũquid hoc modo peccaret? Certè non. Imo ſi multi eſſent, & communes, qui per apices iuris procederẽt nonne lites magis prorogarentur? Contra ea, quæ not. in prima cõſtitution. C. Et hoc modo citius expedirentur. Sic ergo intelligitur hoc dictum. Item ea, quæ dicuntur a doctoribus allegatis, intelliguntur magis de honeſtate, Vt videtur innuere Gemi. in d. capi. fin. de teſti. Nec etiam Pa. in d. c. òlim, el. 2. dicit id, ad quod allegatur, Et multæ allegatiões ſunt falſæ, vt videtur. Summa etiam. Roſ. nihil allegat. Ideo teneo hanc opi. eo modo, quo declaraui.
f Deceptione] Dic vt per gloſſ. in ca. cupientes, in principio in verſic. malignantium, de elect. Ait enim ſic. Per hoc ſoluitur contrarium de canone. 4. quæ. 4. nullus. vbi habes, quòd reorum eſt ſubterfugere opponendo legitimas exceptiones & veras, non autem malitioſas, & falſas, vt hic conſueuit dici, quod qui habet ius in principali, cauillationes, & malitias aduerſarij poteſt per alias repellere, & ſic poſſet intelligi capitulo. nullus. Et de hoc. 23. quæſt. 2. Dominus noſter. Et ad hoc ar. de ſimo. c. dilectus. Item illud Nico. de Ly. ſuper Matth. 21. Vbi dicit, ꝙ dominus interrogauit Iudæos de baptiſmo Ioannis nolens eorum interrogationi reſpondere retundens clauum clauo oſtenderet cauillationes aduerſariorum cautelis poſſe repellere. Sed circa iſta mouetur



tur dubium, mutuaui tibi centum nullo vidente. Et tu eadem mihi reſtituiſti nullo vidente. Conuenio te, negas te mihi aliquid debere; facio poſitionem & dico quod iuramento reſpondeas, an tibi mutuauerim, nunquid ſine peccato poſſis, iurare? Petrus de Ancharan. in d. capitulo cupientes, allegat pro, & contra, & aliter non decidit, ſed remittit ad not. in regula, poſſeſſor, de reg. iur. in 6. per ſe. Sed Innocent. in d. capit. cupientes, dicit ſub dubio forte, quod tali poſitioni reſpondere non tenetur, an mutuauerit ſibi, vel ſi iudex arctaret eum ad reſpondendum purè ſuper mutui poſitione, poſſet dicere, Nõ mutuaſti mihi aliquid, propter quod ſim tibi obligatus, & tunc verum dicit, & aduerſarij calumniam repellit. Vide Archi. 4. quæſtio. 4. nullus primo, hæc Gemi. ſuper gloſſ. prædicta, in ver. malignantium. Item vijs illicitis non eſt malo obuiandũ, ſed licitis, vnde dicitur fraudem non facit, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. Titio, in fi. de leg. 2.

AFFINITAS [a] q̃d ſit & quomodo impediat matrimoniũ. vide infra, matrimoniũ. 3. ĩpedimẽto. 15.

AGNATI ſunt, qui ꝑ virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt. Nam in agnatis cognati intelliguntur vt genus in ſpecie, vnde fratres ex eodem patre, Filius fratris, nepos, & huiuſmodi agnati ſunt. At qui per fœmininum ſexum cognatione iungũtur, non agnati, ſed naturali ratione cognati ſunt, ſicut filij ſororis, vel amitæ. ff. de leg. tu. l. ſunt autem.

ALCHIMIA vtrum liceat? Reſpond. Oldra. in conſilijs ſuis [b] tenet, ꝙ ſic, dummodo non faciant per artem magicam, [c] vel per aliã legibus odioſam, [d] vt dicit l. vnica. C. de theſau. libro 10. quia tales metallarij ſunt, qui labore proprio, & ſibi, & rei publicæ commoda comparãt. C. de metal. l. prima, libro 11. Et iura propter publicam vtilitatem, quæ ex eorum officio videtur reſultare, fauent eis, nam poſſunt inuito domino ingredi fundum ad metallum inquirendũ. [e] l. 3. & l. quoſdam, & ibi not. C. de metal. quod aliàs non licet, dict. l. vnica, [f] & ff. de acquiren. rer. do. l. 3. Ratio eſt, quia, vt dicitur in libro de proprietate rerum in capit. de alchimia, Omnia metalla procedunt ex eodem principio, ſcilicet vt ſulphure, & argento viuo. Sed ex virtute elementorum, quę habent maiorẽ influentiam in vno loco, quàm in alio, in vna minera fit ſtagnum, in alia argentum. Cum ergo ars imitetur naturam. ff. de adoptio. l. adoptio. Non igitur eſt peccatum, [g] ſi per virtutem, quæ eſt in elementis, aut herbis, alchimiſtæ de ſtagno volunt facere argentum, quia cum ſit ex eodem principio, & in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitꝰ, inſti. quib. mo. tol. ob. §. 1. Cum multæ virtutes ſint inſitæ herbis, & lapidibus. 26. quæſt. 5. nec mirum, circa medium. [h] Sed his non obſtantibus credo, quòd ſit illicita ex multis reſpectibus. [i] tum primò, quia nullus inuenitur, qui habeat veram huiuſmodi artem, licèt dicatur de multis, ſed falſum ex experientia, tum quia videmus, quod cõmuniter ipſam facientes multa conſumunt, & a communiter accidit aurum ſophiſticatum ſiue alchimum pro bono, eſt illicita venditio, maximè quia aliquando impediuntur veræ operationes talis metalli, puta quia lætificat, adiuuat contra quaſdam infirmitates, quod non facit aurum alchimum, & cætera. Et vide Bald. in capitul. primo. in penultim. colum. quæ ſunt regalia, in vſi. feu. ſubdit tamen Thom. quod ſi alchimiſtæ facerent aurum verum, quod fieri poteſt, poſſent ſine peccato illud vendere.

a Affinitatẽ ex fornicatione cõtractam. S. Syno. Tridenti. reſtringit 24. c. 4. de reformation. matrimon. vide etiam infra cognatio. Petrus Ven. Iramenus.
b Conſilijs ſuis] Conſil. 68. refert Pan. in capitul. 2. circa fin. de ſortile.
c Magicam] Vt C. de mathemati. per totum, maximè in l. eorum, cum duabus ſeq.
d Legibus odioſam] Adde. C. de paga. per totum.
e Ad metallum inquirendum] Dummodo faciat abſque damno.
f D. l. vnica.] C. de theſau. libro. 10. verſicul. planè. Et inuito domino nullus ingredi poteſt fundum nõ ſuum ad quærendum theſaurum, ſed ſecus in faciendo metallum, & marmora. Ratio, quia hoc pertinet ad publicam vtilitatem, & cum magno labore, primum vero ad priuatam, & cum paruo labore vide gloſſ. & Bartol. in d. l. 3. & quaſdam. Et Ioann. Andreas in add. ad Spec. titul. de crim. fal. arguit pro, & contra, Et tandem concludit vt hic per Oldra.
g Non eſt peccatum] Certè de plumbo poterit argentum fieri, & ſic de ſingulis, & ſic nullũ erit peccatum.
h Circa medium] Inſunt enim reb. corporeis per omnia elementa quædam occultæ ſeminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque cauſalis prorumpunt in ſpecies debitas.
i Ex multis reſpectibus] ſanctus Thom. 2. 2. quæſt. 72. arti. 2. in reſpon. ad primum ar. dicit, ꝙ aurum, & argentum non ſolum eſt vtile propter vaſa &c. ſed etiã quia habent materiam valde puram; vnde qui vẽdit aurum ſophiſticatum ...

tibus eſt ſtandum. [a] vnde de ipſis dicitur & ad Tim. tertio, & dicto capitu. nec mirum, Semper addiſcentes, & nunquam ad veritatis ſcientiam peruenientes; experientias multas faciunt, & nunquam ad perfectum attingunt, tempus vitamque conſumunt; nec id quod operantur, habet veritatem cum auro, vel argento, ſed ſolùm apparentiam, ideo ſemper ſunt condemnandi alchimiſtæ. Et hoc euidẽter probatur, quia nemo in publico eam vult facere, vt appareat, ꝙ malè agunt, quia odiunt lucem. Et ſi aliquando aliquid veri faciunt, aut fit cũ damno computatis expenſis, vel ex aliqua deceptione imponendo aurum verum, vel aliqua diabolica fallacia, quæ, vt eos attendere faciat huiuſmodi, facit eis verum aurum ex appoſitione auri veri occultè aliquando. Cum ergo ſit tale exercitium contra vtilitatem publicam, vt patet ex conſumptione rerum, & quia vt communiter faciunt ex his monetam falſam, ideo ſimpliciter ſunt condemnandi eam facientes. [b]

ALEA, [c] vide [d] infra, ludus. §. 3. cum ſequentibus.

ALIENATIO quid dicitur? Reſpon. quòd propriè & ſtrictè eſt omnis actus, per quem trãsfertur dominium. dicit text. C. de fun. do. l. 1. & l. alienationis verbum, ff. de verbo. oblig. ſecundùm gloſſ. in c. nulli liceat, de rebus eccle. non alienan. & eam ſequuntur Docto. ibidem. Largisſimè autem alienatio dicitur datio in emphyteuſim, & locatio ad longum tempus, vt voluit Iac. de Belui. in authen. de non alienan. §. quia verò, etiam quando ſola poſſeſsio in aliũ transfertur, vt not. Innocen. de reb. eccle. non alienan. ca. epiſcopi, & Alber. in authenti. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. eccle. ſed contra videtur text. in d. c. nulli licet, vbi dicit, Alienationis autẽ verbum continet conditionem, ſcilicet vendere ſub conditione, Alij habent conductionem ad longum tempus, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſim, ac perpetuum contractum; hæc tex. ſed verbum, Cõtinet, denotat propriam naturam vocabuli, vt dicit Barto. in l. affinitates, aliàs incipit. l. cui eorum, ff. de poſth. §. Item Pomponius, vbi dicit ſe damnaſſe gloſ. in l. Gallus. §. inſtituens, ff. de liberis, & poſthumis. Et ſic conſuluiſſe, quòd vbi text. dicit, quod tutela ſolùm [e] veniat matri & auiæ, quòd etiam propriè venit proauus, & nomine nurus venit pronurus, & nomine filij venit nepos, & pronepos, [f] niſi addatur aliquid, quod faciat determinationem ad certã perſonam. [a] ita limitat Bar. in d. §. inſtituens, & not. idem in l. liberorum, ff. de verbo. ſignific. Pa. in d. c. nulli [b] liceat, dicit, quòd in materia fauorabili, & larga, vt in d. ca. nulli, eſt verum, ſed in materia odioſa non venit niſi, quod dixi, contractus, per quem transfertur dominium. propterea in rebus eccleſię aliena. accipitur alienatio, vt in d. c. nulli, ſecundùm glo. ibidem.

1 Alienatio de fratre ad ſororem non eſt [c] ſecundũ Monal. eo. ti. allegat. C. de fideicom. l. voluntas.

2 Quę requirantur [d] in alienatione rei eccleſiaſticæ, Reſ. Pa. in c. cum apoſtolica, de his quæ fi. à prælat. quòd. v. Primò tractat, [e] ſcilicet an expediat, vel non. Secundò conſenſus [f] capituli. Tertiò quòd fiat pro vtilitate eccleſiæ. Quartò autoritas ſuperioris. Quintò ſubſcriptio, [g] & hæc ponit in cap. tua, de his quę fi. à pręla. & in capitul. 1. co. tit. & capit. nulli, de reb. eccle. non alien.

3 Vtrum ſubſcriptio requiratur neceſſariò? Rñ. Panor. in c. 1. de his, quæ fil. a præla. ꝙ Inno. dat vnam regulam, quòd nunquã requiratur ſubſcriptio niſi in caſibus à iure expresſis, ratio quia regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit cõſenſus, nec requiritur ſcriptura. l. pactũ, C. de pac. vide gl. in c. 1. de cenſi. li. 6. Et ideò venditionem, permutationẽ, & donationẽ pręlatus facere nõ poteſt niſi de cõſenſu capituli, & ſubſcriptione canonicorum. Albe. in d. auth. hoc ius, tenet, ꝙ ſubſcriptio in alienatione rei eccleſiaſticæ regulariter non eſt neceſſaria niſi in tribus caſibus prædictis. ſ. venditione, permutatione, & donatione, vt in d. c. tua, & in caſib. no. per Arc. in c. ſine exceptione. 12. q. 2.

4 Quæ ſunt [g] cauſæ legitimę alienationis rerum eccleſiaſticarũ? Reſ. Pa. in d. c. nulli liceat ꝙ sũt quatuor. Prima neceſsitas, ſi debita vrgent, & eccleſia non poteſt ſatisfacere de fructib. Secũda vtilitas, ſ. vt habeat rem meliorem; & iſta ponũtur in aut. hoc ius, C. de ſa. ſan. ecc. & 10. q. 2. hoc ius. Tertia pietas. 12. q. 2. aurũ, & ca. ſacrorum. Quarta incommoditas, vt quia res eſt magis damnoſa, quàm vtilis eccleſiæ, vt in c. terrulas. 12. q. 2. & plenè in gloſ. ſummæ.

5 Vtrum omnis alienatio rei eccleſiaſticæ ſit prohibita ſine præfata ſolennitate, vel aliqua de pſatis cauſis? Reſ. ſ͞m doc. ĩ c. nulli liceat ꝙ nõ, ſed immobiliũ. Et nomine ĩmobiliũ rerũ cõprehẽdunt ea, quę ſeruãdo ſerbent ſe ſubſcribere. [h]

[a] Eſt ſtandum] l. nam ad ea. ff. de leg.

[b] Facientes] Quidam tenet contra hanc concluſionem, eò quia alchimiſtæ poſſunt veram artem inuenire. Item quia Docto. communiter hoc tenent, ſed malè dicit, quia hic non negatur abſolutio alchimiſtis, vt ipſe ſibi imponit. Itẽ quia fatetur eſſe veram artem, ſed bene eã diſſuadet efficaciſſimè per rationes fundatiſſimas, vt patet in litera. Nec ignorabat doctores auctor noſter, quando quidem & ipſos adduxit. Nõ valet etiam ratio, qua dicit, ꝙ poſſunt inuenire veram artẽ, quoniam hoc de facili non poteſt fieri, & vt plurimum homines decipiuntur. Et ſic eſt contra publicam vtilitatem, Iuxta not. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio.

[c] Aleas fugere clerici debent. Conci. Trid ſeſ. 22. c. 1. de reforma. P. V.

[d] Alea] Aleator dicitur, qui ludum aleæ cauſa ſui emolumenti exercere conſueuit in eius domo, ſicut dicitur in cauponib. l. 1. §. ſi caupones, ff. nautæ, caup. ſtab. & in l. 1. ff. quarum rerum act. non da. Azo. in ſum. C. de reli. & ſump. fun. verſic. Aleator, & glo. in l. 1. in prin. ff. de Alea. vbi dicit Bal. ꝙ aleator eſt vilis perſona. Quod verum eſt, quando ex aſſuetudine apparet eum ludere, quia ſi incidenter, non dicitur propriè aleator, ſecundùm Azo. vbi ſupra. Et dicit Iac. de Are. in d. l. 1. in glo. quòd ſi ſcholaris recipiebat luſores in domo ſua, & pecuniam pro candela recipiebat, ꝙ dicitur aleator, ar. d. l. primæ in fin. Et verum eſt, etiam ſi gratis. Et hoc odio talis ludi.

[e] Quod tutela ſolùm.] Aut. matri & auiæ, C. quando mul. officio. tu. fun. Licèt enim loquatur de auia, tamen intelligitur etiã proauia, & eſt communis opi. licet Pau. de Caſtro. & Ang. tenuerint contrarium.

[f] Venit nepos, & pronepos] Vult Barto. vbi ſupra, quod pronepos, & abnepos, quilibet ſit verè nepos, & ꝙ præpoſitio, Pro, vel, Ab, ſolùm addit, vt vnus diſcernatur ab altero, & ſic vult, ꝙ præpoſitio non ſignificet improprietatem. Iſtud reprehendit per multa fundamẽta Aret. in d. §. inſtituens. Tu verò dic, quod de ꝓprietate ſermonis appellatiõe nepotis nõ veniat pronepos niſi per extenſionem. Hoc patet per tex. per Bar. allegatum in l. nurus, ff. de ver. ſignifi. vbi dicit iuriſcon. ꝙ nurus appellatio porrigenda eſt ad pronurum. Pondera verbũ, Porrigenda. ergo eſt per extenſionem non de proprietate vocabuli. Ad idem pondero text. in §. prætor, quod ſi aliquis vocauerit in ius parentem, aut nurum, quibus ſatiſdatio ſufficeret, Quęrit tex. in d. §. nurum, quid etiam ſi vocaret pronurum? dicit text. quòd continetur. Si ergo appellatione nurus de propria ſignificatione vocabuli continetur pronurus, ſuperflua eſſet illa adiectio in dicto §. nurum. nec ibi tex. loquitur de certa perſona, quia loquitur ĩ genere. ergo intelligitur, quod cõtinetur extenſiuè.

[a] Ad certã perſonam] Vt ſi dicat, inſtituo talem nepotem, ſecus, ſi generaliter loquatur, Exemplum, vt ſi dico, ĩſtituo Titium filium meũ tunc non venit nepos. vel ſi dico, inſtituo Sempronium nepotem meum, non venit pronepos.

[b] Pa. in d. c. nulli] Exemplum, Titius prohibetur alienare &c. in materia fauorabili, vt in perſonis, quæ non poſſent, prohibitæ ratione perſonæ; ſed rerum. In materia ſtricta erit in perſonis, quæ ſunt prohibitæ, vt in minori, prodigo &c. & iſta exempla patent in l. fin. C. de re. alie. non alienan. vide eam.

[c] Non eſt] Intellige, quando ſubeſt eadem ratio, puta quia teſtator prohibuit, nè res extra familiã iret.

[d] Quæ requirãtur] Panormi. facit mentionem de quatuor. Nã de autoritate ſuperioris nihil dicit, niſi intelligatur per conſenſum epiſcopi, quando capitulum vult alienare, ſed tu dic. Ex quo hodie pręlati iurant non alienare ſine conſenſu Papæ requiritur eius autoritas, de quo dic, vt per Pa. in c. vt ſuper, de reb. eccle. non alie. & per Arch. in c. ſine exceptione. 7. q. 1. Hodie prouiſum eſt per extrauagantem. Pauli ij. vide infra excommunicatio, ſeptimo, caſu vltimo.

ASSASSINVS ſecundùm Archidiacon. in cap. pro humani, de homi. lib. 6. dicitur à ſcindo ſcindis, quia ſcindunt animam à corpore. Iſti propriè ſunt ſerui, qui ſubſunt dominio alicuius, [a] & pro pecunia occidunt homines ad alicuius inſtantiam ſecũdùm prædictum Archidiacon. alij volunt, quòd ſunt quidam infideles liberi, qui pro pecunia faciliter quærunt interficere homines non curantes, ſi ipſi interficiantur, [b] ſeu quòd ſint ſub dominio alicuius, vel non, fideles, vel infideles, dummodo pro pecunia eis data homines interficiant, nõ refert ſecũdùm Io. de Im. & ſequitur Ge. in d. capitu. pro humani. [c]

1 Quæ pœna procurantiũ mortem alicuius per tales? Reſ. quicunque princeps, & quantuncũque magn⁹ [d] prælatus, ſeu quęuis alia ꝑſona eccleſiaſtica, [e] vel ſœcularis quempiã chriſtianorũ [f] per prędictos occidi fecerit, vel mãdauerit, [g] quãuis mors non ſit ſecuta, aut eos receptauerit, vel occultauerit, aut defenſauerit, excommunicationis, & depoſitionis a dignitate honore, ordine, officio, bñficio ĩcurrit ſñĩas ipſo facto, & ẽt cũ ſuis bonis mũdanis oĩb. diffidat⁹ a toto Chriſtiano populo ꝑpetuò. Nec reqritur alia ſñia poſt, q̃ probabilib. conſtiterit argumẽtis illud ſcelus cõmiſiſſe, hæc in d. c. pro humani. [h]

2 Vtrũ tales diffidati poſſint interfici impune? Reſp. Ang. [i] de Peru. conſi. 13. & ſequitur Gemi. in d. ca. pro humani, in. §. ſacri, ſup glo. in ver. liberè, ꝙ ſic nedũ ꝑ iudicem, ſed & quęcunque priuatum, quia idem eſt bãnire, & diffidare, quod ſtatuere & præcipere, vt ĩpune poſſit occidi, vt not. C. de accuſat. l. reos, quod in conſcientia liceret, quãdo

b Interficiãt] Iſti sũt da Luzo della montagna ſecũdũ gl. ĩ ver. formidantes.

c C. pro humani] Nam illud, ꝙ dicitur ibi ĩ tex. formidãtes coacti fuerint ſecuritatẽ ab eorundẽ aſſaſſinorum dño impetrare &c. per hoc tñ non probatur, ꝙ ad hoc, vt dicant aſſaſſini, neceſſe ſit eos eſſe ſub alicui⁹ dominio vt volebat Archidia. quia illa fuit cã impulſiua, & nõ finalis. & ideò cũ cã finalis ſit periculũ animarum, & correctio peccatorũ, concludit ẽt ad aſſaſſinos non ſubiectos tẽporaliter dominio alicuius. & ꝓ hoc facit tex. ibi in §. cum igitur, ꝑ aſſaſſinos occidi, indiſtinctè debet, intelligi. c. ſi Romanorum. 19. diſt. Et hoc eſt verum.

d Quantunque magnus] Etiam maximus, prout dicit Hoſt. ſecundũ mẽtẽ. d. c. pro humani. vñ non debet reſtringi, cũ vertat fauor animarũ, & reipub. & ſic conſtitutio pęnalis cõcernens fauorẽ animarũ eſt latè interpretãda gl. in c. generali, de ele. li. 6.

e Eccleſiaſtica] Et ſi ſit laic⁹ religioni alicui applicatus. c. non

g Vel mãdauerit] Quid ſi mandauit, & poſtea reuocauit re integra. glo. ibi rñdet, ꝙ nihilominus ĩcurrit iſtas pœnas, rõ eſt, q̃a delictum ꝑ mandatum iam erat conſummatum. & refert ibi Geminian. quòd licèt regulariter parcatur cogitanti, & pœnitenti. ff. de fal. l. qui falſum, quia maleficia diſtinguuntur, voluntate. l. qui in iure, ff. de fur. capit. quod prædeceſſor, vndecima quæſtione 3. tñ in quibuſdam caſibus nõ prodeſt pœnitẽtia, ſed punitur criminis conſcienti:, vt hic: ſimile in hæretico, de hęred. ad abolendam, & capitulo excommunicam⁹. §. credentes. Idem in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſtatis.

h C. pro humani] Vide hic Roſe. Et infra, pœna. §. 3.

i Reſpond. Angel.] Vide, quæ not. ipſe in conſilio. nos Carolus, per text. in l. tertia §. 1. ff. de ſicarijs. & Baldus in l. ſi quis non dicam rapere, in tertia colũ. C. de epiſcopali audientia.

Et

fieret zelo iuſtitiæ aliàs nõ.

3 Vtrum clericus taliter diffidatus, ſit ſpoliatus omni priuilegio clericali? Reſ. Gem. in d. ca. ꝓ humani, ꝙ ſic, & ſine alia degradatione [a] poteſt occidi. vel verberari ſine excommunicatione, vel alia pœna.

4 Vtrum bona prædictorũ ſint capientiũ? Reſ. ꝙ ſic, ſi ſunt bona mundana. Aduerte tamen hic ſm Archi. ibidem, ꝙ requiritur prius ſententia iudicis declarantis ipſum aſſaſſinũ, vel fautorẽ taliũ ante, quã liceat contra tales procedere in ꝑſonis, vel bonis. & ad tex. d. c. pro humani, reſpondet non requiri aliã ſententiã, ſ. quæ det licentiã occidendi, & hmõi, quia ſufficit declaratus aſſaſſinus, vel fautor, quod no. quia facit ad multa, vide ĩfra, pœna. §. 3.

ASTROLOGIA [b] nihil refert ad ſalutem, ſed potius mittit in errorẽ, & ideò a quolibet fideli eſt poſtponenda. 37. diſt. §. ſed contra [c] 26. q. 2. illud, circa fi. & c. ſed & illud.

ASTVTIA propriè ſm Tho. 2. 2. q. 55. ar. 3. eſt, cũ quis ad conſequẽdum aliquem finem bonũ, vel malum vtitur non veris medijs, ſed ſimulatis & apparẽtibus. [d] quod quidem eſt contra rationem, & contra prudentiam, & eſt peccatũ. Aliqñ tñ dicitur prudentia ꝓꝑ ſimilitudinẽ, ſed impropriè, vt prouerb. 1. vt detur paruulis aſtutia.

1 Aſtutia largè eſt quædã apparens fictio, ſeu ſimulatio, & poteſt dupliciter fieri. Primò ad bonũ alterius, & ad nullius malũ iniuſtè, & ſic non eſt peccatũ vt patet. 22. q. 1. in ca. vtilem. vbi ponitur, quomõ Chriſtꝰ, & Dauid, & alij vſi ſint ſimulatione & ſanctè & gl. dicit ibid. ꝙ dolus contra hoſtẽ bonꝰ eſt. 23. q. 2. dñs, & 43. di. in mandatis. ff. de capt. & poſtli. re. l. nihil intereſt, & 14. q. 5. dixit, qđ verũ credo, dummõ mendaciũ non dicatur, & hoſtis ſit nobis contra iuſtitiã hoſtis. Secũdo modo aſtutia, ſeu ſimulatio fit ad fallendũ proximum, & ſic ſemper eſt peccatũ. 27. di. quod interrogaſti. 12. q. 1. certè. Et aliquando eſt veniale peccatum, aliquando mortale ſecũdũ nocumentũ, qđ infert proximo, vel intendit inferre ex ea, vt puta de rẽ notabili ſic eſt mortale, ar. c. 1. 22. q. 2. & hoc etiã, ſi fieret propter bonũ alterius, qa nulli faciẽda eſt iniuria ꝓ alterius bono. d. ca. primũ. & de hac habes ĩ. prudẽtia. §. 4.

AVARITIA [e] ſecundũ Tulliũ eſt inordinatus amor habẽdi. [f] & dr̃ inordinatꝰ, dũ quis ſupra modũ menſuræ quærit, vel retinet diuitias. Nam bona exteriora hominis conſiſtere debẽt in quadã menſura, ſ. vt quærat habere diuitias, ꝓut ſunt neceſſariæ ad vitã vel ſuã cõditionẽ. & ſic auaritia ſemper eſt peccatum ſm Tho. 2. 2. q. 118. pro cuius declaratione eſt notandum, vt elicio ex dictis Alexand. [g] & Tho. vbi ſupra, ꝙ auaritia conſiſtit in tribus, ſcilicet in appetendo, in acquirendo, & in retinendo ĩ ordinatè res temporales.

1 Vtrũ autem ſit peccatũ mortale auaritia, quæ conſiſtit in appetendo? Reſp ꝙ ſic tribus modis, primo appetendo aliena illicitè volũtatę deliberata, ita ꝙ ꝓcederet in opus, ſi eſſet facultas. & iſto mõ eſt mortale peccatũ, qa contra illud ꝑceptũ, Exo. 20. non cõcupiſces rẽ proximi tui. Poſſet tñ eſſe veniale peccatũ propter modicitatem rei appetitę, ſicut dicitur de furto infra, furtum §. 34. Secũdo eſt mortale peccatũ cũ appetit deliberatè illicita, q̃ ſine peccato mortali teneri non pñt, puta beneficiũ eccleſiaſticũ, cũ ſit indignus. Tertio poſſet eſſe mortale peccatum, quãdo appetit ſuꝑflua appetitu ſuffocante totaliter mentẽ a debita cura ſui, & neceſſaria cõſideratione diuinorũ, vt patet in c. idololatria. 28. q. 1. & facit c. cũ oĩs auaritia. [a] 1. q. 1. Suꝑfluo igitur amore deſiderare diuitias, dũmõ ſit infra deũ, vt puta qa nec illicito mõ, nec illicita vellet, nec propter hoc dimittit neceſſaria ad ſalutẽ, cõiter eſt peccatum veniale.

2 Vtrum auaritia in acquirendo ſit mortalis? Reſp. ꝙ ſic duobus modis. Primo ſi acquirit per illicitum cõtractum diuina, vel humana lege prohibitum, puta per vſuram, rapinã, falſum contractum, & huiuſmodi. Secundo, ſi acquirit per opera, q̃ ſunt peccata mortalia quãuis ẽt nihil acquireret, vt adulterari, & ſimilia, ſi verò talia opera quãuis illicita, non eſſet peccatũ mortale, tũc auaritia non eſſet mortalis, vt puta cũ aliquis cõponit verba iocoſa ad lucrũ, ſalua tamen honeſtate ſed eſſet veniale peccatũ, ſicut illud, per qđ quęrit.

3 Vtrum auaritia in retinendo ſit mortale peccatũ? Reſ. ꝙ ſic tripliciter. Primò cũ retinet ſciẽter ea, quę reſtituere tenetur & poteſt c. ſæpe contingit, de reſt. ſpo. & toties, quoties poteſt reſtituere, & diſponit non reſtituere, ar. d. c. ſæpe. Secundò, cũ retinet ea, quæ ſunt vltra ſuam neceſſitatem, & ſuæ familiæ, videns aliquẽ in extrema neceſſitate, qa tenetur ei de tali ſuperfluo ſubuenire de præcepto, vt dicit Ri. in 4. di. 5. de quo Vide infra, eleemoſyna. §. 1. Tertiò cũ retinet ſuꝑflua rõne condecentiæ ſui ſtatꝰ, qa de ipſis tenet̃ facere eleemoſinas, ẽt non exiſtentib. in extrema neceſſitate ſm Ric. vbi ſ. & hoc intelligo, cũ retinet amore inordinato: ſecus, ſi teneret vt loco & tpe diſpẽſaret, qa non tenetur ſimul talia ſuperflua dare. In alijs aũt caſibus communiter eſt veniale.

4 Quæ ſunt eius filiæ? Reſ. ꝙ multæ, ipſa eſt, quæ fecit meũ & tuũ ꝯ ius naturale, qđ omnia cõia fecerat. 8. di. quo iure. 47. di. ſicut. 12. q. 1. dilectiſſimis, & cap. duo Ipſa in terrenis facit fortes, in cæleſtib. debiles. 47. di oẽs huius ſœculi. Ipſa excæcat rõnẽ & gratius facit videre aurũ quã ſolẽ d. ca. ſicut, & 47. di. nonne. Ipſa facit idolatrare, & fornicari. 28. q. 1. idololatriã, & 1. q. 1. cũ omnis auari. Item facit adulari regib. vt captent alienas hęreditates. d. c. nonne. Ipſa furtum, rapinam, vſuram, fraudem, falſitatem, iniuſtitiã, ſimoniã, acceptionẽ perſonarum, proditionem, turpe lucrum, immiſericordiã, & inquietudinem parit, de quibus vide in titu. ſuis. Et breuiter ipſa eſt oĩum malorũ radix. 47. di. bonorũ autori, & 23. di his igitur. ipſa maiorẽ reuerẽtiã exhibet auro, quã deo. 47. di. ſicut. Ipſa excæcat mẽtem, de ele. c. quorundã, li. 6. & in c. auaritiæ, eo. ti. & li. dicitur auaritiæ cæcitas.

AVDACIA [b] vtrũ ſit pctũ? Rñ. ꝙ ſic ſm ꝙ dicit̃ exceſſus paſſionis, q. ꝓpriè dr̃ audacia.

a Et ſine alia degradatione] A quocũque ẽt priuato, quia ipſo iure ſunt degradati.

b De aſtrologia & ſimilibus vide indicem lib. prohibitorũ, re. 9. catech. in præcep. Non habebis deos alienos. P. V.

Aſtrologia] Io. An. latè proſequitur in ca. 2. de ſortile.

c §. ſed ecõtra] iudicio meo tex. ille nihil facit, ſed in arg. facit ibi. c. ſi quis &c. Vbi gl. dicit de aſtronomia non facit mentionẽ, quia hæc abijt ĩ deſuetudinem. & de materia huius titul. vide latè. Io. An. in c. 2. de ſorti.

d Et apparentibus] Exẽplũ qs ad conſequendũ honorẽ deberet vti medio virtutũ, qa honor debetur virtuti. Et ipſe vtitur hipocriſi, & ſanctitate apparenti. qs vult eſſe diues, vera media ſũt labores, & cõtractus liciti, & ipſe vtit̃ ſimulatis contractibꝰ &c.

e S. ſyno. Trid. ſeſſ. 22. c. de obſer. & eui. in cele. miſ. & c. xj. de refor. ab eccleſiaſticis tollẽda, 21. c. 1. de refor. cathe. in præce. Non cõcupiſces &c. & in illud, Non fur. fac. c. 1. & 2. adde D. Ambro. de of. lib. 1. c. 30. & 2. c. 15. & 20. li. 3. c. 5. vſq; ad. xi. P. V.

f Amor habendi] Hæc deſcriptio ſolũ facit ꝓ auaritia, ĩquã tũ eſt peccatum ſpãle, ſed quia põt eſſe peccatũ generale, inquã tũ appetitur ẽt ſciẽtia, & hmõi, q̃ pñt pecuniæ cõputari, ideò ſic deſcribitur à Greg. in quadã Omelia auaritia eſt nõ ſolũ pecuniæ, ſed ẽt ſcientiæ, & altitudinis, cũ ſupra debitũ modũ ſublimitas ambitur & eſt differentia inter ſuperbiã, & auaritiam, qa ſuꝑbia eſt appetitus excellẽtiæ hic ſufficiẽtiæ illa eſt ꝑ auerſionẽ a deo, hæc ꝑ cõuerſionem ad bonũ cõmutabile, & ſemp ẽ peccatũ, vt patet in litera. cui adde aliã rõnẽ ſ. quodcunq; ꝑcipit deꝰ nõ facere ẽ pctm̃ qñ fit, ſed deꝰ dicit, Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere, ergo &c. põt tñ nõ eſſe peccatũ auaritia qñ conſideratur vt radix peccatorum, de qua dicit Pau. prima Tim. vlti. radix omniũ malorũ &c. hoc ẽ ꝓpter corruptio. & ſic non eſt aliud q̃ iclinatio qdam naturę corruptę ad bona corruptibilia & tẽporalia inordinatè appetenda. Sicut .n. radix virtutẽ ꝑſtat arbori, ſic auaritia ad omne malũ perpetrandum.

g Ex dictis Alexan.] Pro intelligentia ſciẽdũ ꝙ auaritia aliqñ importat inordinantiã quãdã circa diuitias dupliciter, vno mõ immediatè circa vſũ, & acceptionẽ, & acquiſitionẽ diuitiarum ĩ quantũ, ſ. aliqs, acqrit pecuniã vltra đbitũ, aliena capiendo, vel retinendo, & ſic opponitur iuſtitiæ. & ſic accipitur auaritia Ezechi 22. vbi dicitur, Prĩcipes eiꝰ in medio illius quaſi lupi rapiẽtes prædã ad effundẽdũ ſanguinẽ, & ad perdendas animas, & auarẽ ſectãda lucra, & hoc modo ex genere ſuo eſt peccatũ mortale. & ſic intelligitur illud ad Romànos primo, vbi cũ præmiſiſſet repletos omni iniquitate, fornicatione, auaritia &c. ſubdit, q. talia agũt digni ſunt morte, ſ. æterna. & illud Baſilij, Eſt panis famelici, quẽ tu tenes, tunica nudi, quam conſeruas. & illud Chryſoſt. ꝙ tenebra animæ eſt pecuniarũ cupido. Alio mõ id ĩportat ĩmoderatiã circa interiores affectiones diuitiarũ, cũ quis nimis amat vel deſiderat diuitias, vel nimis delectatur ĩ eis, ẽt ſi nolit rapere aliena & hoc modo opponitur liberalitati, quæ moderatur huiuſmodi affectiones, & tunc ſi in tantum amor diuitiarum creſcat ꝙ præferatur caritati dei, & proximi, eſt peccatũ mortale aliàs veniale. hæc S. Th. vbi ſupra ar. 3.

a Cũ oĩs auaritia] Auaritia eſt idololatria, idololatria ẽ infidelitas, infidelitas eſt fornicatio, ergo auaritia eſt fornicatio, &c.

b Audacia] Sonat in malũ aut. habita, C. nẽ fil. ꝓ pat. & ibi gl. ff. de pub. l. quãtæ temeritatis, & vide l. ſi quis ꝑiurio. C. de decurio. lib. 10. De audacia vide S. Th. 2. 2. q. 127.

c D. Ambr. l. 1. c. 37. de offi. P. V.

audacia, de qua Eccl.8. cũ audace nè eas, & opponitᷣ fortitudini, q̃ eſt contra timores, & audacias.

AVGERE [a] an prohibeatᷣ, q̱ eſt ꝓhibitus acq̱rere? Rñ. Gemi. in c. cũ ex eo, de exceſ. ꝑla. li. 6. ꝙ nõ, q̱a ꝓhibit[9] acq̱rere nouum ius ĩ re, nõ dr̃ venire ꝯ ꝓhibitionẽ, licèt augmẽtet priſtinũ, qđ hẽbat ante ꝓhibitionẽ, vt eſt caſus in c. fi. ſecũdo rñſo, de conceſ. pręb. lib. 6. vide infra loca. §. 3.

AVGVRIVM [b] qđ fit in cõſideratione auium [c] ad ſcientiam futurorũ, eſt ex traditione malorum angelorum. 26. q. 2. qui ſine.

1 Vtrũ hãc artẽ exercerᷣ ſit licitũ? Rñ ꝙ vanitas ẽ, & ſuꝑſtitio. 26. q. 2. c. illud. imo ẽ idololatriæ cult[9] augurij ſuꝑſtitionib[9] implicari. 26. q. 2. ſed & illud; & ſit patet, qđ eſt pc̃tm̃ mortale, & cõfirmatur hoc, q̱a in c. augurijs. 26. q. 6. dicitur, ꝙ augurijs ſeruiens eſt ab eccleſia ſeparandus, ſed de hoc latius vide ĩ. Sortilegium.

AVSTERITAS [d] indiſcreta in vigilijs, & orõnibus reprehẽditᷣ, de cõſe. di. 5. non mediocriter, & poſſet eſſe mortale peccatum, videlicet qñ notabiliter læderet vitã propriã & ſcienter, vel ex tali indiſcretione, q̃ ꝓueniret ex lata culpa, vt patet ex d. c. non mediocriter, qđ demonſtrat eos committere rapinam.

1 Auſteritas in imperãdo eſt, qñ non cũ trãquillitate corrigit, ſed aſperè ſubditos inflectere feſtinat. 46. diſt. hoc habet.

2 Auſter[9] non dẽt eẽ diſpẽſator, vbi deus eſt benign[9]. 26. q. 7. alligant, in fi. melius eſt ꝑ manſuetudinẽ peccatores ab errore eruere, q̃ per auſteritatem in foueã perditionis propellere. 45. diſ. recedite, quia auſteritas immoderata nec correctionẽ inducit, nec ſalutem. 45. diſt. cum beatus. Et ſic patet, ꝙ nec multa auſteritate exulcerandi ſunt ſubditi, neque nimia benignitate diſſoluendi, 45. diſtin. diſciplina.

BALISTARIORVM ars qũo ꝓhibetur, vide ſ. ars, in princ.

BALNEVM [e] Vtrum ſit intrandum die dñica? Rñ. pro voluptate, aut luxuria oĩ tꝑe prohibetur, pro neceſſitate aũt licet, vt eſt tex. in c. peruenit, [f] de conſec. di. 3.

1 Vtrum liceat clericis, vel religioſis balnea intrare? Rñ. ꝙ ſic cauſa neceſſitatis, vt patet ex tex. 24. q. 1. omnis qui.

2 Vtrum liceat balneũ intrare cũ mulieribus? Rñ. ꝙ non, vt eſt tex. in c. non oportet. 81. diſt. imo dicit gl. ibidem, [g] & Arch. in d. c. peruenit, Si vir ingreditur balneum cũ muliere extranea, donatiõe ꝑꝑ nuptias priuatur, & mulier dote, ſi cũ viro alieno habuerit balneũ, vt C. de repu. l. vlti. §. inter culpas. imò infamis eſt, q̱ tenet mulieres cuſtodientes balneatorum veſtes, vt l. athletas, ff. de his, qui not. infa. §. ait ꝑtor.

3 Vtrũ liceat balneũ intrare cum Iudæo? Rñ. ꝙ non vlli [h] Chriſtiano. & ſi clericus eſt, debet deponi, laicus excommunicari, qui cum Iudæo ſe balneat. 28. q. 1. nullus.

BANNVM. Qualiter puniatur banniens eꝑm, vide. ĩ. excõicatio. 5. caſu. 113.

1 Vtrum iniuſtè banniẽs aliquẽ teneatur ad reſtitutionẽ de amiſſis ratione talis bãnitionis? Rñ. ꝙ vltra peccatũ mortale, qđ incurrit, tenetur ad reſtitutionem ſm̃ Inn. in c. fin. de his, quæ vi, me. ve. cauſa fi. ff. ꝙ me. cau. l. ſi cum exceptione. §. Pedius, quia bannitio eius fuit amiſſionis occaſio. d. l. ſi cum. §. in hac actione. Nec obſt. ff. eo. l. metum, la. 3. in princ. vbi ſentiens armatos contra ſe venire, & fugiens, ſi occupatus fuit fundus, quem fugiendo dimiſit, non tenentur armati, quia loquitur, qñ metus fuit vanus, quia fortè contra eũ nõ ibãt. [i] ſed ſi promiſiſſent ire contra eũ, & huiuſmodi, [k] bene tenerẽtur de omni damno,

quod

a Augere] vide ĩ. Iudæus. §. 11. & Old. con. 188.

b Facit index libro prohitorũ, re. 9. cath. in ꝑce. Non hẽbis deos alienos. P. V.

c Auium] vt ſi aliquis determinatè credat, ꝙ ex obuiatiõe leporis tale malũ futurũ erit. Secus, ſi ex garritu animaliũ q̱s cognoſcere vult mutationẽ tꝑis, q̱a ex ipſis ex quo non ſunt ĩpedita rõne facili[9] ſentiũt mutationẽ aeris quare vide infra ſors. §. 3.

d Cath. in orat. domi. Et ne nos ind. cir. ſin. & in illud nõ mœchaberis, c. vl. P.V.

e Quid agendũ his diebus, vide ĩ. diẽ, & Cathe. in ꝑcep. Memento, vt diẽ Sab. vnde ẽt q̃ vitentur, addiſces. P. V.

f C. ꝑuenit] Ex quo no. ꝙ libido, nõ vſus culpãda ẽ. addit ibi Arch. ꝙ qui vellet abſtinere a ſanguinis minutiõe die veneris ꝑꝑ Chr̃i paſſione, laudãd[9] eẽt.

g Gl. ibid.] adde Arch. in c. ꝑuenit, de con. di. 3.

h Nõ vlli &c.] Ex quo vr̃ eſſe mortale, cũ excõicatio, & depoſitio nõ infe rantur niſi pro mortali. c. corrigantur. 4. q. 3.

i Quia fortè cõtra eũ nõ ibãt, adde ff. de vi & vi armata, l. 3. §. ſi q̱s.

k Et l. m. õ] Adde, vel ſi alio m. õ hoc ſuſpicari deberet, tunc bene haberet locũ actio, qđ me. cau. & tenerentur armati de oĩ damno &c. Adde, ꝙ ꝑꝑ hoc tenentur interdicto, vnde vi, niſi occuparent, ff. vnde vi. l. 3. §. ſi quis autem. Ibi enim vis neceſſaria eſt. ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. non ſolùm.



quòd iuraret [a] ſibi cõtigiſſe eorũ occaſione, ar. dictarum. l. & d. c. fi. [b] & 2. q. 1. in primis. De bannis, q̃ debent fieri in matrimonio, vide ĩ. clandeſtinũ, in prin. de bannitione, quæ eſt diffidatio, vide ĩ. Diffidatus.

2 Vtrũ bannitus amittat, q̃ ſunt iu. ciui. Rñ. ſm̃ Bart. aut eſt bannit[9] taliter, ꝙ ꝑt impunè offendi, & ſi eſt bãnit[9] imperij, perdit. [c] Si verò eſt bãnitus alicuius ciuitatis, vel regni, ſic nõ perdit ea, quæ ſunt iu. ciui. ciuiũ Romanorũ, ſed ea quæ ſunt propria illi[9] ciuitatis, vel regni. hoc no. Bar. in l. amiſſione. [d] de capi. di. & addit, ꝙ ad hoc vt ſit talis bannitus, duo requirũtur. Primũ, ꝙ ſit inobediens, & aũfugerit ab imperio, cui ſubeſt, & ſit exbannitus. Secundũ, ꝙ in hoſtium numero [e] ſe cõferat, & habeat eũ pro hoſte. Si aũt q̱s eſſet bãnitus, non tñ haberetur vt hoſtis, nec poſſet offendi impunè ex forma ſtatuti, tunc talis non perdit niſi ea, quæ ſunt ciuitatis. Et ſic patet, qũo põt facere teſtm̃ vel ſuccedere, quia prim[9] non põt, ſed bannitus ciuitatis põt, & multò fortius bãnitus, qui non põt offendi, ſed ſecundus poteſt ſm̃ ius cõe: ſecus in ſucceſſione ſecundũ ſtatuta ciuitatis. & ſic patet, ꝙ bannitus ex delicto, ex quo veniunt bona publicãda, non æquiparatur deportato, qui non ſuccedit, nec ex teſtõ, nec ab inteſtato. l. 1. C. de here. inſti. q̱a talis ſuccedit; & ꝑt acq̱rere de nouo, ſi remanet liber, & hoc ſm̃ diſpoſitionẽ iuris cõis, ſed nõ vigor ſtatutorũ ciuitatis, vel terræ, de qua eſt bannitus.

3 Sed quid valet ei, cum nõ poſſit in dicta ciuitate, vel terra agere? [f] Rñ. ꝙ põt cedere alteri iura ſua recepto precio, & non obſtabit ceſſionario bãnitio. ſic nõ. Bart. [g] in l. certa forma, C. de iu. fiſc. lib. 10.

BAPTISMVS primò quotuplex eſt? Rñ. triplex, vt dicit Aug. li. 4. de vnico baptiſmo, & de conſe. diſt. 4. c. baptiſmi vicem, ſ. fluminis. de hoc Ioã. 3. Venit Ieſus in terrã Iudæam, & baptizabat, & iſte propriè dicitᷣ baptiſmus. alij autem metaphoricè, quia vterq; inſtar baptiſmi hẽt purificare, per conſequẽs vicem eius implere. Secundus eſt baptiſmus ſanguinis, Lucæ 12. Baptiſmo hoc habeo baptizari, & iſte eſt baptiſm[9] potiſſimus, de conſ. diſt. 4. cathecumenum. [h] Tertius eſt baptiſmus flaminis, ſiue ſpirit[9] ſancti, de quo Ac. 2. Vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto, & iſte eſt propoſitum ſuſcipiendi baptiſmum modo debito, ſi dabitur facultas, vnde iſtud nõ congruit niſi adultis habẽtibus vſum rationis, d. c. baptiſmi [i] vicem. Iſte baptiſmus nõ æquipollet primo, q̱a non remittitur tota pęna debita peccatis, ſicut in

tiua, & expulſiua, & turbatiua, & inquietatiua.

c Perdit] Nã iſti tales æquiparãtur deportato, & ita intelligũtur iura ꝑpua, q̃ dñt banno imperiali ſubiacere, hoc eſt iura ciuilia ꝑdant, vt ĩ auth. ſed hodie nulli, C. de ſac. ſan. ec. Non perdit tñ ea, q̃ ſunt iuris gentiũ cõis omnib[9] quib[9] vt in l. q̱dã ſũt, ff. de re. ſed ſola ea, q̃ ſunt ciuiũ Romanorum.

a Qđ iuraret] Probatur ꝑ tex. d. c. fi. quia ꝓbatᷣ ꝑ teſtes violẽcia & de amiſſis ꝑ iuramentũ. Vñ no. ꝙ intereſſe, qđ ſurgit ex maleficio, probatᷣ ꝑ iuſiurandũ. 2. q. 1. in primis, & hoc, qđ dr̃ hic, extenditᷣ ad furtũ, q̱a ꝓbato furto ꝑ teſtes, ſtabitur iuramento damnũ paſſi de reb[9] amiſſis ꝑꝑ difficultatẽ probandi. Et vltra Inn. tenuit Hoſ. no. in d. c. fin. & Pa. & hoc vt puniatᷣ maleficiũ; eſtq; not. dignũ iſtud dictũ. Idẽ dicit Inn. ſi conuent[9] redargueretᷣ de dolo, vt in odiũ doloſi, & ꝑꝑ difficultatẽ ꝓbãdi ſtetur iuramẽto ꝑtis. Vñ infert, ꝙ ſi ego depoſui apud te ſaccũ ſigillatũ, & tu mihi reſtituiſti ſine ſigillo, ꝙ ſi conqueror de perditione aliquarũ rerũ, dẽt ſtari iuramẽto meo, q̱a actione depoſiti venit dol[9]. c. 1. de depo. & ff. depo. l. 1. doloſè enim verſat[9] fuiſti tollẽdo ſigillũ. Et hoc idem tenuit Barto. in l. in actionibus, ff. de in li. iu.

b Et d. c. fi.] Et vide l. ſi q̱s, C. vñ vi, q̃ idẽ diſponit, ſicut d. c. fin. Et intellige tex. tã in vi compulſiua, q̃ abla-

d In l. amiſſiõe] Idẽ in l. certa, C. de iure fiſ. li. 10.

e Hoſtiũ numero] Cõferre ſe in numero hoſtiũ intelligo, vbi eſtq; talis exbannitus, q̱ ꝑ forma ſtatuti pt impunè offendi, indicit ſibi bellũ, & hẽt eũ pro hoſte. l. hoſtes, ff. de captiuis, & l. 3. in fi. ff. de ſica.

f Vel terra agere] Quia nõ audiretᷣ, vt ff. ex q̃b[9] cauſ. maio. l. ſed ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum decreto.

g Sic no. Bart.] Nõ video, quod Bart. ibi hoc dicat, licèt velit, ꝙ exbãnit[9] nõ prohibeatᷣ de nouo acq̱rerᷣ, vel ſuccedere, vt ibi ꝑ eũ.

h In con. Tri. vide canones baptiſmi, ſeſ. 7. cat. de ſacra. baptiſ. c. 1. vbi c. hactenus, de eius inſtitutione. P. V.

i Cathecumenũ] Determinatᷣ ibi, ꝙ ſi Cathecumen[9] moriatur ſine baptiſmo, ꝙ vitã habere non creditᷣ, niſi martyr moriatur, & intelligẽ, ſi baptizari nõ q̱rebat, & ſic erat in pc̃tõ, alias benè põt benè ꝑrendi de eo c nũ dubio, de conſ. di. 4.

k Baptiſmi vicem] Iſto baptiſmo

primo, ſed plus & minus ſecundũ ſuam deuotionem. Item per iſtum non imprimitur character. Item priuatur iſte eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & cathecumeni, quanuis pro eis oret eccleſia. Item in iſto requiritur cõtritio, vt ſaluetur, ſed non in primo, ſed ſolũ attritio. Secundus verò baptiſmus excedit primũ quò ad præmium accidẽtale, quod eſt aureola, & etiam eſſentiale ſecundũ Pet. de Palu. in 4. quia plus de gratia cõfert, ſicut eſt ibi maius op⁹, ſed non imprimitur character per ipſum, ſicut primũ. Et iſte ſecũdus eſt communis adultis & paruulis, quia ſi paruuli interficiantur pro Chriſto, puta in deteſtationem fidei Chriſti, quam tenent parẽtes eius, ſunt martyres [a] ſm theologos, & ſecundũ Pet. de Palu. in 4. ẽt ſi eſſent in ventre, & in deſpectum Chriſti mater percuſſa abortum faceret, vel interficeretur. Sed quia hic intendo tractare de baptiſmo fluminis, ideo videndũ eſt, quid ſit [b] baptiſmus fluminis? Rñ. baptiſmus eſt exterior hominis ablutio cum certa forma verborum ſm magiſtrum ſent. in 4. diſt. 3. in quo ſecundũ Inn. & Pa. in rubri. de baptiſmo ſunt tria, ſicut in ſacramẽto [c] altaris. Vnum, quod eſt tantũ res ſacramenti, ſ. gratiæ infuſio, & peccati remiſſio. Secundũ, quod eſt tantùm ſacramentum, ſcilicet aqua abluens, [d] & abluti paſſio; intelligo [e] cum debita forma verborum; aliter non. 1. q. 1. detrahe. Tertiũ, quod eſt ſacramentum, & res, ſcilicet character. Aqua ergo verbo dñi ſanctificata ꝓpriè eſt ſacramentũ, ſicut ſpecies panis, & character ſecundariò ſicut verũ corpus Chriſti. Vide infra, euchariſtia, in prin.

1 Vtrũ ſit de neceſſitate? [f] Rñ. ſm Bonau. in 4. [g] ſent. diſt. 3. & Ricar. ibidẽ, ꝙ poſt tempus paſſionis Chriſti, ex quo euangeliũ eſt publicatum, quilibet etiam ſanctificatus in vtero debitor eſſe cœpit ipſi⁹ baptiſmi, ex quò ad eum inſtitutio peruenit. Vnde aduerte, ꝙ niſi aliquo dictorũ baptiſmorum quis ſuppleat vicẽ baptiſmi fluminis, dãnabiẽ, niſi eo fuerit baptizatus, ſed adultus ẽt punieẽ pœna ſenſus ex tali omiſſione, quia peccat mortaliter nõ ſuſcipiẽdo, ex quo ad eũ peruenit inſtitutio, ſed paruulus carens vſu rationis ſolũmodo punietur pęna damni. Sed aduerte, ꝙ non poteſt ſuppleri baptiſmus fluminis aliquo modo, qñ habetur oportunitas ipſum capiendi, ſi non capitur. [h]

Baptismvs ſecundò, quęritur, [i] quæ ſit forma baptiſmi? [k] Rñ. ſecundũ Docto. in c. 1. de baptiſmo eſt hæc, Ego te baptizo, in nomine [l] patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amẽ. Ponitur etiam de conſec. diſtin. 4. c. a quodam, & c. multi.

1 Vtrum, Ego, ſit de ſubſtantia? Rñ. Inn. in d. c. 1. cum glo. ꝙ non, [m] & text. eſt in c. retulerant, de conſe. diſt. 4. quòd eſt baptiſmus, licèt omittatur ego, & Ric. in 4. diſtin. 3. ar. 2. q. 3. concordat, quòd non eſt de ſubſtantia, Ego.

2 Quid ſi dimittatur, Te? Rñ. Inn. in d. c. 1. ꝙ nihil fit. [n] Eſſet tamen baptiſmus, ſi

a Sunt martyres] Exẽplũ de Innocentibus.

b Explicatio vocis baptiſmi, eiuſque alia noĩa quæ 1. & 2. c. de ſacr. bapt. docet catec. q ſit ãt de finitio, c. 3. P. V.

c Sicut in ſacramẽto] vt ſc. Marthæ, de cele. miſ.

d Scilicet, aqua abluẽs] Quia eſt tm̃ ſignũ viſibile, & ſignat occultã efficaciam ibi meſſe, ſ. Dei gratiã. Vnde ſacramentũ eſt ſacræ rei ſignum.

e Catechiſ. eod. titu. c. 3. P. V.

f Bonau. in 4.] 4. di. 2. pãr. q. 1. Et adde ibi Sco. artic. 3. & q. 1.

g Si non capiẽ] Vnde Io. 3. Niſi quis renat⁹ fuerit, &c.

h Forma baptiſmi] In ſacris eſt aliqd neceſſariũ ſimpliciter, ſ. ex parte ſacri, quo ſ. nõ exiſtẽte nõ eſt oĩno ſacrm̃, aliqd eſt neceſſariũ aliqualiter, ſ. ex pte miniſtri ſine quo miniſter diſpẽſando non põt vitare p tm̃. hc ſic ada. pta oẽs qſtiunculas hic poſitas. Hæc Sco. in 4. diſt. 3. q. 2.

i De neceſſitate baptiſmi Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. & eius cano. ſeſ. 7. Catechiſ. ead. c. ſed cum cœterarum. P. V.

k De Baptiſmi requiſitis verbis addas Con. Tri. ſeſſ. 7. de cano. baptiſ. catechiſ. eod. c. ſed duarum. P. V.

l In noĩe] eadẽ forma ponitur Matt. vlt. & per magiſtrum, & S. Bona. in 4. di. 5. q. 1. Et idẽ Sco. ibidẽ, vbi examinat plenè de forma iſtius ſacramenti. q. 2.

m Quòd non] Non debet tamẽ omitti, & fortè qui omittit, peccat, ex quo illud pronomen eſt incluſum ĩ forma ſicut dicim⁹ de dictiõe enim in cõſecratiõe corporis, quod ſi omittaẽ, ẽ ſacramentũ, tñ omittens ſciẽter peccat mortaliter, vt per doc. in 4. Et vide infra, euchariſtia. §. 22. concordat Tho. in 4. diſt. 3. Scot. ibi & Pa. ĩ Rub. eo. titu. tenet, ꝙ debet dici, ego. ſed tu dic, ꝙ nõ ẽ de ſubſtantia.

n Nihil fit] Ex quo non apparet quis baptizetur.





pro iſto pronomine, Te, [a] poneretur nomen propriũ illius, quem baptizat, ſm Pe. Aureolum in 4. ſenten. diſt. 5. q. 2. peccaret tamen grauiter, ſi ſic faceret.

3 Quid ſi diceret, Ego te linio in nomine patris, & filij? Rñ. Pet. Aureol. vbi ſupra, ꝙ non eſſet baptiſm⁹, qa oportet exprimat verbũ denotans abſolutionẽ, ſicut baptizo, i. abluo te, non linio te, & huiuſmodi, quia nihil faceret. [b]

4 Quid ſi vnus baptizans diceret, Nos te baptizam⁹? Rñ. S. Bona. in 4. di. 5. quod eſſet baptiſmus, qa cõiter dicimus, nos. Et hoc verũ, niſi intenderet alium ſenſum inducere, qa tunc nõ eſſet baptiſm⁹. vnde tenet Sco. in 4. diſt. 6. ꝙ ſi plures baptizando dicerent, nos baptizamus &c. ꝙ non eſſet baptiſmus, quia nõ repreſentant Chriſtũ, qui eſt vnus, ſed Bo. intendit dicere, ꝙ eſt baptiſm⁹, qñ pro, Nos, intendit dicere, Ego, ſicut faciunt domini.

5 Quid ſi quis diceret in plurali, Ego vos baptizo? Rñ. Pe. Au. vbi ſupra, ꝙ ſolus dẽt baptizari, & in ſingulari. Et faciẽs contrariũ, grauiter peccat, niſi neceſſitas [c] ſubeſſet, qa tunc liceret, [d] vt fecerũt apoſtoli.

6 Quid ſi omittatur, In? Rñ. Gualdenſis, ꝙ non eſt baptiſmus.

7 Vtrũ poſſit dicere, In noĩbus patris, & filij &c. Rñ. Pe. Aur. vbi ſ. ꝙ non, ſed in ſingulari, ſ. in nomine patris, &c. quod idem eſt, ac ſi diceret, In virtute ſanctę Trinitatis, ſ. patris, & filij, &c.

8 Quid ſi dicatur, ego te baptizo ĩ nomine Chriſti? [e] Rñ. qui ſupra, ꝙ non eſſet baptizatus, licèt diſpenſatũ fuerit apoſtolis ad gloriam nominis Chriſti. Glo. tamen in c. a quodam, de conſe. diſt. 4. tenet, ꝙ ſit baptizatus per dictum. c. Ego credo in dubio iterum baptizãdum [f] ſecundùm modum, vt infra, Baptiſmus. 4. §. 8.

9 Vtrũ ſit baptizatus, ſi dicatur, In nomine Trinitatis? Rñ. ꝙ nõ ſm gl. in d. c. quodã. facit. c. multi, ibi. [g]

10 Quid ſi dicatur, In nomine genitoris, & geniti, &c. Rñ. qui ſupra, & communiter theologi, ꝙ nihil fit, quia iſta nomina patris, & filij magis nominant hypoſtaſes, quàm genitor, & genitus. Gof. & Ioan. in d. c. multi, tenent ꝙ ſit baptizatus, ſed primum verius. & ideo in dubio eſt baptizandus iterum.

a Pronomine, Te] Quia expreſſior eſt demonſtratio per pronomen, & actum, quàm ſi loqueretur in tertia perſona, ſecundùm Innoc. ibidem.

b Nihil faceret] Innocen. in d. c. 1. Idem tenet, & gl. in cap. nulli, de conſecra. diſt. 4. dicit, ꝙ non eſt baptiſmus, ſi dicat, mergo te, &c.

c Niſi neceſſitas &c.] vel quia baptizãdus eſt nobilis, vt in d. ca. 1. de baptiſ. Et Gemi. not. in c. cum ab vno, de re iudi. lib. 6.

d Tunc liceret] Scot. in 4 diſt. 1. tenet, ꝙ ſi quis dicat ſuper multos aſpergendo, Ego baptizo vos quod eſt baptiſmus. Et idẽ tenet ſanctus Bonauent. in quinto, diſt. 4. Sed dicit Scotus, ꝙ ſi facit ſine neceſſitate, puta quia aliquis eſſet moriturus, ſi ſingulos ſeparatim baptizaret, tunc peccat mortaliter. Et rõ eſt, qa non ſeruat formam ſibi ab eccleſia impoſitã. Ratio eſt, quia videtur eſſe de forma ſubſtãtiali. Adde Pa. in d. c. 1. poſt Innoc.

e In nomine Chriſti] Refert Inno. in capit. 1. eo, quòd nõ eſt baptiſmus propter omiſſionẽ formæ ſubſtantialis, niſi fortè in vna prouincia conſuetudo aliud haberet, quod dictum eſt notabile. Nam vult, quod vna prouincia poſſit vti alia forma, quàm ſit expreſſa in d. cap. 1. dummodo in ſubſtantia ſit illi æquipollens. Ponit exemplum in Galabria, & dicit ꝙ Papa intantũ approbauit illorum conſuetudine, ꝙ eis conceſſit, vt in futurum poſſent ita facere. Secus dicit in vna ciuitate, vel pluribus, quia non eſt ita iuſtus error in vna ciuitate, ſicut in vna prouincia. Itẽ non eminet tantũ ſcandalum ſecundùm Hoſtien. Et concludunt Innoc. & Hoſtien. quod eccleſia Roma. debet quantum poteſt, ſine tamen violatione fidei, tolerare ritus & cõſuetudines aliarum prouinciarum, vt Grecorum, & aliorum Chriſtianorum, vt facilius redeant ad fidem integrã. Et iſtis rationibus Papa ſuſtinet Græcos ſacerdotes ĩ mundo, vt in ca. cũ olim, de cle. coniug. & in ca. Nicena. 31. diſt. Item Iudæos, & paganos contrahentes in ſecũdo gradu, vt in cap. gaudemus de diuor. Et ſic bene & ſingulariter no. quod conſtitutio Papæ non extenditur ad alios habentes conſuetudinem contrariã, ꝓ hoc vide bonam gl. in c. 1. in fi. 11 di. Hæc Pa. in d. c. 1. eo. ti. Et gl. in d. c. a quodam, dicit, Quod tamen non deberet fieri &c. ad iſtum. §. addo Tho. in 4. di. 3. dicentem quod in nomine Chriſti intelligitur tota trinitas. Implicitè tñ, & remotè, ſecundũ Bona. ibid. in q. circa literam, & ſic non intelligitur mutata forma quantum ad intellectum, ſed ſolùm quantum ad vocem. Nec tamen potuiſſẽt hoc apoſtoli niſi familiari conſilio ſpirit⁹ ſancti. Et fuit rõ, vt nomẽ Xp̃i amabile redderetur. Et Panormita. vbi ſupra quæſtione. fin.

f Iterũ baptiz.] Hęc ẽ ſnĩa Sco. ĩ 4. di. 3. q. 2. ar. 3. ĩ fi.

g Ibidem] Et illa iura hic allegata exponit gl. Trinitatis, ſ. explicitę. i. in nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti. &c. & idem tenet Tho. in 4. diſtinc. 3. Et facit tex. in l. quæ extrinſecus, cum ibi. nota. de ver oblig.

11 Quid ſi nõ dicatur copulatiua, &? Reſp. Inn. in d. c. 1. ꝙ valeret, ſi poneretur loco eius, que: q̃a nulla eſt differentia inter has copulatiuas, &, que: aliàs non valeret.

12 Sed quero, vtrum ſit de neceſsitate, quòd proferat in Latino? Reſ. Aureol⁹ vbi ſupra, ꝙ ſic à Latino, q̃ ſcit literas. ab eo verò, qui Latinus eſt, ſed literas neſcit, proferantur in vulgari, ᵃ a Greco ĩ Greco ſermone. Et licèt Græcus, ſi proferat in Latino, & Latinus ĩ Greco, aut in vulgari ſit baptiſmus, tamen peccat. tu autẽ dic, ꝙ debet proferre in ea lingua, in qua melius põt proferre vel literali, vel vulgari.

13 Vtrum requiratur continuatio ĩ prolatione dictæ formæ? Reſp. Au. vbi ſupra ꝙ ſic, non interponẽdo hiſtoriã. Et credo, ᵇ ꝙ ſi notabilis eſſet diſcõtinuatio, nihil fieret, ſecus ĩ modica diſcontinuatione, puta tuſsis vel ſilentij, & hmõi, q̃ intẽtionẽ non diſcontinuent.

14 Vtrũ poſsit fieri trãſpoſitio in dictis verbis? Reſp. Au. vbi ſupra ꝙ non. & peccat grauiter trãſponendo, licèt baptizatus ſit. niſi trãſpoſitio mutet ſenſum, vt dicẽdo, Ego te ᶜ patris & filij baptizo in noĩe ſpiritu ſãcti. vel niſi intẽdat ĩducere errorẽ, q̃a nõ baptizaret.

15 Quid ſi proferatur corruptè ᵈ præfata verba? Reſ. Au. vbi ſupra, ꝙ ſi fit ex impotẽtia, non eſt peccatum. Ex ioco eſt peccatum graue: tamẽ baptiſmus eſt. Ex mala verò intentione eſt peccatũ grauisſimũ, & non erit baptizatus. ꝙ ſit baptizatus in duob. primis caſibus, patet in d. c. retulerũt, de cõ. di. 4. vbi ille dicebat, Ego te baptizo in noĩe patria, & filia, & ſpiritua ſancta. Ratio ſecundũ gl. ibidẽ q̃a error ſyllabæ nõ nocet; vt ff. de ma. te, l. q. habebat ᵉ ſeruũ, maximè in fine dictionis. Secus eſſet in principio vel medio. vnde tene ꝙ quando aliqua diminutio, vel corruptio interuenit in forma præfatę prolationis non ex malitia, ꝙ ſi moritur ſtatim, credẽdum ẽ, ꝙ deus ſuppleat, & talis ſepeliendus eſt in cœmeterio. Si verò ſuperuixerit reiterandũ eſt ſub conditione niſi in caſu q̃ñ certum eſt, ꝙ non mutat aliquid de eſſentia præfatę formę, ſicut eſt error ſillabæ ſolùm, maximè in fin.

16 Vtrũ ſit neceſſaria expresſio vocalis? Reſp. S. Bona. in 4. di. 3. ar. 1. q. 2. ꝙ ſic vnde ſine verbo vocali ᶠ nullius eſt efficaciæ. facit. c. detrahe, 1. q. 1.

17 Vtrùm ſit neceſſe, ꝙ ꝓferantur cũ fide? Reſp. ſanctus ᵍ Bo. vbi ſ. ar. 2. q. 2. ꝙ non, quia baptiſmus nõ eſt ſacramentũ ſingularis perſonæ. Ideò fides perſonę nihil ꝓdeſt, nec obeſt; ſed eſt ſacr̃m eccleſię Chriſti. vñ q̃cquid ſit de fide cordis ꝑſonę baptizãtis iudicãdum eſt ſm̃ expresſionem oris.

18 Vtrũ Græcus, qui dicit Baptizetur, Pe. in noĩe patris, & filij, & ſpirit⁹ ſãcti, ritè baptizet? Rñ. cõis opinio Theologorum in 4. diſtin. 3. eſt ꝙ ſic, quia in forma baptiſmi requiritur primo de neceſsitate vnũ pertinens ad ſanctificationem elementi, quod eſt inuocatio Trinitatis. Aliud pertinens ad determinationem intentionis miniſtri, ſcilicet expresſio actus baptizãdi. & circa iſtud concurrũt duo ſcilicet expresſio ipſi⁹ actus, & perſonæ, in quam tranſit actus. Et iſta ſunt de neceſsitate baptiſmi. ſed modus exprimendi eſt ex inſtitutiõe eccleſiæ. & ideò peccaret mortaliter Latin⁹ ſic baptizans, ſed non Græcus. ᵃ Securius credo, ꝙ iterũ baptizetur ꝑp dubium, quia alij contradicunt.

16 Vtrum aliquid addens ad prædictam formam baptizet? vt ſi dico, Ego Petr⁹ ſacerdos baptizo te, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen, & ſancti Io. Baptiſtæ &c. Reſ. Inn. in c. 1. de bap. ꝙ ſi tale auditũ intendat eſſe de ſubſtantia formæ, ita, ꝙ non valeret, quaſi volens nouum ritum adducere, non eſſet baptizatus. Si autem crederet nõ eſſe de ſubſtãtia formæ, ſed ex ſimplicitate, aut ex deuotione, aut etiã ex malitia, etiam ſi diceret, in nomine diaboli, aut hæreticorum ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen, dummõ hoc non credat eſſe de forma, & baptizare intendat, erit baptizatus, aut dũmodo talis additio non diſtrahat intellectum ᵇ formę, ſeu corrũpat, vt pura ſi dicatur, In nomine patris maioris, filij minoris, &c. ſecundùm doctor. in 4. di. tertiã, Ar. ſecun. quæſtione tertia primæ partis, quia non eſſet baptizatus. ᶜ

**B**APTISMVS 3. quò ad ᵈ materiã, quæ eſt debita materia baptiſmi? Reſpon. Auguſt. vbi ſupra, quòd eſt aqua ſimplex naturalis potens abluere. Ex quo patet primò, quòd in nullo alio liquore poteſt fieri baptiſmus niſi in aqua, extra de bapt. c. non vt apponeres. ᵉ

1 Secundò requiritur, ꝙ pura. vnde nec in brodio,

Nam ſi dico promittis mihi dare 10. Arma virũque cano, &c. valet ſtipul. &c.
a Vulgari] Et hoc verius, & adde gl. in d. capit. multi, de conſe. di. 4. & ratio eſt. quia idem effectus, licèt voces non ſint eadem, nam & apoſtoli varijs linguis loquebantur, Act. 1. & Sco. in 4. di. 3. dicit, ꝙ fortè non licet baptizanti ex officio vti verbis cuiuſlibet linguæ, ſicut nec in confectione euchariſtiæ, quia eccleſia ordinauit, ꝙ officia eccleſiaſtica dicantur in Latino ſermone quando quidem diſtincti⁹ ſcribi, & proferri põt.
b Et credo] Th. in 4. diſt. 3. Idem tenet.
c Ego te] Adde Tho. vbi ſupra: Et ſubdit, quòd ſi diceret ego in nomine patris, & filij, & ſpirit⁹ ſãcti baptizo te, eſſet baptiſmus, quia iſta trãſpoſitio ſenſum nõ mutat, Licèt alij dicant, ꝙ qualitercunque tranſmutentur verba ſeu tranſponantur, quòd ſit baptiſmus, ex quo nõ mutatur ſenſus, niſi fiat cum malitia, ſed hoc caſu ſecũdũ ſupplemẽtũ, baptiſmus primo §. 7. deberet rebaptizari ſub conditiõe &c. & ad iſtos §. præcedẽtes adde Sco. & ſanc. Bona. in 4. diſt. 3. per omnia idem tenere.
d Corruptè] Scot. Bona. & Thomas in diſt. 3. quarti per omnia idem tenent.
e L. qui habebat] Ille nãq; habebat ſeruum nomine cratiſtũ & dixit Cratinum, & legauit ei libertatẽ. Nã liber erit, & ſubdit, Reſpond. nihil obeſſe, ꝙ in ſyllaba erraſſet. Et dicit Sco. vbi ſupra quòd ſi ſubtrahatur aliqua ſyllaba per ſyncopam, non propter hoc deſtruitur forma. Nõ enim voluit De⁹ omnino determinare hominem ad verba in ſacramentis vltra illum modum, quo verba ſufficiunt ad exprimendũ cõceptum. Sed cũ ſyncopa bene intelligit audiens conceptum loquentis, nec videt peccare mortaliter, qui ſyncopam nõ vitat ex infirmitate, ſecus, ſi ex contemptu, quanquã propter reuerentiam ſacramenti deberent omnia clarè exprimi, &c.
f Verbo vocali] Rõ eſt, quia De⁹ cõtulit vim verbo. vnde ſine verbo nulli⁹ eſt efficacię & ratio eſt perfecta. ſ. fidei profesſio, vt ſit in facto & verbo. Et etiam perfecta ſignatio q̃a ꝑ peracta ẽ regeneratio ꝑ verbũ incarnatũ, quod optimè ſignatur per verbũ voce inductum, ideò voluit, & inſtituit quòd ibi eſſet verbum vocale.
g San. Bona.] Loquitur de fide Trinitatis, quia & baptizans non credat, dummodò exprimat totam trinitatem, baptizatus eſt, tamen fides alicuius articuli eſt neceſſaria, ſcilicet pasſionis, a qua eſt meritum, & trinitatis, a qua eſt principium effectiuum ſecundùm San. Bonauen. vbi ſupra art. 1. queſtio. 3. & ibi allegat multas rationes, & neceſſarias, & congruentes. ſed nõ negatur quin ſit baptiſmus, ſi exprimatur forma, quia baptiſmus eſt ſacramẽtum non ſingularis hominis, ſed eccleſiæ. Et ſic efficaciam habet à fide eccleſiæ, & hoc per vnitatẽ ſponſæ & columbæ &c.
a Sed non Græcus] Sco. in 4. diſtinctio. 3. ſic loquitur de Græcis. Si quæras de forma neceſſaria miniſtro inter Gracos, dici poteſt quod quãtum ad aliqua verba non principalia in forma ſcilicet illa, in quibus exprimitur ſuſcipiens, & actus ſiue miniſter eccleſia Græca quandoq; nõ voluit formam iſtam ſeruare, cuius cauſam tangit apoſtolus 1. Corinth. 1. di. Hoc autem dico quod vnuſquiſque veſtrum dicit. Ego quidem ſum Pauli &c. Gloriabantur enim de miniſtris baptizantibus, quaſi eis aſcriberetur baptiſm⁹, & redarguit eos, & iſtã eorum contentionẽ. di. Diuiſus eſt Chriſtus, & ꝑp hoc ortũ eſt inter eos ſchiſma. Et vt ſchiſma hoc tolleretur, ordinatum fuit inter eos, nè miniſter exprimeretur in propria perſona, nec actus in modo indicatiuo, ſed optatiuo, quia tunc miniſter non ſignatur eſſe actor baptiſmi, ſed tm̃ miniſter deſiderãs, & orans effectũ baptiſmi conferendum a Deo. Et ſuſcipiens ẽt non exprimeretur in ſecunda perſona, ſed in 3. quaſi non præciſè reciperet, quod recipit ab aliquo ſermone ſibi dirigente, veruntamen melius potuiſſet ſuſcipiens, ſi fuiſſet expreſſius, quàm per hoc verbum ſeruus Chriſti. ſ. nomine proprio. Nõ enim iam ſeruus Chriſti baptizatur loquendo de ſeruitio ſpirituali, quo Chriſtianus eſt ſeruus Chriſti. Patet ergo, quòd rationabiliter fuit inſtituta, & dum tolerata fuit ab eccleſia, licita fuit eis, ſed ceſſante iam cauſa debuiſſet eis ſuffeciſſe forma communis. Si ergo Romana eccleſia eis prohibuit formam, certè peccarent eam ſeruando. Si verò eccleſia eis ꝑmittit eandem, miniſter Grecus tenetur eam ſeruare, ſi ordinatum fuiſſet inter eos, & conſequẽter videretur, ꝙ baptiſmus eorũ eſſet verus. hæc ex Scot.
b Non diſtrahat intellectum] Idẽ Thom. in 4 diſt. 3. & vide poſtillam 1. §. 8. ſupra.
c Baptizatus] Sco. & S. Th. idẽ tenent eo. diſt. 4.
d Quòd aqua ſit in baptiſmo neceſſaria, Concil. Trid. ſeſſ. 7. in canon. 2. de baptiſ. catechiſ. eod. tit. cap. quud autem cum ſeq. P. V.
e Non vt apponeres] Ibi habetur illud Io. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpirituſancto. Et Mar. vlti. euntes ĩ vniuerſum mundum, &c. Duo ergo ſunt neceſſaria, ſcilicet verbum, & elementum, & ſic not. quod vbi plura requiruntur ad ſubſtãtiam actus, defectus vnius facit totum deficere. Concor. l. ſi vnus, C. de teſtam. tamen aqua, & verbũ parum prodeſſet, niſi ſpiritus ſanctus baptizaret interius, de conſecra. diſtinction. quarta, per aquam. Vnde in baptizato eſt duplex filiatio. vna interius reſpectu Dei. Et ideò omnes Chriſtiani dicuntur filij Dei, Rom. octauo, & Galat. quarto. Et inter ſe ſunt fratres ſpirituales, quia habent vnum, & eundem patrem ſpiritualem in iſta ſecunda natiuitate. facit quod notatur, in capitulo, ad menſam, vndecima, quæſtione tertia. Alia exterius reſpectu baptizantis. Adde pro conuenientia materiæ baptiſmi, ſcilicet quod in aqua munda, & quia ſacramentum baptiſmi eſt maximè efficax, & maximè neceſſarium inter alia ſacramenta efficax

vel in aqua mixta butyro vel pinguedine pt fieri baptiſmus, quando ſcilicet permixtum ſoluit ſpeciem aquæ, ſicut ſi parum aquæ multum vinum miſceatur aliàs poteſt. Idem Thom. in 4. diſt. 3.

2 Sed nũquid ſalſedo impediat? R̃n. qui ſupra ꝙ nõ, quia nõ aufert ſpeciẽ aquæ imò ponitur in ſphera aquæ. Idẽ Thom. vbi ſupra. Aqua verò reliquata ſale non videt̃ materia debita [a] niſi per euaporationem & exalationem reduceretur ad dulcedinem.

3 Sed nunquid quælibet admixtio aquę facta impediat? Reſ. Ri. in 4. diſt. 3. ar. 3. q. 3. ꝙ aquæ mixtio pt dupliciter fieri. Vno mõ verè & propriè, qñ ex mixtibilibus cõſtituitur aliquod vnũ per eſſentiam, & ſic impedit, quia non eſt aqua in actu, ſed in potentia. Alio modo impropriè ſecundũ quandam apparentiam, ſecundũ quam miſcentur illa, quorum minimè partes ſecundũ ſenſum ſunt iuxta ſe inuicẽ poſitę, & actualiter alteraræ ſaluis eorum eſſentijs, quæ dicitur ꝑpriè confuſio, & ſic non impedit, quin poſſit fieri baptiſmus, qa manet ſpecies aquæ. Et ideo quauis aqua maris ſit alterata ꝑp admixtionem groſſorũ vapo porũ terreſtriũ aduſtorũ, quæ permixtio ſecundùm philoſophũ .2. meteo. eſt cã ſalſedinis mari, & aqua lixiuij propter ſui collationẽ ꝑ cineres. & alię aquæ, propter earum tranſitum per venas ſulphureas, tamen quia in eis manet ſalua ſpecies aquæ, põt fieri baptiſmus. Dic ergo, ꝙ ad cognoſcendum aquam debitam ſacramento illi attẽdi dẽt Primò origo, & ſic ſaliua, vrina, aqua roſea, [b] & huiuſmodi non ſunt materia debita. Secundò ad ſpeciem aquę, ſcilicet vt ſit liquida, & tertiò vt ſapor alicuiꝰ liquoris alteriꝰ non tollat virtutẽ; nam alij ſapores rerum non liquidarum non immutant ſpeciẽ aquę, quæ manet liquida, ſed bene ſapores rerum liquidarum, vtputa vini, & hmõi. vnde quando plus habet de ſapore vini, & huiuſmodi, q̃ aquę, nõ poteſt de ea baptizari.

quidem, quia in eo imprimitur character, qui diſponit animam ad ſuſceptionem luminis gratię, vt tranſparentia vitrum ad ſuſceptionem luminis corporalis, ſed datur etiam gratia mundificans animã. datur etiam illi gratiæ actus remittendi ardorem concupiſcentiæ. Sed quia hæc oportuit dari in eo ſigno, quod ſua proprietate multiplici hæc omnia deſignaret, tale autẽ eſt, aqua, quia tranſparet, & eſt præuia lumine, & iõ characterem ſignat, & iterum abluit & mũdat inter omnes liquores, & ideo ſignat gratiam mundantẽ Item infrigidat, & iõ ſignat remisſionem ardoris cõcupiſcẽtię. Conueniebat ergo maximè aqua baptiſmatis ſacramento ob efficaciam. Similiter etiã propter neceſſitatem. Quia enim ſacramentum eſt, a quo nemo abſoluitur, & in quo omnes communicant, neceſſe fuit inſtitui in liquore, qui eſt communis apud omnes & in quo abundant pauperes & diuites, talis autem liquor eſt aqua. &c. ergo &c. Hæc S. Bon. in 4. diſt. 3. ar. 1. & quæſt. 1. 2. partis. Addit Scot. ibidem. Quia enim aqua eſt frigida, fluida, lucida, neceſſaria, & communis. & hæ omnes proprietates conueniunt illi humori, in quo debet fieri baptiſmus, qui eſt ad reprimendũm æſtum concupiſcentiæ, ad flectendum rigorem inobedientiæ, ad illuſtrandum claritatem fidei, ad introducendum in viam ſalutis, & hoc eſt cõmune omnibus ſicut lex iſta, cuius hoc ſacramẽtum eſt incitatiuum communis eſt omnibus ad ſalutem. hæc primò.

a Materia debita] materia propriè accipiendo, ſic illud, in quo eſt forma rei, eſt totum illud, quod eſt ibi ſenſibile, in quo fundatur relatio ſigni, quod eſt formale in baptiſmo. Sed ſicut in illo toto ſenſibili aliquid eſt principalius, vt vltimatè determinans, & ideo dicitur format: ita eſt aliquid minus principale, vel determinabile: & illud dicitur materia. Sed tale poteſt intelligi vel proximum ad ſignãdum, vel remotum, proximum eſt ipſa ablutio viſibilis. Ipſa enim cum verbis tanquam proximũ ſignum ſignat effectum baptiſmi. Et ideo non vrget illa dubitatio de ca. de tralie. 1. q. 1. nè fortè aſinꝰ bibat ſacramentum, q̃ verè eſt dubitatio aſinina, qa illa ablutio non durat niſi in fieri, quantumcunque aqua poſſet bibi, vel huc vel illuc transfundi ipſa ablutio nõ. Et intelligit ablutio hic, nõ tantùm, ſicut aqua dicit̃ lauare corpus, ſed ſicut homo dicitur lauare corpus cum aqua quaſi propriè actiuè. Nam ſolus contactus ab aqua, quæ eſt quaſi ablutio formalis, non eſt inſtituta tanquã ſignum, vel pars ſigni, ſed ipſa lotio effectiuè facta ab aliquo abluente. Nec oportet, ꝙ ſit ibi ablutio, vt diſtinguitur contra lotionẽ, & includit amotionem ſordium a corpore per cõtactum aquæ. Sed ſufficit lotio in communi dicta corporis ab aqua, alio hoc agente Quod nihil aliud eſt, niſi quòd oportet iſtum contactum corporis ab aqua fieri ab alio cauſante contactum iſtum. Et iſto modo intelligendo ablutionem, & lotionem, lotio eſt materia proxima quaſi per ſe fundamentum, vel pars fundamenti iſtius ſignificationis. Aqua autem eſt materia remota, quæ applicatur corpori in iſtius lotione. & huiuſmodi probatio non eſt alia, niſi quia ſic inſtitutum eſt, vt patet Matt. 3. Et Ioan. 3. hæc Sco. vbi ſupra. Adde 6. modos. in 4. diſt. 3.

b Aqua roſea] Adde text. & ibi Pa. in c. Non vt appones, eod. titu.

Non



4 Tertiò requiritur, quòd poſſit lauare, quia aqua in linteo, vel in lana non eſt apta lauare, niſi exprimatur extra. Similiter nec glacies, vel nix, vel grando, niſi diſſoluatur, nec lutum.

5 Quartò ꝙ ſit materialis, nõ artificialis. [a] Et ideò aqua roſea, vel ardens non valet, ſimiliter nec aqua ſupnatãs cruori, quæ dr̃ flegma, nec aqua, quã faciũt alchimiſtæ. [b] Aqua tñ, quæ exiuit de latere, Chriſti, [c] fuiſſet materia debita, qa vera aqua fuit.

6 Vtrũ vrina poſſit eẽ materia debita? R̃n. Ric. vbi s̃. ꝙ nõ nec ceruiſia d̃bito mõ cocta, nec ſaliua, qa ĩ eis nõ manet ſalua ſpecies aquæ.

7 Vtrũ ĩ aqua paludoſa [d] poſſit fieri? Reſ. vbi s̃. ꝙ ſic. quia ibi ẽ ſpecies aquæ. Intellige, niſi eſſet ita condẽſa, ſicut eſt aqua in glacie.

BAPTISMVS 4. quò ad modũ, qs modus eſt tenendus in baptizãdo? Reſ. Pe. Au. ꝙ primò debet ablui ab eo, qui baptizat, nõ fricari, vel tingi, vel ſubmergi. Ex quo patet, ꝙ ꝓijciens puerũ in puteum nõ habens funẽ, nõ baptizat [f] ſm Sco. in 4. di. 5. in fi.

1 Quid de illo, q deponit in caniſtro ꝑ chordã, cũ nõ põt manu ad aquã attingere, intingẽs eũ & extrahẽs? Reſ. Ric. vbi s̃. diſt. 4. q. vlt. quòd ſic eſt baptizatus. [g]

2 Secundò debet immergi, vt appareat mortuus cũ Chriſto. vtrũ autem totum corpus ſit abluẽdum? Reſ. Ri. vbi s̃. ꝙ principaliter caput, ſeu facies, quia in ea vigent ſenſus, poſtea pectꝰ q eſt ſedes cordis. Tenetur tñ cõius, ꝙ qualitercũque contingatur, eſt baptizatus & quod ſufficit aſperſio q̃tumcũque modica in [h] caſu neceſſitatis.

3 Tertiò debet talis immerſio eſſe trina, vbi eſt cõſuetudo, aliàs non, quia eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed ſufficit vna, [i] de conſ. diſt. 4. de trina.

4 Vtrũ requiratur ſimultas in prolatione verborũ, & ablutione? Reſ. Land. in 4. di. 6. q. 2. ꝙ ſic, quanta requiritur in actib. humanis, ſ. quantum põt nõ pũctualis. q̃ eſſe vix poſſet, vñ ſm Sco. & Ri. in 4. di. 3. ſufficit quod prolatio verborũ incipiatur ante, quàm ablutio terminet̃, vel ecõuerſo.

5 Vtrum requiratur, ꝙ aqua, qua quis baptizat̃, ſit ſanctificata a p̃sbytero primò ꝑ orõnẽ? Reſ. ſm S. Bo. in 4. di. 3. ꝙ non de neceſſitate, ſed de cõgruo. Ita tñ, ꝙ niſi neceſſitas hoc requireret, peccaret mortaliter ſacerdos baptizãs in aqua nõ ſanctificata eo mõ, quo dictum eſt, ſ. per orationẽ ſacerdotis.

6 Quid ſi omittãt̃ aliæ ſolẽnitates? Reſ. do. ĩ c. 1. d̃ ba. debẽt ſuppleri, licèt nõ ſint neceſſariæ. aduerte, ꝙ bap. debet fieri cũ chriſmate illiꝰ anni, aliter puniẽ ſacerdos, ſi ꝯfecerit niſi ĩ neceſſitate, de cõ. di. 4. c. ſi qs de alio, De qua infra, oleum.

27 Vtrum epiſcopus poſſit diſpenſare cum prædictis illegitimis, vt poſſint plura beneficia ſimplicia retinere ſimul? Reſ. Ge. vbi ſupra ꝙ non. facit c. is cui, primo reſ. de præben. li. 6. vbi quando conceditur alicui, vt poſſit beneficiũ alteri conferre, intelligitur de vno, non de pluribus.

28 Vtrũ eps poſſit diſpenſare cum illegitimis, vt habeant ſimplex bñficiũ, ſeu præbẽdam in eccleſijs ſuorum patrũ, qui ſunt ſacerdotes? Reſ. ꝙ non ipſis viuẽtib.[d] c. cũ decorẽ, de fi. p̃ſ. Multominus in canonicatu. c. cũ ad abolendã,[e] de fi. p̃ſ. Sed ipſis mortuis ſic, dummõ non diſpenſet ſup beneficio, ſeu p̃benda, quã eius pater tenebat immediatè,[f] ſecus, ſi mediatè. Gofre. tñ tenet, ꝙ nunquã canonicatũ in eadem eccleſia poterit habere ex diſpẽſatione epi. Sed cõtrarium credo verius, vt no. in d. c.

29 Pone, Papa diſpenſauit cũ illegitimo, vt poſſit promoueri ad beneficiũ ẽt curam habeas, nũqd ꝑ iſtam diſpenſationem poterit ꝓmoueri ad bñficiũ, cui p̃ficiẽdus eſt per electionem eligend⁹? Reſ. ſm Ge. ĩ d. c. is q, ꝙ ſic, qñ qñ viciũ tollit ex toto, vt in caſu prædicto, põt eligi, vt in c. cũ Vintonienſis,[g] de elec. ẽt ſi eſſet dubiũ, an verba diſpẽſationis tollãt ex toto viciũ;

a In culpa ] putà, quia iniuſtè eum obtinuit, vel noluit &c.

b Aliter diſtinguit ] An gratia fuerit generalis, an ſpecialis; dicit tamen, quod domini de rota deciſi. 742. dicunt obſeruari in curia opi. Archid. quæ eſt, qd adepto primo & omiſſo, poterit ſecundũ retinere.

c Quòd non ] Et ẽ ratio, quia hic additur ſecunda diſpenſatio primæ diſpenſationi, vt in d. capitulo fin. ibi, non eſt veriſimile. vide tamen Gemi. ibi, vbi latè.

d Ipſis viuentibus ] Ratio eſt, nè videatur impudico patri miniſtrare in eo loco, in quo vnigenitus Dei filius æterno patri viſtimatur pro ſalute humana.

e Ad abolendã ] Idem tenet Geminia. poſt Ioã. An. in d. ca. 1. de fil. presb. & tex. d. capitul. ad abolẽdam loquitur per dict. maximè, ſi ſunt ſpurij; & dicit in ſœcularib. quaſi quod in regularibus bene pater & filius poſſunt eſſe in eadẽ eccleſia, vt dicit ibi glo.

f Immediatè ] ideſt ſup ea met præbẽda mediatè autem vult dicere in eadem eccleſia in præbenda, quam alius habebat in eccleſia quæ erat principaliter patris ſui.

g Cum Vintonienſis ] Text. eſt ibi de hoc. Sed nunquid legitimatus per reſcriptum papæ poſſit eligi ad dignitatem epiſcopalem? glo. in ver. promeruit in fin. in d. capi. cum Vintonien. tenet ſingulariter quòd ſic. Sed contra iſtud facere videtur text. in capitul cum in cunctis, de elec. vbi dicitur, quòd eligendus in epiſcopum, debet eſſe de legitimo matrimonio natus. D. Anton. in d c. cum Vintonien. Et Panormi. ibi diſtinguunt, quod aut Papa proceſſit per viam diſpenſationis, putà quia diſpẽſauit cum illegitimo, vt poſſit promoueri ad ordines, & dignitates eccleſiaſticas, & hæc diſpenſatio non extenditur a l dignitatem epiſcopalẽ, quia in materia reſtringibili, vt eſt diſpenſatio, ca. 1. & 2. de fil. presb. li. 6. & in c. quod dilectio, de conſangui. & affi. nunquam appellatione dignitatis venit epiſcopalis, tex. no. in c. dilectus, iuncto. ca. 2. de conceſ. p̃hend. vbi doct. tenent hoc dictum in materia diſpenſationis. Ad idem gl. no. in c. 2. de præben. lib. 6. quæ tenet, quod in reſeruatione dignitatum ſimpliciter facta non cõprehenditur dignitas epiſcopalis, quia eſt dignitatũ culmen. c. pen. de p̃bẽd. Et idem dicendũ ſi fiat mentio de dignitate epiſcopali, vt non extendatur diſpenſatio ad dignitatem Archiepiſcopalem. Vnde diſpenſatus in minori nõ videtur diſpẽſatus in maiori, d c. dilect⁹. Aut Papa proceſſit per viam legitimationis, & tunc aut Papa legitimauit illum, vt poſſit promoueri ad dignitates eccleſiaſticas Et idem dicẽdũ, vt in caſu præmiſſo, quia hæc legitimatio importat idem, quod diſpenſatio, & his duobus caſibus procedunt allegata contra glo. Fallit tamen, ſi in diſpenſatione, aut legitimatione eſſet facta expreſſa mentio de dignitate epiſcopali ſecundùm Hoſt. in d. c. cum Vintonien. Aut legitimauit eum, reſtituendo eum primæuo iuri, & priorib⁹ natalibus, ita quod decreuit illum legitimum, ac ſi

fuiſſet



[a] & hoc tene, licèt alij dicant, ꝙ non poteſt eligi.[b]

30 Intra[c] quod tempus debet beneficium vacans concedi? Rñ. ꝙ in cathedrali & regulari eccleſia vacãte prælato intra tres menſes eligere tenentur, ca. nè pro defectu. de elect. niſi eſſent priuilegiati, vt Minores. Alia autẽ beneficia eccleſiaſtica intra ſex menſes c. nulla, de conceſſio. præben. Aliàs collatio, ſeu prouiſio deuoluitur ad eum, q proximo præeſſe dignoſcitur, niſi in caſu, in quo prouiſio pertinet ad capitulũ, deuoluitur ad epiſcopum. & è contrario & poſt ad metropolitanũ, & poſt ad Papam. hoc eſt verum, niſi legitimo impedimẽto eſſent impediti, & incipit currere dictum tempus. a die ſcientiæ, non vacationis, capi. quia diuerſitatẽ, de conceſ. præbend. Et intelligitur legitimum impedimentum peregrinatio, vel ſuſpenſio etiam ex culpa, niſi eſſet in mora petendę abſolutionis, dicto capitulo. quia diuerſitatem. Et ſi beneficia pertinerent ad regulares exemptos, epiſcopi prouidebunt non obſtante exemptione Cle. quia regulares, de ſup. ne. pręla.

31 Vtrum præfatum[d] tẽpus habeat locum in habẽte inſtituere præſentatum per patronum? Reſ. dñi de Rota[e] tenèt ꝙ nõ, qa d. c. nulla, non extẽditur ad eũ, qui habet inſtituere, ſed ad eum qui habet conferre.[f]

32 Vtrum liceat alicui ſibi procurare beneficium? Reſ. Tho. & Rai. ꝙ beneficium cum cura animarum non licet, quia idoneè non põt adminiſtrare ſinè gratia, ſeu charitate, quã null⁹ ſe habere ſcire poteſt. Sec⁹ eſſet de alijs beneficijs, qa poſſunt procurari, Aug. de Anchona. lib. de poteſtate Papæ tenet generaliter nõ poſſe ſine peccato, quod verum credo, quãdo principaliter procurat, vt habeat beneficium, ſecus, qñ principali er procuraret, vt poſſet prodeſſe.[g]

33 Vtrum occupãs bñficiũ viuẽtis ſcienter faciens ſe inſtitui, ſit infamis?[h] Reſp. Pa. in c. 1. de conceſ. præbẽ. ꝙ ſic. 3. q. 2. audiuimus. & ſolus Papa diſpẽſat cũ eo, ſicut cũ illo, q viuẽte vxore

fuiſſet legitimè natus, & tunc poteſt promoueri, & tunc procedit gl. prænominata, quam ſequitur ibi. Pe. de Ancharano, etiam quod non fieret mentio de dignitate epiſcopali. Ratio, quia ſi conſtitutio Papę poteſt facere, quem legitimum, v promoueri poſſit in epiſcopum vt in c. tanta, qui fi. ſint legiti. iuncto is not. in capit. innotuit, de ele. vbi legitimatus per ſubſequens matrimonium, poteſt eligi in epiſcopum. Idem dicendum per reſcriptum Papæ, cum lex viua nõ ſit minus potens quàm lex mortua. Et facit in aut. quib⁹ mod. na. effi. ſui, prope finem.

a Ex toto viciũ ] Ex quo ſumus in odioſis, ſecus ſi ĩ fauorabilib⁹ ſicut eſt vinculũ matrimonij ſpiritualis qd impedit tranſitum ad aliam eccleſiam, quia tunc requiritur poſtulatio ſecundùm Domin⁹ Anton. in capitul. licèt de transla. præl.

b Eligi ] Circa iſtam diſpẽſationem quero quid ſi epiſcopus faciat ſtatutum, ꝑ quod legitimat filios illegitimos ad minores & ad beneficia ſimplicia, an imprimatur legitimatio, vel diſpẽſatio? Fed. de Se. conſilio. 278. tenet quòd non, nam de natura conſtitutionis eſt, quod trahitur ad futura, de conſti. capitulo ſecundo, & fin. Item induceret homines ad peccandum, & ſic eſſet contra ſalutem animæ, ergo non videtur valere, quia cauſa inhabilitationis filiorum illegitimorũ eſt, vt ſeruetur fides matrimonij, & auferatur materia fornicandi. 15. quæſtio, vltim. cum multæ, de eo qui duxit in matri. quam polluit, &c. capit. cum haberet. Sed iſta conſtitutio videndo homines, quòd ſui filij erunt habiles, induceret eos ad adulterandum, vel fornicandum &c. facit capitulo erit, quarta diſtinction. facit etiam cap. ex parte, de conſuetudine. vbi non valet conſuetudo, quæ inducit ad peccandum, & nec ſtatutum, cum eadem ſit ratio, quoniam ratio concludit ad vtrunque, igitur &c. 43. d iſtinctio. ſit rector. nec ob. text. in d. capitul. primo de fi. presbyte. vbi poteſt epiſcop⁹ diſpenſare, quia diſpenſatio reſpicit pręterita, & iam deducta in eſſe, cap At ſi clerici, de iudic. Et de conſangu. & affini. quod dilectio. Item in cautæ diſpenſationes, & veniæ facilitas reprobantur, & repræhenduntur, quia per eas præſtatur incentiuum delinquendi. l diſtinct. ca. primo, cum ſimil. ergo &c. Et facit, quia diſpenſatio non eſt cõcedenda ſine aliquali cauſæ cognitiõe ſaltem ſummarię, circa qualitates perſonæ, cum qua ſit diſpenſatio, vt not. Innocen. in c. ex tenore, de temp ordi. vltra mediũ magnæ gloſſ. Et co. ti. dilectus, in addi. de fi. presbyt. in prima glo. in capitul. veniens. Sed ſi per conſtitutionem admittitur indifferenter diſpenſatio, videtur inferri dicta incongruitas. ergo contra ius, & ſic non valet, Clem. nè Romani, de iure iurand.

c Videas Conc. Triden. ſeſſ. 24. c. 18. de refo. P. V.

d Domini de Rota ] Deci. 150. & adde ſing. gloſſ. in Cle. vna, de ſupp. neg. præla.

e Conſule Trid. conc. ſeſſ. 24. c. 18. de ref. P. V.

f Conferre ] Ita tenet Pa. in d. c. 2. de conceſ. præben. vbi latius proſequitur.

g Prodeſſe ] Vide, quæ dicam infra, epiſcopus. §. ſecundo.

h Sit infamis ] Et debet deponi, & ab eccleſiaſtica communione repelli. 2. q. 1. in primis, & hoc dicit Pa. vbi ſupra. 2. not.

Aliam

aliã accepit, [a] vt in c.ſi.de eo,q dux.in vxor. quã pol. per adul.ex quo concludit Pa.ibidẽ,ꝙ licèt cũ vacaret fecerit ſe inſtitui, vel ſibi conferri a Papa nõ habita mẽtione de occupatione, poſtea nõ valet,& eſt ſubreptitia, qa non ſic faciliter obtinuiſſet,facit c.poſtulaſti,de reſcrip. Similiter dicit de eis, q de facto occupãt, vel p brachiũ ſęculare ſe in vacantib.beneficijs intrudũt, ſi nõ faciũt mentionẽ in impetratione de tali occupatione, qa oẽ id, ex quo nõ ita faciliter obtineret, tacitã ĩducit ſurreptionẽ p d.c.poſtulaſti. cum ſi.

34 Quot bñficia [b] põt qs habere?Reſ.ſm Pa.in c.cõquerente,de cle. nõ reſi.ꝙ habẽs bñficiũ quantuncunque ſimplex, qđ p ſe ſufficit ad vitã beneficiati,non põt aliud tenere ſine peccato mortali,ſm gl. ĩ c.dudũ,el 2.de elec.gl.pen. qđ limitat idẽ Pa.ſi pp ſe ſolũ habet,ſecus verò, ſi collata ſibi eſſent non rõne ſui, ſed pp vtilitatẽ bñficiorũ, vt qa eſt hõ induſtrios⁹,& bonæ cõſciẽtiæ,vt no.in c.cũ iã dudũ đ p̃b.& ibi.Inn.

35 Vtrũ habens [c] plura,qñ vnũ ſufficit,excuſetur p diſpenſationẽ?Reſ.glo.prædicta ꝙ ſic.ſed Pa.in c.dudũ, dicit ꝙ habet p indubitato, ꝙ non ſit tutus quò ad eccleſiã triũphãtẽ, ẽt diſpẽſatus per Papã,qñ diſpenſatus eſt pp ſe & ad ſuã vtilitatem,quia in hoc caſu nõ ſolũ alteratur iuris poſitiui diſpoſitio,ſed etiã Chriſti patrimonium iniuſtè diſpergitur, cum ergo Papa non poſſit ſine cauſa alienare bona eccleſiæ ſine graui peccato, vt dicit Archi. 12.q.2.nõ liceat papæ,ergo multominus põt dare licẽtiã alteri ipsũ diſpergendi vt in c.nuper, [d] de reſt.do. poſt di.& ſic cõuincitur rõ Innoc.in c.cũ ad monaſterium,de ſta.mona. quia hic non ſolũ violatur ius poſitiuum, ſed potius diuinũ, hoc idẽ tenet Hoſt.in d.ca. dudũ,quẽ ſequitur Io.And.dicit ẽt Th.in 9.quoli.q.5.ꝙ habere plures præbendas abſolutè conſiderandũ eſt quid de ſe inordinatũ, vtpote quia quis non p̃t in diuerſis eccleſijs deſeruire quibus quaſi pro ſtipendio prębendæ ſunt ordinatæ,vt miniſtrantib.in eis dentur.Eſt ẽt diminutio diuini cultus, vnde vnus loco pluriũ conſtituitur. Eſt ẽt inęqualitas, vnde vnus habet multa beneficia, & alius non poteſt habere vnum. Continet & aliquando defraudationem volũtatũ teſtatorũ,qui vt certus numerus ſeruientiũ deputaretur,talia contulerunt,& multa alia, & niſi aliqua circunſtantia ſuperueniat,q̃ remoueat totaliter inordinationẽ eius,nunq̃ erit ſine peccato; ſicut nec homicidiũ põt fieri ẽt cũ diſpenſatione,niſi habeat circũſtantiã,quæ remoueat eius inordinationẽ. Aduerte tñ ſm Goff.ꝙ eſt triplex circũſtãtia, quæ põt remouere talem inordinationẽ ita,ꝙ diſpenſatio ſit legitima, & tutus diſpẽſatus.Prima neceſſitas puta,quia plures non inueniuntur idonei.Secunda vtilitas eccleſiarũ,& eorũ quib.præſunt. Tertia prærogatiua meritorũ.Nec valet cõſuetudo [e] ſm Pa.in d.c.dudũ,& iura, ſiue gl. quæ dicunt valere,intellige pro neceſſitate,vel vtilitate beneficiorũ,vel prærogatiua meritorũ,puta qa plus valet abſens, q̃ alius præſens, vel p potentia retinẽdi plura beneficia ſimplicia, ſed non vt fructus lucrifaciat ſibi ad vtilitatẽ priuatã, vel ad augendũ patrimoniũ, vel vt lautius viuat, vel vt facilius ad epiſcopatum,vel maiorẽ dignitatẽ poſſit aſcendere, quia cum tali intẽtione ẽt vnũ beneficium habere de ſe eſt inordinatum, quia eſt contra omnẽ rationẽ,vt in c ratio nulla, [f] cum ibi notatis de p̃ben.& contra officiũ pietatis.16.q.1. c.ſi.vide ẽt de hoc infra,clericus.2.§.3.

Vtrum

a Aliam accepit] Non.n.põt ducere talẽ in vxorẽ,cũ qua contraxit viuẽte marito, vel vxore ſua,ſic ẽt nõ põt conſequi vxorẽ ſpũalem, cũ qua contraxit viuente marito ſuo,& quodãmodo illã adulterando. 7.q.1.in c.ſicut. No.etiã Inno.in c. poſt electionẽ de conceſ. præbend.ſicut enim ſponſa debet eſſe perpetua, ſic & beneficiũ ſm antiquã ordinationẽ 56.diſt.ſatis. Et de cle. ęgrot. per totũ. & ſine magna cã non põt qs priuari beneficio, ſuo,tex ẽ no.ĩ c. inuẽtũ. 16. q.7.

b Beneficiorum pluralitas reprobatur, vide con. Trid.ſeſſ.7. c. 2. 3.4.& 5.ſeſſ. 24. c 17. de reform. vbi etiã qñ permittatur. P. V.

c Diſpenſationes huiuſmodi reuocãtur à Tri. conc.ſeſſ. 24. ca. 17.de ref. P. V.

d Vt in c. nup.] facit optimè,qa ſicut ſponſus nõ p̃t vxori de feudis eccleſiæ donare pp nuptias vt valeat retinere poſt mortem ſuam,ſic & papa non poteſt cuilibet concedere vt habeat plures prębendas.

e Nec valet conſuetudo] Rõ eſt, qa cõſuetudo contra ius diuinum nõ valet, niſi ſit rõnabilis c.ſi.de cõſue. cũ ibi no. qa eſt pot⁹ corruptela. & habere plura bñficia eſt contra omnẽ rõnẽ.c. rõ nulla de p̃bẽ.ergo &c.

f C.rõ nulla] & no. ibi Ab. ꝙ ex quo bona eccleſiarum ſunt bona communia,



36 Vtrum hñs beneficiũ cũ cura, ſi recipiat ſecũdũ cũ cura, ipſo iure ſit priuatus primo?Rñ. ꝙ ſic ſtatim adepta pacifica poſſeſſione ca.de multa,de præbẽ. vel quãdo per eum ſtetit,quomin⁹ haberet,c. licèt, el. 2. de præbẽ.li.6.Et niſi primũ reſignet in manu ordinarij vel cui cõpetit, ipſo iure ẽ priuatus ẽt ſecũdo,& inhabilis ad quodcunque beneficiũ, & ẽt ordines ſacros. [a] & ad Papã pertinet diſpẽſatio p extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, Execrabilis.Et ideò non poterit abſoluere ſubditos ratione primi beneficij.Fallit hoc in.7.caſibus. Primus quando ſecũdũ annectitur primo, [b] ca. ſuper eo,de præben.li. 6. Secundus caſus,qñ expendit de bonis proprijs in vtilitatem primi beneficij, & ipſum retinet, donec ſit ſibi ſatisfactũ ſm Ant.de Bu. [c] p c.quicunque.12.q.4.& ſufficit, ꝙ talis expenſa ſit vtiliter cæpta, licèt poſtea a caſu ſit totũ perditũ, ſm Io.An.in c.ex parte,de conſtitu.puta qa domũ factam ignis poſtea cõbuſſit. Tertius caſus, qñ acceptat calore iracundiæ ſm Ioã. de Li.& d.Anto. [d] & facit gl. ĩ c.ex literis,de diuor. quæ vult,ꝙ confeſſio ex iracundia facta non præiudicet. Quartus caſus, quando acceptat ad tempus,puta do nec aliter [e] fuerit bñficio prouiſum,ſm Petr. de Ancha.in c.1.de cõſue.libr 6. Quintus caſus, quando cõmutauit vnũ beneficium ĩ aliud habẽs alia beneficia curata, dummodò poſſeſſionem ipſius beneficij, in quod commutauit, nõ fuerit nactus, [f] ſed ſi adeptus eſt ipſam poſſeſſionem vltimi, vacant prima omnia, quæ ex diſpenſatione tenebat,tex.eſt in Cle. ſi plures, de præben.Sextus caſus,qñ per diſpenſationem, vt in d.c.dudum. Septimus caſ⁹ in epiſcopatu,q nõ vacat [g] per ſecũdum, ſecundũ gl. in d.c.de multa,& Inno.in Cle.gratiæ,de reſcri.Idem dic de quocunque alio beneficio eccleſiaſtico, quod quis non põt cum alio tenere, niſi diſpenſetur cum eo [h] & quis poſſit diſpenſare,infra dicam.§. 38.

37 Vtrum habens bñficiũ in [i] cõmenda teneatur ſeruare eccleſiam ĩ ſtatu ſuo? Reſpõ.Pa.in cap. de monachis,de præbend.quòd ſic. nec poteſt [k] aliquid de ſta

non debet ſibi quiſquam tanquam propria vendicare.Et hoc eſt dicere,quia ſunt omnibus indigentib⁹ communicanda, prius tamen captis neceſſarijs pro ſe, quia debetur primò victus præbendato ratione ſeruitij adeo,vt primò ſit ei ſubueniẽ.quam eccleſiæ reparationi, vt in cap.de his, de eccle. ædi. Et de his,quæ ſuper ſunt, debeant indigentes viuere & ſic intelligendus eſt text.in c. ſi.16.q.1.vbi dr̃, quod quicquid habent clerici, pauperum ſunt. Concor.Pa.in c. de multa,de præben.in addit vbi hæc eadẽ concludit,vt hic.

a Ordines ſacros] Hæc not. Pa.in c. de multa,de præben.

b Quando ſecũdum annectitur primo] Ratio eſt vel quia acceſſoriũ ſequitur principalis naturam c. acceſſorium, de reg iur.cap.ſi ſuper gratia, de of.dele.vel quia cẽſetur tñ vnũ.

c ſm Anton. de But.] Idem tenet Pa.i d c.de multa, de præben. & addit,ꝙ quis nõ cogitur dimittere primum beneficium, niſi ſibi ſatisfiat de expẽſis.Et ex hoc colligitur,ꝙ ſi clericus ſine teſtamẽto moritur, põt hæres repetere expenſas, quas clericus fecit de patrimonio ĩ beneficio, & forti⁹ hoc procedit, ſi ſpecificè clericus illas repetẽdas decreuit,hæc t.

d Et do.Ant.] Concor.Pa.in d.c de multa,& intellige,ſi ipſum ſtatim pœniteret,& eſt cõmunis opinio.

e Donec aliter,&c.] Intelligitur vel de primo, vel de ſecundo &c.

f Non fuerit nactus] Si fuiſſet poſſeſſio.adeptus,tũc vacarent alia,vt in d.Cle dicitur.Idem Panor. in di. c.de multa,indiſtinctè credit, quòd nunquam inducatur vacatio primi beneficij per receptionem ſecũdi niſi poſt habitam pacificam poſſeſſionem ſecundi quæ non ſit momentanea,ſed duret, quia non dicitur fuiſſe,quod nõ ſtetit,ad hoc tex.cũ gl.in c.commiſſa,de el.lib.6.& Clem gratiæ, de reſcrip.& vide eum,quia allegat multa.

g Qui non vacat] Intellige niſi poſt conſecrationem.ratio eſt ſm Innocent. & Panor.in d. c.de multa, quia non dicitur eps, niſi ſit conſecratus. ca.ad honorem, & c.niſi.de auto. & vſu pa.iõ meritò expectatur cõſecrationis tẽpus, ſec⁹ in alijs dignitatibus,qa poſt cõfirmationẽ, vel collationem dicitur abbas,vel archipreſbyter,& huiõi, licet non habeat adhuc ordines, quos requirit illa dignitas,Hoſt. aſſignat aliã rõnem. ſ. quia electi ad epiſcopatũ cõmuniter nõ ſe transferunt ſine licentia Papæ,ſecus in alijs dignitatib⁹ inferioribus, quia de facto quis tñ ſit & retinet duo beneficia.

h Cum eod.] Fallunt prędicta in eo, qui non poteſt habeř fructus ſecundi beneficij,quia fortè ex priuilegio debentur alij q̃ epiſcopo, quia non vacat primum cap. ſi tibi cõceſſum,de pręben.li.6.

i Beneficia in commendam ſiue commendata null⁹ hodie recipere, nec retinere poteſt, ex Conc.Trid. ſeſſ.7 cap.1j.& 4 ſeſſ.24.c.17.de ref. P. V.

k Nec poteſt] Et habens eccleſiam commendatam,vt percipiat ſuſtentationem ſui,debet etiam facere ibi deſeruiri per clericum, ſeu numerum clericorum cõſuetum, & hoſpitalitatem more ſolito ibi tenere,& quod clarius tenet Inno. in c in Lateranẽ. de præben.& de priuileg.in c.paſtoralis.Quod nota contra tenentes eccleſias commendatas.

Ibi &

tu eccleſię minuere, ſed de ſuperfluo poteſt ſibi prouidere, aliàs non.

38 Quis poteſt diſpẽſare, vt quis habeat plura beneficia, legitima cauſa interueniente? Reſp. ꝙ in pluribus ſimplicibus, vel in vno curato, & alio ſimplici poteſt epiſcopus diſpenſare, vt in diuerſis eccleſijs habeat. ſed in vna eccleſia poteſt, ſi ſunt ſimplicia ſecundùm glo. in c. literas veſtras, de conceſ. præ. Ioan. An. dicit verum, ſi ſunt difformia, vnde dicit, ꝙ poteſt diſpenſare, vt quis habeat dignitatem, & canonicatum in eadem eccleſia, facit, capi. primum cum gloſſ. de conſue. li. 6. Federi. conſi 115. tenet, quòd poteſt diſpenſare epiſcopus, vt quis habeat canonicatum, & altare, ſeu beneficium alicuius capellæ in eadem eccleſia. Et hoc ſequitur Pa. in d.c. literas. In duobus autẽ cõformibus non poteſt, vt puta vt quis habeat duos canonicatus in eadem eccleſia. Et dicit Pa. vbi ſupra, ꝙ hoc ſequuntur communiter docto. Et ideò duo altaria in eadem eccleſia non poſſunt in titulum haberi ex diſpenſatione epiſcopi ſecundũ Guiliel. de Monte Lau. Et videtur ſeq Gem. [a] vbi ſupra, & placet, quia altaria, quæ dantur in titulũ perpetuum, dicuntur beneficia, ſecundùm gloſſ. in Clemen. prima, de deci. Et ſequitur Gemini. in capit. 1. de conſuetu. li. 6. Altaria verò, quæ non dantur in titulũ, bene pñt haberi ex diſpenſatione epiſcopi. In pſonatibus verò, vel dignitatibus, vel adminiſtrationib⁹, aut officijs ppetuis, [b] quocunque nomine cenſeantur, non poteſt niſi ſolus Papa diſpenſare, vt in d.c. primo, ſ. in eadẽ eccleſia, vel in diuerſis, vt in ca. de multa, de præben. licèt tex. videatur ſolùm de eadem eccleſia prohibere. Sed docto. [c] in dictis capi. dicunt etiam locum habere ĩ diuerſis, ſcilicet eccleſijs, per c. quia nõnulli. de cle. non reſi. quod no. licèt Innoc. [d] dicat contrarium in d.c. de multa, ſcilicet ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare in pluribus eccleſijs, dũ modo curam animarũ non habeant.

39 Quid fiendum de fructibus beneficiorũ. Vide j. Clericus. 3. & 13. p totum.

40 Vtrum fructus [e] beneficij vacantis ſint ſeruandi ſucceſſori? Reſ. ꝙ ſic, vel in vtilitatẽ eccleſiæ expendẽdi, aliàs contrafacientes, ſi ſunt capitula, conuentus, collegia, vel ſingulares pſonæ in cathedralib. eccleſijs, & regularib. vel collegiatis, ſunt ſuſpenſi ipſo facto ab officio & bñficio, donec plenè [f] reſtituerint quicquid perceperint, non obſtãtib⁹ priuilegijs, vel conſuetudinibus, vel ſtatutis etiam iuramento, vel ſedis apoſtolicæ autoritate, firmatis, c. quia ſæpe, de electio. li. 6.

41 Quid de prælatis, qui bona eccleſiarum, dignitatũ, prioratuum, & perſonatuũ vacantiũ ſibi ſubiectarũ, vel q̃ pertinent ad eorũ cuſtodiã, occupant? Reſ. ꝙ niſi ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine præſcripta,

a Ibi & videtur ſequi Ge. ] ſ. in c. 1. de conſue. lib. 6. ſuper gl. ĩ ver. quocunque. Qui dicit ſe habuiſſe hãc q. de facto, ſ. an in alijs beneficijs inferioribus a præbẽda in eadem eccleſia ſitis poſſit epiſcopus diſpenſare, puta vt qs duo altaria ĩ eodem corpore retineat Pe. de An. ibidẽ ẽ varius. Ge. dicit ſe conſuluiſſe d. Ant. qui reſpondit poſt multa, ꝙ ille tex. d.c. 1. nõ includebat altaria, quia cum tex. ſit pœnalis, & loquatur de dignitatib. canonijs, & alijs officijs quorũ appellatione nõ comprehendũtur altaria, vt patet p archidi. in d.c. 1. qui exponit iſtorũ nominũ ſignificationem, contrarium tamẽ tenet ipſe Ge. cum Fede. conſil. hic allegato, & cum d. Guil. de Monte lau. ſuper extrauag. Ioan. 22. execrabilis, ſ. ꝙ tex. d.c. primi habeat locũ in duobus altarib. ſi dãtur ĩ titulum. Et not. quod tex. d. c. 1. reprobat cõſuetudinẽ habendi duo beneficia ĩ vna eccleſia tãquã corruptelã.
b Officijs perpetuis ] Et facit d. c. primum de cõſue. & not. ibi doctrinam Ge. quæ multum illuminat pro intelligentia eorũ, qui habent manſionarias Venetijs.
c Sed doc. ] Vt Pa. in c. extirpandæ, ĩ. §. qa verò, in repe. & ĩ c. cũ iã dudũ, de pbẽ.
d Licèt Inn. ] forte dictũ Inn. poſſet procedere in caſu neceſſitatis vel vtilitatis eccleſiæ, vnde cum olim poſſet eps diſpenſare, vt c. ſanctorũ. 70. diſ. non videtur ius illud immutatũ p d.c de multa. ꝙ directè non phibet epo diſpẽſare nec ẽt loquitur, qñ imminet diſpẽſatio pp neceſſitatẽ, vel vtilitatẽ eccleſiæ & c. literas. de conceſ. præben. loqtur in plurib. pbendis eiuſdem eccleſię, in qb⁹ eps non diſpenſat, hæc Pa. in d. c de mult, &c.
e Extrauagãs Iulij. 4. ponti. ma. id expedit opinionib. diuerſis. reſectis. P. V.
f Plenè ] gloſ. in d. cap. quia ſæpe, vult, ꝙ debeant ſatisfacere vſq; ad ouũ, & ſic in hoc caſu modicũ eſt conſiderãdũ, ſecundũ Archi. ibi p.c ſi epiſcop⁹. 3. q. 2. Nec obſtat quòd iter coniunctas perſonas non curamus de modico l. omnino. ff. de impen. in re. do. fa. & in c. verũ, de dona. inter vi. & vxor qa illud fit ĩ odiũ delinquẽtiũ & qa talia frequẽtabãtur & ſeqtur Ge. ibi. nec ſufficit cautio, ſm gl. & ſeq. Archi q. vult, ꝙ nõ ſufficeret ẽt plati remiſ. vñ iſta verba ſumentur

amare



vel alia rationabili [a] cauſa hoc faciant, epi & ſuperiores ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſię, & alij ab officijs, & bñficijs, donec ſatisfecerint. Idẽ dic de alijs perſonis eccleſiaſticis, ad quorũ collationẽ, pſentationẽ, ſeu cuſtodiam pertinent dignitates, pſonatus, prioratus, vel eccleſię vacãtes, vt in ca. pręſenti, de offic. ordi lib. 6. Et hæc phibitio loquitur d̃ bonis aliarum eccleſiarum ab his, de quibus ſupra in §. præcedenti, & d. cap. quia ſæpe.

42 Vtrũ fructus [b] bñficiorum poſſint locari? Vide ſupra, alienatio, i prin & §. 8.

43 Quid de diſtributionibus quotidianis? vide j. clericus. 12. §. 3.

44 Quid de [c] iniuſtè poſſidentibus bñficia eccleſiaſtica? ℞. ꝙ reſignare tenenẽ [d] in manu illius, q poteſt accipere reſignationẽ: vel ſi eſſet ĩ articulo mortis, alicui alteri recipiẽti eam nomine illius cui eſt facienda ſm Inn. & ẽt tenetur fructus pceptos reſtituere, de renun. c. poſt tranſlationẽ. §. rurſus. [e] Et dicit Arch. ꝙ ſi aliquis minus canonicè obtinet beneficiũ, ſ. ſimoniacè, vel per fraudem, aut ſurreptionem aliquam, in perpetuum nõ præſcribiẽ. c poſtulaſti, de cle. ex. mi. Verũ ẽ, qđ dicit Ho. ꝙ vitæ neceſſaria ſtrictè poterit retinere de conſilio confeſſoris, ita, ꝙ ſolũ non egeat, & alios fructus in eccleſiæ vtilitatem cõuertat, qa reſtituere tenetur, c. dilecto, de præb. aliter non poteſt abſolui, niſi obtineat diſpenſationẽ ab eo, qui põt. nec in foro animæ tenentur ei ſubditi obedire, vel ſoluere aliquid, qñ ſciunt pro certo, nec poteſt eoſdẽ ſubditos abſoluere, vel ligare; de quo tñ dic & limita, vt infra, Confeſsio. 4. §. 12.

45 Vtrũ filius priuetur bñficio eccleſiaſtico pp crimen lęſæ maieſtatis cõmiſſum a patre? Rñ. gl. ĩ c. ſatis peruerſum. 56. diſt. ꝙ non. Itẽ dicit nec pp crimẽ lęſę maieſtatis diuinæ, vt puta quia hæreticus, vel ſchiſmaticus. c. quicunque, de hære. li. 6. de ſchiſma. c. vnico, li. 6. vbi licet prohibeantur admitti ad beneficia eccleſiaſtica talium filij, tñ non dicitur, ꝙ habitis priuentur, quod not.

BIGAMIA. [f] Eſt [g] triplex ſm gl. eo. titu c. 1. aliàs eſt in 2. c. Prima dr̃ vera. Secũda ſimilitudinaria. Tertia interpretatiua.

1 Quot modis ꝯtrahitur bigamia vera? ℞. ſm Ricar. in 4. diſt. 27. ar. 4. q. 1. & gl. vbi ſupra vno modo, qñ habuit plures legitimas vxores. [h] 26. diſt. acutius, & c. ſeq. Intellige, ſi ambas cognouit; aliàs ſecus, [i] Argu. in c. debitum, de biga.

2 Quot modis ꝯtrahitur bigamia interpretatiua? ℞. ꝙ ſm glo. in d.c. 1. ꝙ duobus modis. Primus, quando cõtraxit cum corrupta. 33. diſt. maritum, & c. à nobis, eodem titu. Intellige, ſi cognouit eam; aliàs non, d. c. debitum. Secundus, quando reddit debitũ vxori adulteræ. 33. diſtin. cap. ſi cuius, & c. ſequen. etiam ſi ad præceptum eccleſiæ redderet ſecundùm communiorẽ opinio. & etiam

amarè in odium delinquentiũ: allegat no. in c. cũ deſideres, & ĩ c. cõtingit, de ſen. excom &c.
a Vel alia rõnabili cauſa ] Et caſu, quo poſſent de pdictis habere illa bona, non intelligitur propterea niſi de ſuperfluis.
b Concil. Trid. ẽt de hoc canit ſeſſ. 25. c. 11. de refor. P. V.
c Neq; id relinqt intactũ con. Tri. ſeſ. 21. c. 1. 25. ca. 5. de reform. 24. c. 17. P. V.
d Reſignare tenẽtur ] Nam qui nõ intrat p oſtiũ fur eſt, & latro, & ita in via ſalutis non eſt, quia debet reſignare, vel petere diſpẽſationem, ſi beneficium eſt diſpenſabile.
e § rurſus ] Ille tex. parum facit. idem, quod hic dicit, tenet Pan. in c. dilecto, hic allegato. Vbi põderat ver. vnde dictũ celerariũ, ꝙ conuictus ſuper nullitate tituli beneficialis compellitur reſtituere omnia, quæ tenet occaſione illius beneficij, & ratio poteſt eſſe, ꝙ licèt quis poſſideat bona fide, tamẽ ex eo, quia ius ſibi reſiſtit, tenetur reſtituere fructus. Ita Bart. in l. ſed & ſi. §. ſcire. ff. de pe. hære. ar. in l. quemadmodum, C. de agri. & cenſi. lib. 11. & l. iubemus, C. de ſac. ſan. ecc. Pro hoc facit, quia qui contra iura mercatur, bonã fidem præſumitur non habere li. 6. Cum igitur iſte poſſideat iure reſiſtente non poteſt facere fructus ſuos.
f Bigamia ] Bigamia dr̃ a bis & gamos, ꝙ ẽ vxor vel mulier, vel nuptiæ, & eſt q̃dam irregularitas, nè bigamus pmoueri poſſit, & aſſignanẽ, quatuor cauſæ ſup gl 26. di. in ſum. prin. a. pp defectũ ſacramenti, qa non eſt ibi ſacramentum vnitatis, cũ carnem ſuam diuiſerit, vt in c. acutius, ea. di. Itẽ pp prærogatiuã ordinũ, vt ea. diſ. c. vna. Item propter ſignũ incontinentię ex eo, ꝙ de vna tranſiuit ad aliam, vt 82. diſ. proſuiſti, quia pſumitur incontinens. Item ex eo, ꝙ non habet frontem hortandi ad caſtitatem, & viduitatẽ, qui coniugia frequẽtauit, vel qui cũ vidua contraxit. d. cap vna. Materia habetur. 24. diſtin. §. quid ergo, vſque ad finem diſt. & 26. diſt. & 72. diſtin. quiſquis, & 28. q. vlti. per totũ. hæc d. Ant. in rubr. eod tit.
g Bigamia phibita, a Con. Tri. ſeſſ. 24. de ſacra. matri. P. V.
h Vxores ] & iſta dicitur bigamia ſtrictè.
i Aliàs ſe. ] De his etiã Gem. in c. 1. eo. titu. lib. 6.

Si

a Si ignorabat] Et meritò, quia hic requiritur ſacramentum, cuius defectũ etiam ignorans pati põt.
b Sponſo] Vel fuit religionem ingreſſus, vel frigidus. Et hoc idem Bona in 4. diſt. 25. in q. circa literã: & meritò, quia carnem ſuam non diuiſit in plures.

ſi ignorabat a eam adulteratã ſm Pan. in c. ſi vir, de adul. allegat de biga. c. 2.

3 Sed nunq̃d accipiẽs virginem, quã non cognouit, & ea mortua, accipit ſecundam virginem, quã cognoſcit, vel a contrario primã cognouit, ſed non ſecundã efficit bigamus? ℞ Mo. tit eodẽ, ꝙ nõ. Similiter ſi ducit mulierem virginem ab aliquo deſponſatã, ſed non cognitam prȩmortuo ſponſo b non eſt bigamus, diſt. 34. c. fin. & d. c. debitum.

4 Quid ſi credebat c virginẽ tempore conſummationis matrimonij, & poſt cognouit corruptã? ℞. ꝙ bigamus eſt. 34. di. c. ſi cuius, cũ c. ſeq. nec excuſat error, vel ignorantia ſecundũ Goffre.

5 Vtrũ deflorans virginẽ, & poſtea accipiens eã vxorẽ ſit bigam⁹? ℞. gl. & Pan. in c. ſanè primo, de cle. cõiug. ꝙ non, & licèt Mo. vbi ſ. dicat, ꝙ celebrior opi. tenet ꝯrariũ, ego credo veriorẽ opin. ꝙ non ſit bigam⁹, d quia licèt autẽ. q̃uo opor. epi. e §. 1. velit, ꝙ vxorẽ habuerit virginem, tñ ſi attendamus ad veritatẽ, quæ opinioni prȩferenda eſt, c. nuper a nobis, de biga. 8. diſt. veritate. 82. di. f quicũque, & qui fi. ſint le. per tuas. C. plus vale. qđ agi. l. 1. 2. & 3. nõ diuiſit carnem ſuã. Nec ob. ꝙ opi. p̃feratur veritati, de ſponſa. iuuenis. g 3. q. 7. §. tria, ff. de offi. p̃tor. l. Barbarius. C. de teſta. l. 1. 22. q. 2. hoĩes. ff. ad Maced. l. 3. & in d. c. nuper a nobis, quia rñdet Inn. in d. c. nuper, ꝙ ſponſalia caſualia ſunt. h Prȩfertur. n. aliquãdo opi. veritati fauore contrahentium, & odio decipientiũ, i vt d. l. 3. ff. ad Maced. vel fauore prolis. k c. cum inter, qui fi. ſint le. aut teſtamẽtorum, l d. l. 1. vel aliqua cõmunis opi. præfertur veritati. d. l. Barbarius, & in d. c. nuper a nobis, vbi factũ attendit, m quòd non excedit caſum ſuum.

6 Quid ſi vnã vxorem habuit, & cognouit ante baptiſmũ, & aliã poſt? ℞ ꝙ bigam⁹ eſt 28. q. vlt. c. oportet, & c. acutius, n licèt Io. ꝯrariũ dixerit, & malè. o

7 Quot modis ꝯtrahitur bigamia ſimilitudinaria? ℞. ꝙ 4. modis. Primus, cũ quis ꝯtrahit cum deo ꝑ votum ſolenne, poſtea contrahit matrimonium de facto. 27. q. 1. quotquot, & de bigamis. c. a nobis. Secundus, quando quis diuerſis temporibus habuit plures vxores, vnam de iure, alteram

c Credebat] q̃a lex promotionis factum requirit, non animum, ca. fi. eõ. tit.
d Quòd non ſit bigamus] Et iſta eſt cõmunis ſententia, tenet namque eam primo Io. And. in c. vnico, de cle. coniuga. in 6. Pa. in d. c. ſanè, vbi dicit, ꝙ hæc opi. cõmuniter tenetur. ſentit gl. in d. c. qualis. 30. q. 5. & in cap. Innotuit, de elect. d. Ant. in d. c. debitum, eo. ti. Rai. Tho. & Pet. vt refert ſupplemẽtũ. Et facit c. tanta, qui fi. ſint legi. Nam fauore matrimonij fingitur matrimonium à principio fuiſſe contractũ, & ſic eſt conformitas, & vnitas inter iſtos. facit etiam, quia hæc irregularitas eſt de iure poſitiuo, & contrahitur ſine peccato; ideo cum ſit odioſa, reſtringitur, &c. ſecundũ Inno. in c. ad audientiam de homi. &c. nec obſtat d. ca. qualis, ibi, virgo caſta &c. quia intelligitur, nè ab alio ſit corrupta, &c. Quare autem bigamus vel corruptæ maritus non poſſit promoueri ad clericatum, vide ſupra bapti. 7. §. 3. & Pan. in c. ſanè, primo de cler. coniug. qui dicit, ꝙ ex quo cleric⁹ debet eſſe miniſter Chriſti, ideſt ſacramenti, ideo indecens eſt illum promoueri, qui patitur aliquem defectum in aliquo ſacramento, ſicut patitur ille, qui dimiſit carnem ſuam in plures, vel habuit corruptam. Nam matrimonium eſt maximum ſacramentum in eccleſia, vt in c. debitum, eo. tit. Et coniunctio carnis deſignat conformitatem, quæ eſt inter Chriſtum & eccleſiam militantem per carnis aſſumptionem, vnde ſicut caro vnica & pura, ita vnicum debet eſſe matrimonium, & purum ad hoc, vt eccleſia poſſit illam vnitatem præfigurare. Et no. ꝙ præponderatur bigamia potius, quãdo mulier ẽ corrupta, quã quando vir, q̃a actus ꝯhendi matrimoniũ nõ cadit ſup ſeipſum, ſed ſup aliũ, vnde ſi mulier eſſet ordinis ſuſceptiua recipiẽdo corruptũ, efficeretũ bigama. ſed quia vir eſt ordinis ſuſceptibilis, igitur &c. Alij aliter dicũt, vt per d. Ant. in d. c. debitum.
e Q̃uo op. epi.] Dixit aut. vxorẽ quidẽ habens ex virginit. hæc ĩ.
f 81 di.] vide d. Ant. in c. nuper, de big. q̃ ſtetur opi. quia opi. p̃ferenda.
g Iuuenis] vbi ille cognouit, vel cognoſcere tẽtauit puellã nondũ ſeptẽnẽ, quã duxerat, licèt non potuit explere, qđ volebat, inducit publicã eccleſiæ honeſtatẽ. Et ſic opi. præfertur veritati ꝑꝑ honeſtatem.
h Cãſalia ſunt], i. ſponſalia.
i Et odio decipientium] ibi. n. habebatur & tenebatur filiusfa. pro patre fam. & ĩõ ceſſare dẽt ſenatuſcõſultũ, nè decipiãt ꝯhẽtes.
k Vel fauore ꝓlis] Vt hẽant tanq̃ legitimi, licèt ſit factũ diuortiũ quoad ſucceſſionẽ.
l Aut teſtamentorum] Vbi ſufficit, ꝙ tempore teſtamenti omnes teſtes haberentur pro liberis.
m Vbi factum at.] quia contrahere voluit, licèt modum non tenuerit.
n C. acuti⁹] Idẽ, ſi habuit duas añ bap. q̃a hæc irregularitas nõ tollitur ꝑ baptiſ. vt ſ. baptiſmus, 7. §. 3.
o Et malè] Adde ſupple, eod. titu. § quinto. vbi addit,



addit, ꝙ ſi quis ante baptiſ. dimiſit vxorem ꝑꝑ fornicationem. & poſtea recepit ꝙ eſt bigamus, & per baptiſ. nõ tollitur hæc irregularitas ſecũdũ Th. in 4. diſt. 27.

de facto, & cognouit ambas d. c. nuper. Tertius, ſi ſimul duas habuit vxores, vnam de iure, alterã de facto. vel ambas de facto, & cognouit ambas. d. ca. nup. Quart⁹ a mod⁹, ſi exiſtẽs in ſacris cõtrahit vt ĩ d. c. nup.

8 Sed quis diſpenſare poteſt cum bigamis verè? Rñ. ꝙ quidã dixerunt, ꝙ nemo p̃t. tu dic cum Ric. vbi ſupra ꝙ papa ſol⁹ poteſt. 34. di. lector, in gl. vbi Lucius diſpenſauit cum Pa. Archiepiſcopo qui fuit bigamus. Alius inferior nõ p̃t. etiam in minoribus. no. in c. vnico, b de biga. li. 6. Idem de bigamis interpretatiuè, q̃a ſic in ipſis eſt defectus ſacramenti, ſicut in bigamis verè c ſm gl. ĩ d. c. 1. de big.

9 Nunquid in bigamis ſimilitudinariè poſſit eps diſpenſare? Reſ. ſm Pa. in d. c. de diacono, & c. ſe. qui cle. vel vo. ꝙ ſi clericus in ſacris contraxit cũ corrupta, ſolus papa diſpenſabit. d. c. nuper. Si verò clericus de iure contraxit cum vna, puta ante, quàm eſſet in ſacris, & de facto cum altera ſcilicet poſt ordinationẽ, & ambas cognouit, ſol⁹ papa poterit diſpẽſare. d. c. nup. Et ſimiliter in non clericis qui iſto modo bigamiã contraxerint. Quidã voluerũt reſtringere hoc verum, ſi ſciẽs impedimentũ accepit de facto eam, ſecus, ſi ignorabat, tamẽ cõiter tenetur, ꝙ ſiue ſciens, ſiue ignorans de impedimento ſecũdã acceperit, & cognouerit, q̃a tex. ad animũ cũ opere ſecuto attendit, q̃a ſic in ipſis eſt defectus ſacramenti, ſicut in bigamis verè ſm gl. in d. c. 1. & in d. c. nuper, ſecundũ Gem. in c. vnico de big. li. 6. Si verò exiſtens in ſacris, quãuis cõtraxerit cũ virgine, nec aliã habuerit vxorẽ ante in laicali habitu, vel in minoribus, poterit eps diſpenſare, vt miniſtret, tex. eſt ĩ c. diuerſis, de cle. coniu. & in c. 1. qui cle. vel vo. cũ gl. ibid. & etiam vt promoueatur ad vlteriora c. ſanè, de cle. coniug. & ad. d. c. nup. quod videtur contra, dicit ꝙ intelligit de eo, qui ante ſacros ordines aliã habuit, & poſt in ſacris aliã accepit, Ad. c. verò. 2. q. cle. vel vo. dicit, ꝙ loquitur in illo, quẽ non pȩnitet verè, d vel eſt ſuſpicio de recidiuo, ꝙ tũc niſi ingrediatur religionẽ, non poteſt. Similiter quãdo imminet ſcãdalum, e vt in d. c. nuper.

10 Vtrum bigamus f bigamia vera ſecundũ primum modũ ſit priuatus priuilegio clericali? Reſ. ꝙ nõ, ſed ſolũ illi, q̃ ſunt in minorib⁹ ordinibus ſed q̃ ſunt in ſacris, bñ gaudẽt ſm Ge. ĩ c. vnico, de biga. Rõ ſm eum q̃a ille, q̃ eſt in minorib. taliter cõtrahẽdo põt viuere & debet vt laic⁹. ille verò q̃ ẽ in ſacris, nõ põt redire ad ſœculũ, vt no. de apoſta. c. tuę, in gl. fi. ſm Io. de Fã. & ideò licèt ſit priuat⁹ habilitate ordinũ non tñ priuilegio clericali. Similiter religioſus religionis approbatæ gaudet, ita, ꝙ tales pcutiens eſſet excõicatus, q̃a licèt tex. priuet eũ priuilegio clericali, non tamen priuilegio monachali, g vel religionis, & tex. in d. c. vnico reſtringitur, vt loquatur de exiſtentibus in minoribus ordinibus, & non de monachis, vel exiſtẽti-

a Quartus] Iſte vltim⁹ caſus differt a primo, q̃a ille intelligitur de religioſo, iſte autem de iã exiſtente in ſacris.
b C. vnico] Ibi hoc not. Gemin. prius Ioan. And. & Io. And. in ca. 2. e. ti. ſuper glo. magna.
c Bigamis verè] Th. in 4. di. 27. q. 9. ſic ait bigamiæ non eſt adiuncta irregularitas de iure naturali, ſed de iure poſitiuo, nec verum eſt de eſſentialibus ordinis, quod aliàs non ſit bigamus. qđ patet, quia ſi bigam⁹ accedat ad ordines characterem ſuſcipit. & ideo papa poteſt diſpenſare in tali irregularitate, nec obſtat c. nuper, eo. q̃a ibi oſtenditur, ꝙ eſt eadẽ difficultas diſpenſandi in illis, qui de facto cũ pluribus contraxerunt, ſicut ſi dẽ iure cõtraxiſſent, non quòd ſubtrahatur poteſtas diſpenſandi, quod etiam obijcitur, ꝙ papa non poteſt diſpenſare contra apoſtolum, qui inhibet talẽ ordinari, quia verum eſt quò ad ea, quæ ſunt de iure naturali, & quantum ad ea, quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum, & fidei, ſed in his, q̃ ſunt de inſtitutione apoſtolorum cum eccleſia habeat nũc eãdem poteſtatẽ inſtituendi, & deſtituendi, poteſt, d. Ant. de But. in c. ſuper eo, eodẽ titu. ponit quatuor op. tandem concludit, ꝙ per epiſcopum non poteſt fieri iſta diſpenſatio &c. ſecus per papam & vide cũ. ſeq. videtur aliter dicere in 4. diſt. 33. & in fi. dicit, quòd non ſine magna cauſa papa debet diſpenſare.
d Quę non pœnitet verè] Et ex hoc patet, quia expectauit compulſionem epi.
e Scãdalũ] Idem ſi timetur, quod multas caſſantibus, locus ſit executio. vt ca. 1. de poſt. præla.
f Bigami ad minorum ordinum miniſteria ſi idonei, conc. Tridẽ. ſeſſ. 23. capit. 17. Petrus Vendr.
g Non tamẽ priuilegio monachali] Et conſequenter habebit priuilegium canonis, quod competit monacho ſi enim monachus eſt, ergo priuilegio monachali gaudere debet. & placet iſta op. q̃a pœnæ reſtringendæ ſunt &c. vide tamen Ioã. An. in regula, de lictum, in Merc.

bus

bus in ſacris. & hæc verior
eſt opi.quã ſequũtur Arch.
gl.in c.quiſquis.84.di.Gui.
Gar.Io.mo. & Io. Cal.in c.
1.e.ti.li.6. licèt Bonagratia
in c.de bigamis.e.ti.teneat,
ꝙ ſacerdos, q contraxit cũ
vidua,vel duo matrimonia
ſucceſſiuè, & poſtea com-
miſit homicidiũ,poterit pu
niri ꝑ iudicẽ ſœcularem ꝑ
d.c vnicum.

11 Vtrũ bigamus interpre
tatiuè ſimiliter ſit priuatus
omni priuilegio,ſicut biga
mus verè?Rñ.Ge.vbi ſupra
ꝙ ſic.Idẽ tenet gl. in d.c.v-
nico.Nec obſt.ꝙ in ſe.§.di
cã, de caſu vero ad caſũ fi-
ctũ, qa in iſto interpretati-
uo idẽ eſt quoad omnẽ mo
dũ,ſicut in vero, qa ſic eſt
in eis defect⁹ ſacramẽti, ſi-
cut in veris bigamis,vt no.
gl.in c.1. de big. & patet in
c.debitũ,e.ti.vbi dixit, ꝙ di
uiſit carnem ſuam.facit ẽt.
d.c.quiſquis,84. diſt.

12 Vtrũ ſimilitudinariè bi-
gamus ſit priuatus ſimiliter
priuilegio clericali?Rſpon.
Gem.vbi ſ.ꝙ non, niſi quò
ad executionẽ ordinum. &
ex hoc infert idẽ Ge.ꝙ con
ſtitutio pœnalis non extẽdi
tur de caſu vero ad caſũ fi-
ctũ, qñ caſus fictus non fin
gitᷣ idẽ eſſe quò ad omnem
effectũ,quẽ hẽt caſus verus
ſicut ẽ in ꝓpoſito, vt patet
in c.nuꝑ a nobis, [a] de big.
Intellige ergotex.d.c.vnici
de bigamo vero & interꝑ-
tatiuo,& q non eſt in ſacris
vel religioſus,q ẽ nudatus
omni priuilegio clericali,
& aſtrictus ſœculari foro,
& ei ſub excommunicatio-
nis pęna præcipitur,vt non
deferat tonſuram, vel habi
tum clericalẽ.d.c.vnico. &
ſi portat,peccat mortaliter
vt infra lex.§.3.

BISSEXTVS [b] dicitur
qa ꝑ duos dies ſtamus
ſuꝑ ſexto Kal.Martij.& no.
ꝙ vigilia S.Matthiæ ſemper
dẽt eſſe die immediatè præ
cedenti feſto eiuſdẽ,niſi ve
niret feſtum die Lunę,quia
tũc fieret die ſabbati.Et ſm
conſuetudinẽ Romanæ ec-
cleſiæ tꝑe biſſexti ſecunda
die fit feſtũ S.Matthiæ.hæc
notãt in c.q̃ſiuit, de ver.ſi.

1 Vtrũ ſuſpenſus ꝑ annũ
poſſit celebrare tꝑe biſſex
ti vlti. die anni biſſextilis?
Reſ.gl.in d.c.q̃ſiuit ꝙ ſic, ſi
cut libertas ꝓmiſſa ſeruiẽti
ꝑ annũ acquiritur, ſi ſeruit.
365.dieb.ff.de ſta.li.l.cũ hę
res.§.Stich⁹,ſi hæredi meo.

BLASPHEMIA [c] im
portare videtur quãdã
derogationẽ excellentis bo
nitatis alicuius & præcipuè
diuinæ. Quicunque ergo
negat aliquid de Deo, qđ
ſibi conuenit, vel aſſerit ali
quid de eo,quod ei non cõ
uenit, diuinę derogat boni
tati, qui Deus eſt ipſa boni
tatis eſſentia ſecũdũ Dio.đ
di.no.Quod quidẽ contin
gere p̃t vel ſecundũ intelle
ctũ tm̃, [d] vel ſecundũ intel-
lectũ,& affectũ.& vtroq; modo hmõi dero-
gatio,ſi ſit tm̃ in corde eſt,blaſphemia cor
dis.Si verò in ore,eſt blaſphemia oris,quæ
blaſphemia oris opponiᷣ confeſſioni fidei
& charitati diuinæ,& ſic ex gñe ſuo ẽ pctm̃
mortale ſẽꝑ, niſi qs aliqñ ex ſurreptione ĩ
verba blaſphemiæ ꝓrũperet, ita ꝙ hoc qđ
diceret,ñ aduerteret,qa tũc ſolũ venialiter
peccaret, [e] nec haberet ꝓpriè rationem bla
ſphemiæ. hæc ex Alc.2.2.ti.de blaſphemia
& Tho.2.2.q.13.ar.1.& 2. Quot ſunt ſpẽs
blaſph.Rñ.ſm Amb.ſunt duę.Prima eſt,cũ
Deo attribuiᷣ, qđ ei non cõuenit. [f] ſecũda,
cũ ab eo remouetur quod ei cõuenit. [g] ad
de tertiã ſm Th.vbi ſ.cũ creaturæ attribui
tur

[a] C.Nuper a no
bis] Quia in rei
veritate non eſt
bigamus,ex quo
contraxit de fa-
cto, & ſic matri-
monium non te
nuit, tñ iudica-
tur bigamus,ſed
ille,q cũ alia cõ-
traxit poſt votũ
ſolenne, non vi-
detur carnẽ ſuã
diuiſiſſe.

[b] Biſſextus] Tu
verò dic clarius
quod aut termi-
nus ſtatuitur per
numerum dierũ,
puta ꝙ ſeruiat,
vel ſtet ſuſpẽſus
per 40. dies, &
tunc ſimpliciter
duo dies non cõ
putabuntur pro
vno, & ſi termi-
nus ſtatuitur per
numerũ annorũ,
vel mẽſium.Et ſi
ſumus in fauora
bilibus, tũc duo
dies cõputabun
tur,ꝓ vno, vnde
ſi datur indulgẽ
tia triũ annorũ,
oẽs dies erunt in
cluſi,ſecus in o-
dioſis, puta qđ
ſtet in carcere ꝑ
tres annos tunc
annus biſſexti e-
rit, vel intellige
tur ſolũ de 365.
diebus.Adde bo.
glo.in c.ſi pp,de
reſcri.lib.6.& in
l.ij.ff.de diuer.&
tẽpora.præſec.&
ibi Bar.& Bar.in
l.cũ biſſextus,ff.
de ver.ſi Abb.in
c.quærẽti,de of-
ficio deleg. circa
prin.& vide glo.
in l.3.§. minorẽ,
in ver. biſſexto,
ff.de mino. & ibi
Bar.& gl ĩ c. nul
lus.65. diſ.

[c] Catec.in pręc.
Non aſſumes no
men dei in va.c.
1.& vlt. P. V.

[d] Secundũ intel
lectum tm̃]Puta
quia ĩtelligit ex
ſe Deũ eſſe mor-
talẽ,vel non eſſe
potentẽ, vel affe
ctu etiã,quia vel
let eſſe morta-
lem &c.

[e] Venialiter pec
caret] hoc puto
verum, niſi hoc
ei frequenter ac
cideret ex lata
culpa eius nõ cu
rando adhibere
remediũ. lata.n.
culpa æquipara-
tur dolo.ff.depo
ſi l.ꝙ nerua,& in
c. vt animarũ,de
conſt.li.6.Et no.
quòd a mortali
nõ excuſatur bla
ſphemus,ſi nõ re
cto animo mo-
ueatur licèt igno
ret ſua verba im
portare blaſphe
miã. nam vt dici
tur.1. Corin.14.
ignorans ignora
bitur, & ſtultus
in culpa ſapiens
erit in pœna. 38.
di. qui ea.

[f] Quod ei non
conuenit]vt ſiqs
attribuit ei cor-
p⁹, &c. vel quod
ſit mortalis.

[g] Quod ei con-
uenit] Cum re-
mouetur ab eo
potentia, vel ſa-
pientia.



tur, quòd conuenit creato
ri ſoli. [a] Sed propriè loquẽ
do nõ ſũt diuerſæ ſpẽs, qa
negatio, & affirmatio non
diuerſificãt habit⁹ ſpeciẽ. [b]
qa per eandem ſententiam
innoteſcit falſitas affirma-
tionum, & negationum.

2 Vtrũ pctm̃ blaſphemiæ
ſit remiſſibile?Rñ.ꝙ ſi bla-
ſphemia ſit ex coactione, [c]
vel đceptiõe, [d] vel infirmi-
tate. [e] ſic hẽt cãm annexã ꝓ
uocatiuã diuinę miſericor
diæ ad remiſſionẽ. & ſic in
tellige illud Mat.12.oẽ pec
catũ,& blaſphemia.ſ.ex in
firmitate, vel coactione re
mittiᷣ.ſi aũt blaſphemiã cõ
comitaᷣ certa malitia,tunc
dᷣ irremiſſibilis,ñ qa ñ poſ
ſit remitti,ſed qa nõ hẽt ſe
cũ cãm motiuã ad remiſſio
nẽ,& ſic ĩtellige illud Mat.
12.ſpũs blaſphemiæ.ſ. illa-
tæ ex certa malitia ñ remit
tiᷣ.i.vix,ſiue difficulter re-
mittiᷣ, qa ñ hẽt excuſatio.

3 Blaſphemia [f] verò ſan-
ctorũ cõſeqñr redundat in
deũ dũ vel illis attribuũt ꝙ
de⁹ ex ſua grã đclarauit nol
le ĩ eis eſſe, [g] vel remouẽt,
qđ declarauit in eis eſſe, [h]
& eodem mõ eſt peccatũ [l],
ſicut blaſphemia dei.

4 Vtrũ blaſphemãs poſſit
abſolui a ꝓprio ſacerdote?
Rñ.Pa.ĩ c.ſtatuim⁹,đ male.
ꝙ nõ publicè blaſphemãs,
ſed ab epo.facit gl.ĩ c.2.de
pę.& re.li.6.ſec⁹,ſi occultè
qa ſm Hoſ.tũc ñ ꝑtinet ad
epm.ego verò ĩtelligo,ꝙ ẽ
caſus epi, qñ blaſphemia ẽ
publica nõ ſimpliciter, ſed
qñ pp publicitatẽ defertur
ad epm. Vnde dicit Gof.&
Ho.ꝙ q̃ dñr ĩ d.c.ſtatuim⁹,
đ pęna tẽporali, vel pecu-
niaria,intelligũᷣ ſedẽte iu-
dice ꝓ tribunali [i] ĩ iudicio
ãt animæ p̃sbyter diſcret⁹
moliẽdo rigorẽ diſpenſare
poterit rigorem ex cã circa
pœnã [k] ſpũal ẽ ſuperiorem.
26.q.7.pœniten.hæc Hoſt.

5 Sed qñ dᷣ publica?Rñ.
Pa.& Ho.in d.c. ſtatuim⁹.
ꝙ publica dᷣ, qñ ẽ notoria
iuris,puta cõuictus, vel cõ
feſſ⁹ in iudicio vel notoria
facti,puta qa publicè pluri
b⁹ aſtãtib.blaſphemiã intu-
lit facit c.ſi.de coha. cle.&
mul.& breuiter [l] qñ ꝓbari
p̃t,& ad epm deferᷣ,dᷣ pu-
blica,ar.l.palã,ff. de ver.ſi.

6 Quid ſi calore iracũdię
vel ebrietatis quis blaſphe
mat?Reſ.Pa.in d.c.ſtatuim⁹
doc.cõiter recitãt dictũ ab
batis dicẽtis,ꝙ licèt peccet
grauiter,tñ nõ punieᷣ pęna
d.c.ſtatuim⁹,qa neſcit quo
dãmõ qd facit, [m] ſicut nec
cõfeſſio ſic facta p̃iudicat,
vt no gl.ĩ c.ex lr̃is,đ diu.&
pl; Pa.in ebrio,ar.l.oẽ đbi
tũ.§.q ſe vulnerauerit,ff.đ
re mi.ſed ĩ acceſſo calorᷣ irę
dicit fortè ñ ꝓcedere, niſi
calor eẽt ex iuſta cã ꝓuoca
t⁹,ar.l.ſi adulteriũ.§.ĩpera-
torſ.ff.đ adul.ſec⁹ qñ ex ĩiu
ſta cã,puta qa ĩ ludo amiſit
ar.c.inebriabũt.15.q.1.Sed
ego dico, ꝙ tã ex ebrietate
q̃ ex ira blaſphemãs ñ excu
ſaᷣ a mortali,ſi aduertit, [n]
ꝙ dicit & ſignationem ver
borũ,vt p; ex p̃dictis [o] quò
verò ad pœ.d.c. ſtatuimus
credo oĩno excuſari pp ver
bũ in eo poſitũ,ſ. p̃ſupſerit
relaxare.ſed quò ad aliã pę
nã ex̃ordinariã bñ attẽden
dũ ẽ an fuerit ĩ culpa ebrie.
vel irę,vt maior ĩponaᷣ. &
ſi ñ fuit ĩ culpa minor deᷣ.

7 Quæ ẽ pęna præfati ca
pit.ſtatuimus? [p] Reſ.quòd

[a] Creatori ſoli]
Vt remitteᷣ pec-
cata.Matt.9.&c.

[b] Habitus ſpe-
ciem] vt homo,
& nõ homo, iſta
ſentẽtia facit in-
telligere,vtrum
iſta ſit falſa, vel
vera, homo eſt,
vel non eſt.

[c] Ex coactione]
conditionata.

[d] Vel deceptio-
ne]quia fortè vi
detur nõ eẽ pec-
catum.

[e] Vel infirmita
te] ſ.fragilitate.

[f] Catech.in præ
cep.præcita.cap.
vltim. P. V.

[g] Nolle in eis
eſſe]ſ. ipſos pec-
catores, vel in
inferno eſſe.

[h] In eis eſſe]Sci
licet ſãctitatem,
fęlicitatem.

[i] Pro tribuna-
li] i.dum iudex
temporaliter, ſe
det publicè ad
condemnãdum,
& ſic in foro cõ-
tentioſo

[k] Circa pœnã]
Puta,quia eſt no
bilis, quem non
decet publicè pę
nitere. facit.c.1.
de voto,& c.mu
lieres,de ſen ex.
& de pœni. di.1.
medicinã, licèt
aliàs iſta pœna
ſit indiſpenſabi-
lis, quia ſubdit
tex.nullã in hoc
miſericordiã ha
biturus. Pęniten
tiæ namque ho-
die ſunt arbitra
rię, c.Deus,qui.
de pę.& re.

[l] Et breuiter]
Ro.confeſſio pri
mo in principio
tenet contra ſed
tu dic. cõcordan
do, quod quãdo
blaſphemia ẽ ita
publica,qđ nul-
la poteſt tergi-
uerſatione cela-
ri, non eſt neceſ-
ſarium, quod ad
epiſcopum defe
ratur,ſecus ſi ſo-
lùm coram ali-
quibus tantùm.
Et ſic opiniones
erunt cõcordes.

[m] Quid facit]
dicit Ho.in ſum.
de maled.§.qua
liter 2.col. verſi.
hoc autem intel
ligas, quod non
excuſatur,niſi eſ
ſet talis calor i-
racundiæ,qui de
mentiæ æquipa-
raretur. dicit ẽt
gl.ĩ l.2.C. de re.
cre.in verſi. pla-
cet, quòd calor
iracundiæ excu-
ſat a periurio.
Idẽ gl.in l.ſi duo
patroni.§.ſi ff. đ
iureiurand. vide
Tho. ſecunda ſe-
cũdæ.q.98.art.3.

[n] Si aduertit]
imo fortè & ſi ñ
aduertit, quãdo
dabat operã rei
illicitæ,ar. 15.q.
1. inebriauerũt.

[o] Vt patet ex di
ctis] vide c.ſicut
ex literis.de iure
iur.& ibi Pa.& q̃
notaui infra iura
mentum.5.§.8.

[p] Præfati.ca.ſta
tuimus] No.qđ
præcipit, Papa
ibi, quod iſtud
cap.habeatur in-
ter alia ſtatuta
communicatũ, ſ.
vt null⁹ ignoret
& ꝙ poſſint pu-
niri tales,& pœ-
na pecuniaria ex
acta a laico bla-
ſphemante appli
cabitur iudici ſę
culari. A clerico
verò iudici eccle
ſiaſtico, hæc Pa-
nor.in d.c.ſtatui
mus.& ſic patet,
qđ blaſphemia
eſt mixti fori,nã
laicus etiam po
terit puniri a iu-
dice eccleſiaſtic.

ſeptē dominicis [a] ſtet præ foribus eccleſiæ, dũ aguntur miſſarum ſolēnia,& vltimo die ſine pallio,& calciamentis,&ligatus corrigia in collo. Itē in 7. ſextis ferijs præfatarũ dñicarũ ieiunet ĩ pane & aqua,& nõ intret eccleſiam. Item ꝙ in quolibet præfatorũ dierũ tres,ſi poterit,vel duos,aut ſaltem vnum pauperum reficiat,& ſi nõ poteſt,in aliã pœnam commutetur. Itē ſi eſt diues. 40.ſolidos ſoluat,vl' 30.vel 20. vel ſaltē. v. vſualis monetæ [b] quam pœnitentiam ſi noluerit facere,[c]interdicatur ei ĩgreſſus eccleſię,& in obitu careat eccleſiaſtica ſepultur.

CAbella, vide infra pedagium, & talia, quia pro eodem accipiuntur, vel quaſi.

CAlix nõ debet eſſe [d] de ęre, aut auricalcho, aut cupro, nec de ligno, nec de vitro, nec de criſtallo, vel lapide, de conſe.di. 1. vaſa,&.c.ſe. ſed debet eſſe de auro, vel argento, aut ſtagno. [e] ca.calix, de conſe.diſt. 1.

1 Quis poteſt conſecrare calicē,& patenã, Car.in Cle.attendentes,de ſta.re. videtur ſentire, ꝙ eṕs, & ēt abbates,qui vtuntur inſignijs põtificalibus,qñ hñt ex conſuetudine,qa iſta sũt potius dignitatis,q̃ ordinis ſed Ge.in c.abbates,de priuile.li.6.dicit, ꝙ licèt hæc gl.ſit ꝓ ipſis abbatib. tñ debent abſtinere propter vnctionē,q̃ fit in eius conſec. c. vnico de ſacra vnct.

c Craſſa]Hic no. ꝙ cõfeſſor ſi ſciret pctm̃ cõfitentis, qđ non dicit tenetur ei reducère ad memoriã q̃a timere poteſt nè cõfitens ſuper hoc hẽat craſſam ignorantiã,vel ꝙ non habeat debitã diligẽtiã ad recolendũ ſua peccata,vt in ſu.confe.lib.3.tit.34.q. 95.vbi hæc not.

non ꝑt facere,abſoluat pœnitentẽ inq̃tũ ſua,autoritas ſe extẽdit,& ĩponat ei, ꝙ ꝯſulat ꝑitos & deliberet facere,q̃cq̃d faciendũ ei fuerit declaratũ, & ſufficit, & ꝓ hoc facit in ar. c.ſi q̃s poſitus,& c.nullus,de pę. di. 7.vbi q̃uis đ tali dubitetur tñ abſolutio non negat̃, de qua aũt culpa [a] teneatur cõfeſſor,vide j̃.culpa.§. 5.

5 Tertiò dẽt hr̃e charitatẽ erga pęnitẽtẽ,vt eũ ĩterroget & inſtruat,đ pę.di.5. c.1.An aũt de neceſſitate teneat̃ facere ĩterrogatones, & q̃ũo,vide j̃.interrogationes in prin. & per totum.

6 Quartò dẽt hr̃e pietatẽ incõpatiẽdo pcõri benignè cũ ꝯſclãdo ĩfundẽdo vinũ, & oleũ,vt dr̃ d.c.oïs, vt potı⁹ velit ſaluũ ĩ purgatorio, q̃ nimiã pñiam ĩponẽdo deſꝑatũ ĩ inferno, nec exigat iuramẽtũ, vel ꝓmiſſionẽ a pęnitẽte, niſi in caſib. ĩ q̃b. ius ita vult,ẽt ſi videat,ꝙ ñ implebit; q̃ ſibi imponet.

7 Sed pone,ꝙ p̃sbyter parochialis hẽat aliquos parochianos ſurdos,mutos,vel furioſos,& hmõi?Rñ.ꝙ dẽt facere poſſe ſuũ, vt ĩducat eos ad ꝯtritionẽ,& pñiam, ſ̃m ꝙ eſt poſſibile,ſ.ſignis, aut nutib.& hmõi,& ſi ñ ꝑt ꝑficere,oret deũ ꝓ ipſis, & faciat orare populũ,vt dñs eos illuſtret, & cũ nihil omiſerit đ ꝯtingentib. ñ ĩputabit̃ ei,facit de conſ. di.4. ſolet q̃ri,& 43.di. Epheſis.

8 Quid ſi æger petat p̃sbyterũ,& anteq̃ adiũgat,ꝑdit loq̃lã, [b] vel efficit̃ furioſus?Reſ.ꝙ vel ad nutũ infirmi,vel ad teſtimoniũ eorũ,q̃ ipm̃ audierũt petere pñiam,vel p̃sbyterũ,dẽt ei, q̃cq̃d ꝑt humanitatis ĩpendere abſoluendo, vel reconciliãdo,& ſi ꝑt ſine periculo,ori eius euchariſtiã infundendo, & ſufficit vnus teſtis in hoc,cum nulli fiat præiudicium.

9 Vtrũ adiudicatus morti petẽdo pñiam ſit abſoluendus?Reſ.ꝙ ſic, & debent compelli officiales,vt hoc permittant, & cogi eccleſiaſtica cẽſura,Cle,cũ ſ̃m,đ pę. & re.

10 Quid ſi ſacerdos ſcit ĩpedimẽtũ ĩ mr̃imonio alicui⁹ ſui parochialis,& hmõi?℞. ſ̃m Mo.ti.pnĩa.7.ꝙ ſi ꝑt ꝓbari,tenet̃ ſibi reuelare,q̃a cũ ſit eius p̃latus, tenet̃ ad illud ꝑceptũ,Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus,&c.Si aũt ꝓbari ñ ꝑt, licèt ſciat,ñ tenet̃ ei dicere,niſi credat, ꝙ laboret ignorãtia craſſa [c] & ſupina,q̃ eũ ñ excuſet,vel qñ probabiliter credit,qđ parati erũt acq̃eſcere ꝯſilio bonorũ ſuꝑ hoc,ĩ his duob.caſib. tenet̃ ei reuelare,aĩs ñ imò credo, ꝙ grauiter peccar̃t alr̃ r̃uelãdo, q̃a eẽt occaſio pcĩ.

11 Quintò debet habere poteſtatem abſoluendi, ſecundũ quòd ſupra dictum eſt.

12 Sed đ ꝯfeſſorib.illis, q̃ vel đ iure ñ tenẽt bñficiũ,vel ſũt intruſi aut excõicati, vł ñ hñt lñiam audiẽdi,& hmõi?Rñ.ꝙ q̃tũ ẽ ex ꝑte taliũ ſacerdotũ,đcipiũt aïas,cũ non poſſint nec ligare,nec ſoluere,đ pro.c.null⁹,ſed quò ad ꝯfitẽtes diſtinguẽdũ ẽ, ꝙ aut hñt iuſtã cãm ignorãtiæ & ſic ſũt abſoluti quò ad deũ,q̃diu talis ignorãtia durat,ſed ſi poſtea hoc ſciãt,ſ̃m Inn.tenẽt̃ ꝯfiteri iterũ ſacerdoti legitimo,q̃ eos poſſit abſoluere,ar.d.c.oïs,& đ pẽ.ñ bap.c.veniẽs, diſtinguo tñ hic ſ̃m Pe.đ Pal.in 4.di.17.ꝙ ſi impedimẽtũ ẽ iuris diuini,puta q̃a ñ ẽ baptizat⁹,vel ñ ẽ ordinat⁹, ſic licèt quò ad Deũ ſit abſolut⁹ ꝯfeſſus tali, q̃diu ignorãtia durat,tñ cũ ſcit,tenet̃ iterũ ꝯfiteri legitimo ꝯfeſſori,nec Papa poſſet diſponere đ ꝯ̃rio.ſi verò impedimẽtũ ẽ iuris poſitiui, tũc aut talis,cũ quo ẽ ꝯfeſſus,hẽbat̃ cõiter ꝓ p̃lato puta q̃a erat ĩ poſſeſſione, & ꝯfirmat⁹ ꝑ ſuꝑiorẽ,licèt ñ ltĩmè obtinuerit bñficiũ, & ꝯfeſſ⁹ ẽ q̃s tali tãq̃ ſuo p̃lato,q̃a ſic reputabatur cõiter,& ſic ipſe credebat ex ignorãtia facti,& tali ꝯfeſſ⁹ ñ tenet̃ iterare ꝯfeſſionẽ licèt poſtea ſciat ñ fuiſſe ltĩe poſitũ,ſi verò ex ignorãtia iuris hoc ꝓuenit,vt puta,q̃a vidit eũ verberare clericũ, ſed ñ putabat excõicatũ,& hmõi,ſic tenet̃ ſ̃m eũdẽ Pet.reiterare,& ita tenẽt do.& gl.vl.in c.nihil,de ele.& ita ẽ verũ đ iure antiquo, ſed hodie dic,ꝙ ꝯfeſſ⁹ ſciẽter,ẽt cũ q̃ ẽ ſu⁹ p̃latus q̃-nis

uis ſit excõicatus, vel ſuſpẽſus, non teneť iterare, vt j. exc.8.§.3. ſi aũt non erat ɔfirmatus, ſed intruſus ſic teneť iterare cõfeſſionẽ factã tali poſt, q̃ ſcit ſm Pan.[a] in d.c.nihil, & ad l.Barbarius ff.de of.præ.dicit, ꝙ loqtur qñ talis ponitur in officio a ſuperiore, hoc tene in cõfeſſis cũ ſuo ꝓlato, ſecus in ɔfeſſis cũ extraordinarijs voluntariè electis, ſicut ſũt religioſi, quia poſt, q̃ ſciut de impedimento credo teneantur iterare ɔfeſſionẽ, ſm ꝙ tꝫ Inn. vt s̃. dictũ eſt.

13 Vtrũ ꝓ ſacerdos debeat abſoluere eũ, q non vult in aliquo deſiſtere, qđ ipſe ɔfeſſor credit mortale eſſe? Reſ. ſm Gof. ĩ quo.9. ꝙ ſi ẽ cert⁹ mortale eſſe, qa nulla diuerſitas ẽ inter do. đ hoc nullò modo dẽt eũ abſoluere. Si verò ñ ẽ cert⁹ qa ẽ dubiũ inter do. & diuerſa opi. tũc ſi ẽ ordinari⁹ eius, tenetur eũ abſoluere, & ſi ipſe ɔfeſſor non ꝑt formare ſibi ɔſcientiã, qn ſit peccatũ in diuerſitate doctorũ, tũc nihilomin⁹ dicat ei ɔſcientiã ſuã, & informet, vt ɔſulat pitos. & diſponat facere, ꝙ tenetur, & abſoluat eũ, & ſi pur pęnitẽs nollet agnoſcere tale qd pctm̃, nihilominꝰ abſoluat, qa hoc ꝓcedit ex rõne, & non ex ꝓteruia, qa ordinari⁹ dẽt ſeq cõe iudiciũ eccleſię, ñ ſuũ. Si verò non ẽ ordinari⁹, dẽt ſeq ꝓpriũ iudiciũ. & iõ ſi credit mortale, & nõ ꝑt đponeř ɔſcientiã nullo mõ poteſt eũ abſoluere ſine peccato.

CONFESSIO. V. quò ad abſolutionem, q̃ritur, q̃uo debeat fieri abſolutio in fo. pęnitentię a peccatis? Reſp. ꝙ ꝓmitti debet, Miſereať tui &c. Indulgentiam &c. nè effectus ſacri impediatur ex parte pœnitẽtis, poſtea dicat, Ego te abſoluo [d] ab oĩb. peccatis tuis, In nomine pr̃is, & filij, & ſpirit⁹ ſancti. Sed nunqd ſupradicta omnia ſint neceſſaria? Reſp. ꝙ non, niſi. Ego te abſoluo ad omnib. peccatis tuis, In nomine pr̃is, &c. ſm Io. đ Noto. in 4.di.18.q.5. Dicit tñ Th. in quadã q. đ quol. ꝙ laudabiliter addit ɔfeſſor, qcqd boni feceris, ſit ĩ remiſſionẽ tuorũ pctõrũ. Et ad hoc addit Hoſt. & qcqd mali [e] paſſus fueris, qa ſic iniunctũ a ſacerdoťe valet tali ex duob. videlicet ex vi opis & clauiũ. & iõ imponať pęnitẽti, ita ꝙ intelligat, ñ ſecretè, vt faciũt aliq, qui per modum abſolutionis illud dicunt, qa ſic non valet niſi ex vi operis.

1 Vtrũ abſolutio dẽat fieri añ iniũctionẽ pnię ſiue ſatiſfactionis? Rñ ꝙ ñ, vt patet ĩ Cle. dudũ, [f] ĩ §. ſtatuim⁹, in ver. audiř, đ ſe. & ibi Io. An. Nã 1. dẽt audire ɔfeſſionẽ. Secũdò ĩponere pñiã. Tertiò abſolueř ſacra'r. Atñ ꝙ fit ĩcontinẽti, vř ineſſe. C. đ pac. l. petẽs [g] ideo ñ obeſſet ſi abſolutio prius fieret, & poſt pœnitẽtia iniungereť.

2 Vtrũ [h] ſacerdos pochialis poſſit abſoluere ab oĩb. ſuos

a Pa.] dicit in illo l.ai ti.ſup vlt.gl. ꝙ qñ quis gerit ſe ꝓ ꝓlato, & tñ non eſt in poſſeſſione, & tũc indubitanter non valent geſta, ar. in c.conſultationibus, & quod ibi not. de iure patr. Nec hoc caſu cõis error ſuſtineret geſta, ex quo deficit poſſeſſio. Ad hoc qđ legiť & not. in d. l.Barbarius, & ĩ c.dilectus, de reli.domi. facit qđ no. Inn. in c.2. de in integ. reſti. & in c. in literis, de reſti.ſpo. & facit qđ no. gl. in d c. nihil, de elec. q̃ ponderaț illũ nõ fuiſſe ĩ quaſi poſſeſſione, ẽt ſi fuiſſet credit⁹ verus ꝓlat⁹, & nõ tenẽt geſta in dãnũ eccleſiæ. Vñ ſoluentes ei nõ liberantur, niſi cũ eo cõtraxiſſent, vt ĩ l. ſi vrbana, & ibi ꝑ Bar. & Moder. ff. de condit. inde. & ꝑ Inn. ĩ d. c. in literis. Vñ, ſi intruſus aliquid alienauit, dẽt id reuocari. c. alienationes, 12.q.2. vbi bonus text. & ibi ꝑ gl. Arch. Nec cõis error iuuat, ex quò deeſt autoritas iuris. Non ob. d. l. Barbarius, quia fundat ſe ſuper cõi errore, & ſuꝑ autoritate ſuperioris. Nam ille ſeruus, qui putabatur liber, habuit officiũ a ſuperiore, & ſic cõcurrebãt ibi duo .ſ. autoritas ſuperioris, & cõis error; ſec⁹ aũt, vbi adeſſet vnũ tm̃, Vt tenuit Inn. & Abb. in d.c. nihil & Bal in repe. d. l. Barbarius. pro hoc facit gl. ĩ d. c. nihil, quæ ponderat illũ fuiſſe ĩ quaſi poſſeſſione prælationis đ licẽtia papę. Nõ ob. d. c. ɔſultationibus, & c. querelam, de elec. in quibus patet, ꝙ ſuffi cit ſola poſſeſſio ad validitatem actus, quia illa iura loquuntur, qñ ius non reſiſtit poſſeſſioni, ſicut in caſu noſtro. Non. n. poteſt quis adminiſtrare ex ſola poſſeſſione, niſi habeat autoritatem ſuperioris, vt in regula, beneficiũ lib.6. & c. ex frequentibus, de inſti. no. Fede. conſi. 61. &c.

b Vide Cate. de pœni. ſac. ca. ſed iam ordo. P.V.

c Formã abſoluendi docet S Synod. Tri. ſeſ. 14. de pœni. & fructu &c. Catec. de pœ. ſacr. c. Quòd verò pœni. P. V.

d Abſoluo] Sco. in 4.di.14.q.vlt. dicit, ꝙ quia cõfeſſio ſubalternatur doctrinæ de iudicijs, vbi non ſunt neceſſaria verba præciſa, ſicut in ſacramento eucharistiæ, & baptiſ ſed ſufficit, quòd exprimatur actus ſententiæ abſoluentis, ſicut in iudicio publico non oportet eẽ limitata verba &c.

e Quicquid mali] Adde Scot. in 4.di.15.q.1. vbi de ſatisfactione.

f Patet in Cle. dudum] Idem tenet Car. ibidem 10.q. addens, ſecundũ Laud. qa abſolutio requirit integritatem pœnitentiæ, quæ non adeſſet, niſi & operis ſatisfactio præcederet.

g L.petens] Ibi enim not. non refert an pactum ante, vel poſt apponatur ad contractum, dũmodo fiat incontinẽti, vide ibi Alex. de Imol.

h Huc ꝑtinet c. 7. đ caſ reſer. 14. ſeſ Cõ Tri. P.V.

C.Deus



ſuos ſubditos? Rñ. ſm cõiter do. ĩ c. De⁹ q, [a] de pę. & re. ꝙ ſic đ iure ab oĩb. peccatis q̃q̃ grauibus, exceptis his, q̃ reſeruanť ĩ iure ep̃is, aut ſuꝑiorib. vel q̃ ex cã legitima ſunt eis ſpãliter ĩterdicta, ar. d. c. de⁹ qui, cuius ſuperſcriptio dicit, Ep̃o, & fratrib. eius. i. ſacerdotib. & quæ pctã reſeruãtur, vide s̃. Caſus. idẽ dic de excõicatione, vt s̃. Abſolutio, 1.

3 Quid de his ɔfeſſorib. qui de lñia ſacerdotum parochialiũ, vel aliorũ prælatorũ audiũt confeſſiones? ℞. ꝙ nõ pñt abſoluere niſi ab his, quæ eis conceduntť. Et aduerte, ꝙ maiorẽ autoritatẽ non pñt eis dare, q̃ habent ipſi parochiales ſacerdotes dantes lñiam, aut alij, c. nemo, de re iud. li.6. excipe fratres [b] Minores, & Prædicatores, & electos ab his, qui de iure pñt eligere ɔfeſſores, de qbus dic vt s̃. confeſſio. 3. §. 7. & 28.

4 Vtrũ officiales ep̃i, vt ſũt cancellarij iudicis &c. habeãt autoritatẽ ĩ pęnitẽtijs caſuũ ep̃aliũ? ℞. ſm Ho. in ſum. ti. de pœ. & re. ꝙ non pñt abſoluere ĩ foro pñiæ, ſed tm̃ in foro contẽtioſo, niſi hoc eis expreſsè concedatur. Fallit hoc in vicario generali ep̃i, qui ẽt ſi non ſit ſacerdos, põt hoc alijs delegare, niſi ſit expreſsè prohibitũ, ar. de procu. c. petitio, & 93. di. c. ſi. [c]

5 Vtrũ ep̃s committẽs alicui ſuã autoritatẽ generaliter audiẽdi ɔfeſſiones, ex hoc intelligať, ꝙ poſſit abſoluere a caſib. Ep̃o ſpãliter reſeruatis? ℞. ꝙ non, qa ĩ generali conceſſione non veniunt illa, q̃ non eẽt quis veriſimiliter ſpãliter ɔceſſurus, vt in c. ſi ep̃s, de pœ. & re. li.6. & đ re. iu. ĩ gñali, lib.6. & de offi. vic. c. vlt. cũ ſuis concor. Sed ſi aliquem caſum ſpãliter reſeruatum ſpecificè ɔcedat cũ clauſula gñali, tũc bene ꝑt abſoluere ẽt de nõ expreſſis, ſm qđ ep̃s ꝑt de iure, arg. c. qui ad agendũ, de procu. lib.6. niſi caſus eẽt adeo grauis, ꝙ veriſimiliter non venit in tali gñalitate, ſicut de iniectione violenta in perſonã eccleſiaſticã, de quo in c. peruenit, de ſen. exc. qui non venit, niſi exprimatur ſm Io. Mo. in d. c. qd agendum. Ego tamen credo, ꝙ in foro aĩæ in tali generalitate, ẽt ſi nullum exprimat poteſt abſoluere ab omnibus, quæ veriſimiliter conceſſiſſet in ſpecie, quia verba gñalia ſunt gñaliter accipienda, de dec. ad audientiam, præſertim in fauorẽ ſalutis animarum, quo nihil eſt fauorabilius. 24. q. 3. ſi habes, de pœni. & re. nè pro dilatione.

6 Vtrum ep̃s concedens licentiã alicui, vt eligat ſibi confeſſorẽ idoneum, eò ipſo concedat licẽtiam abſoluendi a caſibus ſuis dicto confeſſori electo? ℞. ꝙ non, niſi hoc exprimat, vel euidẽter conſtet per alia ſigna, ꝙ hoc in ſpeciali voluit concedere. c. ſi ep̃s, de pę. & rem. li.6.

7 Vtrum vnus ſacerdos poſſit abſoluere, & alius audire? Rñ. ꝙ non, quia ſacramenta non ſunt diuidẽda, ar. 23. di. quorundã.

8 Vtrum proprius ſacerdos poſſit abſoluere eam, cũ qua peccauit? [e] ℞. ſm Ri. in 4.di.17. ꝙ ſic; intellige, niſi ſit caſus reſeruatus per ſuperiorẽ. Item ſi non imminet periculum aut ex parte ſacerdotis, aut ex parte mulieris propter eorum fragilitatẽ. vnde

a C.Deus qui.] ibi. n. ẽ caſus valde notabilis, & Pan. ibi dicit, ꝙ ſacerdotes pñt abſoluere de magnis criminib⁹.

b Excipe fratres] Ab. tñ in d. c. deus qui, tenet poſſe artari ꝑ ſtatuta poteſtatem mendicãtiũ, quia ſm eũ nõ pñt niſi vt ſacerdotes parochiales, niſi immoderatè fieret. Sed non tenetur eius opin.

c C. ſi.] Dicitur ibi, ꝙ Diaconus non dẽt ante ſacerdotem ſedere niſi tenuerit locum patriarchæ, vel metropolitani in aliquo capitulo; aliter debet acriter puniri, vt ibi. Et ſic cõſequitur quis ex perſona aliena, quod nõ per ſuam.

d Quorundam] Dum aliqui ordinantur, ep̃s ſolũ manũ impoſuit impedit⁹ oculorum dolore ſed ſacerdotes ĩpenderunt benedictionẽ; dř ibi, ꝙ nihil eſt actũ, & ſacerdotes illi ſunt puniẽdi. ex quo not. glo. ꝙ duo imperfecta ſacra non conſtituũt vnũ perfectũ, & hoc iõ, qa ſacra ſunt vnitatis, de conſ. di. 2. qa paſſus, & vnitas diuiſionem nõ recipit. 24. q. 1. loquiť. Idẽ dicendũ ĩ ſacro baptiſmi, & eucharistiæ, & ĩ oĩbus illis, vbi certa forma deſiderať, ꝙ duo imperfecta nõ faciũt vnũ perfectũ. Itẽ duæ tutorum excuſationes ĩperfectę non faciunt vnã ꝑfectã, vt C. qui numero cute. l. 1. Idẽ in ſtipulatione, quia illa non diuidiť, vt l. 1. & l. cõtinuus, ff de verb. obl. ſed ſacr̃m ſolẽnitatis, vt in miſſa, bñ diuidiť, qa duo imperfecta faciunt vnũ perfectũ, vt 7. q. 1. nihil, & ibi glo. Idem tenet Archi. & addit pñiam diuidi non poſſe, vt de pe. di. 3. ſunt plures. Ad qđ vide infra ordo. 1. §. 14. &c.

e Cũ qua peccauit] Adde S Bon. ĩ 4 di.19 in q. circa literã, in ver. iudicãs, Vbi ponit exemplũ de ſacerdote furãte cũ aliquo ſuo parochiano, vt honeſti⁹ loquamur vbi dicit, ꝙ non videt, qualiter abſolueť nõ poſſit, qa & ſi fuit malus, põt dare tñ bonũ conſiliũ addit tñ, ꝙ neutri credendũ eſt, non ipſi abſoluẽti, qa vř ĩ eo manifeſta præſumptio; non ipſi pœnitenti, qa vř in eo min⁹ vera cõtritio, & peccati deteſtatio, dũ nõ vult detegere niſi conſcienti.

de

de,ſi imminet tale periculũ, nullo modo confiteaẽ, ſed petat licentiã alteri ꝯſitendi, quã ſi non vult dare malicioſè, poteſt nihilominus alteri confiteri. melius tamen faceret, ſi eam ad aliũ cõfeſſorẽ mitteret, cũ quo magis verecundaret.ᵃ

9 Vtrum confeſſor audiẽs pœnitentem, qui habet caſum à quo non põt eũ abſoluere, poſſit eũ abſoluere à caſibus pertinẽtib⁹ ad ſe, & poſtea remittere eũ ad ſuperiorẽ ꝓ abſolutione aliorũ pertinentiũ ad ipſũ? ℞. ꝙ licèt ĩ hoc fuerĩt opi. tñ hæc ẽ verior, quã tenet Hẽ. de Gã. in quol. 1. q. 30. ꝙ ſic; & ita ſeruat curia, & cõis cõſuetudo. vnde pęnitens debet oĩa confiteri integrè, de quib⁹ eſt memor, & ſacerdos abſoluet, à qb⁹ põt, & poſtea remittet eũ ad ſupiorẽ, vt abſoluat eũ à reliquis. Ratio, quia ꝑ cõfeſſionem factam inferiori oĩa peccata ſunt confitenti remiſſa, & iã peccator ẽ abſolut⁹ à deo. abſolutio ᵇ verò ſacramentalis fienda ꝑ eccleſiã duo facit: vnũ, qa partẽ debitæ ſatisfactionis remittit, aliud, quia abſolutum ecclĩæ militanti, à qua per peccatum ſuum ſeparatus fuerat, reconciliat. Oĩs eni mortaliter peccãs quãtùm ad ſe à communione ſacramẽtorũ, & ecclĩæ ſeparatus eſt, & excõicat⁹. Nũc aũt neutri horũ repugnat ſeparare abſolutionẽ & facere eam ꝑ partes. Satisfactio. n. per partes bene põt iniũgi, põt quippe ſacerdos dicere, facias hoc vſque ad 8. dies, & poſtea ᶜ reuertaris ad me, & iniungã tibi reſiduum. ſimiliter reconciliatio poteſt per partes, ſicut patet de excõicato plurib. excõicationib. qui poteſt abſolui ab vna, poſtea ab alia. c. cũ ꝓ cauſa de ſen exc. & idẽ gl. in c. officij, eo tit. & gl. in c. ex parte, de offi or. vel põt dici, ꝙ prima abſolutio cũ ſecunda eſt vna, Ita, ꝙ prima ſit ſub ratihabitione de ſecunda ſubſequenda. Ita, ꝙ factũ in prima ſuſpenditur, nec hẽt effectũ, donec veniat ſecũda, & tũc ſecũda agẽs in ꝓpria virtute primæ præcedẽtis, agit totũ quod vnica abſolutio de oĩbus agere deberet, & ſic ratificat primam, imò illa cũ ĩ la vnica ſimpliciter & indiuiſa reputabiẽ, & quamquam ita ſit, nõ debet in prima abſolutiõe aliqua conditio apponi de ſecunda ſequenda, neque in ſecunda de prima. qa de iure ſubintelligitur, vt nõ ſit neceſſe, ꝙ exprimatur. hæc ille. Et ſubdit verũ fore, dummodò diſponat pęnitẽs ire ad ſuperiorem; aliàs ſi videret eum rebellem, de nullo debet eum abſoluere, quia iam impęnitentem ſe oſtenderet. & in q. 31. ſubdit, ꝙ ſi inferior abſolueret ſub conditione, ideſt ſi de illis abſoluatur per ſuperiorem, vel ad tp̃s, ſcilicet quouſque ſuperior abſoluet, ꝙ non valeret abſolutio. in q. 32. dicit, ſi ſuperior committeret inferiori tali modo, valet, ꝙ abſoluere poſſit ſub tali conditione, quòd etiam ſibi confiteatur, ꝙ valet talis commiſſio. & põt fieri, quia cõfeſſio nihil aliud eſt, q̃ ligaminis oſtenſio, & idẽ ligamen pluribus põt oñdi; & tunc non habet vigorem prima confeſſio niſi ſub propoſito faciendi ſcd'am. ſed ſi poſtmodũ confiteri ſuperiori renuerit, quæ dimiſſa ſunt, non redeunt, ſed nouum crimen incurrit. & ſi dictam conditionẽ acceptat, debet eam abſoluere ſine oĩ cõdõne appoſita ex parte abſolutionis. Si verò committat ſic, vc3 poſſis ſub condõne ſcilicet ſi ratam habuerit, non valet talis commiſſio, nec abſolutio.

10 Quid ſi talis caſus reſeruat⁹, ſit excõicatio, nunquid poterit abſolui à peccatis prius, & poſtea mitti ad ſuperiorem ꝓ abſolutione ab excõicatione? ℞. multi tenẽt ꝙ non, quia cũ excõmunicat⁹ ſit extra eccleſiam, non poteſt reponi niſi per eum, ad quem ſpectat abſolutio ipſius, per ea q̃ no. in c. præſenti, de ſen. exc. li. 6. & licẽt

hęc

a Verecundaretur] Dicit tamen Guil. ꝙ ſacerdos non deberet eã audire, qa tollitur erubeſcẽtia, q̃ ẽ magna pars ſatisfactionis, de pę di 1. quẽ pœnitet. Et iõ deberet eã remittere ad alium. Sic in ſimili. no. glo. in c. oĩs. 30. q. 1. de vxore p̃sbyteri Greci. licèt multũ nõ faciat, qa ibi loquiẽ ꝑꝑ periculũ, puta ſi cõmiſiſſet adulteriũ. Et idem diceñ. de oib. peccatis, in quibus cõfeſſor fuit cõſentiens, vel cooperator, valet tñ abſolutio, ſi abſoluaẽ. Concor. Tho. in 4. di. 19. Nõ obſtat, ſi opponaẽ, ꝙ ep̃s nõ põt diſpẽſare cũ eo, cũ quo cõmiſit ſimoniam, qa rñdetur, ꝙ illud eſt, quia diſpenſatio eſt dignitatis, abſolutio verò neceſſitatis, ideo non facile perditur.

b Abſolutio] Vide Ro. abſolutio. 5. in prin. Adde, ꝙ abſolutio nõ põt fieri ſub condõne, puta abſoluo te, ſi ſatisfeceris, qa act⁹ legitimi, vt rĩa, actus, intelligiẽ tñ de conditione ſuſpẽdente actum, ſm Ab. in c. de q. bus, ñ baptiſmo: ſecus, ſi eſſet conditio de futuro. Vt ſi non es baptizatus, vide ſupra, abſolutio 3. in prin.

c Poſtea] Excõmunicat⁹ bñ diſpoſitus poteſt abſolui a pecca-



hæc opi. videatur bona, tñ mihi magis placet contraria, ſm ꝙ p̃t abſolui a peccatis, & poſtea mitti ad ſuperiorẽ, vt abſoluaẽ ab excõicatione. qđ quidẽ patet ex p̃dictis in p̃cedenti. q. & hęc eſt benignior opi. ſm Mo. & verior iudicio meo. vñ non ob. eorũ rõ, qa talis non reponiẽ in eccleſia, licèt abſoluaẽ ab alijs, niſi ꝑ eũ, ad quẽ ſpectat, nec dẽt ſe ĩmiſcere diuinis, donec ſit abſolutus ab excõicatione. Nec ob. ẽt ſi dicaẽ, qũo p̃t ergo abſolui a ſacerdote, ſi non dẽt ſe ĩmiſcere diuinis, quia ẽt excõicatis nõ ꝓhibetur talis immixtio, & quod dr̃ ꝙ excõicatus non eſt particeps ſacramentorũ verũ eſt cõpletiuè, ſed non initiatiuè. Nec ob. c. quicũque. 24. q. 1. vbi dr̃, ꝙ qui ſe ſegregauit ab vnitate fidei, vel ſocietatis Petri & Pauli, nõ poteſt a vinculis peccatorum abſolui, nec ianuã regni cœleſtis intrare, qa (vt patet) loquitur de hęreticis, & alijs, qui in propoſito malo perſeuerant, non de contritis, aliter nunquã poſſent abſolui. Aduerte tñ ꝙ ſi foret in mora petendę abſolutionis, ſic nullo mõ debet abſolui a peccatis, niſi certis coniecturis appareret, ꝙ nullo mõ conſtitueret in mora ex tali abſolutione. Si verò non fuit ĩ mora, vel ſi fuit, tamen veriſimiliter apparet, ꝙ amplius non erit, credo, ꝙ confeſſor debeat abſoluere a peccatis, nec eum grauare, vt pri⁹ vadat pro abſolutione excommunicationis, p̃ſertim qñ commodè hoc facere non poteſt. Et ſic videtur velle Ri. in 4. di. 18 art. 9. q. 4. in ver. ibi. quia præſumendum eſt, vt in plurib⁹, ꝙ iuſtè excõicati fuerant, & quòd niſi per eos ſtaret, ab excõicatione abſoluerẽtur, ergo vbi ceſſat talis p̃ſumptio, abſoluendus eſt. Hoc idem tenet Ro. tit. de ſen. ex. §. 18.

11 Vtrum peccans in alieno territorio efficiatur de iuriſdictione illius, in cuius territorio deliquit, vt poſſit abſolui ab eo? Reſ. ſm Pa. in c. cum contingat, de fo. com. quòd in foro pñiali non ſortitur qs forum alteri⁹ ſacerdotis ex delicto commiſſo in eius territorio etiã notoriè facto. & no. per gl. in ca. 1. 16. q. 1. & qđ no. ĩ c. 1. de rap. ratio, qa pñia ĩponiẽ ꝑꝑ offenſam dei, & aĩæ ꝓprię, ſm Io. de Lig. & ideò illi ſoli ſubijcitur, quem habet loco dei, & qui eſt iudex animę ſuę.

12 Vtrum peregrini, & viatores, qui de licentia proprij ſacerdotis cõfiteñ alteri, q tñ hñt caſus reſeruatos ep̃is, poſſint ab eo, quẽ elegerũt in confeſſorem abſolui? Reſ. ſm Rod quòd ſic, maximè ſi inſtitit tp̃s gñalis confeſſionis, vt in paſcha, debet tñ ei iniungi, quòd cũ habebit copiã ſui ep̃i, iterũ ei confiteatur illud peccatũ reſeruatũ, & ab eo recipiat pęnitentiam de illo.

13 Quid ſi ſacerdos abſoluit, à quo non p̃t? Reſ. ſecundũ Ri. in 4. di. 18. quòd ſiue faciat ex malicia, ſiue ex craſſa vel affectata ignorãtia, mortaliter peccat, & ſm Dir. ti. de pñia, tenetur dicere confeſſo, ꝙ talis ꝯfeſſio non tenuit, vel obtinere ᵃ autoritatẽ & poſtea loq cum eo de aliquib. quaſi dubitet, nè bñ eum ĩtellexerit, & ſic eũ abſoluere. Quod intelligo, ſi commodè p̃t & ſine ſcandalo, aliàs non credo, teneatur, qa talis confeſſus ꝑꝑ bonã fidẽ excuſatur, ar. 37. di. §. vlt. Aduerte, ꝙ quando quis confeſſus fuit ei, qui eum non potuit abſoluere, poſtquam hoc ſcit, tenetur iterum confiteri illa eadem peccata, ſi adhuc eſt memor, ſacerdoti, qui eum poſſit abſoluere ſecundùm Ric. in 4. diſt. 17. Sed tu diſtingue ſecũdũ ꝙ ſupra dixi, confeſſio quarto. §. 12. Aduerte tamen, ꝙ ſi prædictus confeſſor potuit eum abſoluere ab aliquib. licèt

tis, nã capax eſt ſacramenti pęnitentiæ, quod nulli negatur etiam excommunicato & hæretico, de hęreti. c. ſuper eo li. 6. eſt ãt capax abſolutionis, ꝑꝑ quod põt abſolui ab vna excõicatione, & remanere ĩ alia, đ ſen. exc. ca. cum pro cauſa, & no. glo. in c. officij, eod. ti. vbi dicit, ꝙ excõicatus a pluribus, ab vnoquoque poterit ſigillatim abſolui, & vltima abſolutio cõfirmat oẽs. dicit tñ, ꝙ vnus non debet abſoluere, niſi abſoluendus caueat, ꝙ ſe faciet abſoluere ab alijs, & nõ debet denunciari abſolutus, ante, quã ſit ab omnibus abſolutus. Et in d. c. cum ꝓ cauſa, dicit, ꝙ excõicatus ex pluribus cauſis, põt abſolui ab vna, & remanet ligatus pro alia, quare põt dici, ꝙ talis poſſit abſolui. Securi⁹ tamẽ eſſet, ꝙ prius ſe faceret abſoluere ab excommunicatiõe. In hoc tamen diſcretus debet conſiderare ſacerdos, qd expediat ſaluti animæ confitentis. hoc idem tenet ſupplementũ confeſſor. 1. §. 4. Roſe. confeſſor. 1. §. 10. tenet contra, & conatur rñdere rõnib. adductis hic in text. & hoc idem tenẽt theologi, & ſummiſtæ, & canoniſtæ, vt patet per eam. Idem tenẽt aliqui moderni ſummiſtæ. Ego credo vt dixi, ꝙ ſacerdos conſiderare debet, quid ſaluti confitentis expediens ſit, nam ſecurius eſſet prius abſolui ab excõicatione.

a Obtinere] Scilicet confeſſor. qui non potuit abſoluere.

cèt nõ ab oĩbus, ſufficeret ꝯfiteri illa ſolũ, a qbus non potuit eum abſoluere, ei, q hẽt poteſtatẽ, & non alia.

CONFESSIO VI. quò ad pniæ [a] iniunctionem, gl. in c. ſunt plures, de pœn. di. 3. tenet, ꝙ regulariter ꝓ quolibet mortali pnĩa ſeptennis [b] debetur. Attñ tenetur ſm cõiter doct. in c. deus qui, de pœ. & remi. ꝙ pniæ ſunt hodie arbitrariæ per d. c. deus qui, & per c. menſuram, de pœni. diſt. 1. ita ꝙ Io. An. in c. vt menſuræ, de empt. & vend. tenet, ꝙ canones pniales hodie de nihilo [c] ſeruiunt. nihilo minus ſacerdos & ſi poſſit recedere a dictis canonibꝰ in imponendo pœnitentiã quam vult pp fragilitatem hominũ, & cõſequenter & ex cauſa, & pro hoc facit gl bona in d. c. ſunt plures, tñ bonum eſt, vt eos canones ſciãt, vt ſm eos ſciat ſe temperare, & peccatori innoteſcere, quid meretur.

1 Sed qd [d] ſi ſacerdos videt, ꝙ non faciet pnĩam, vel non vult ſubire? ℞. ſm Mo. ti. pnĩa. 6. ꝙ debet ſacerdos talem imponere, quã ſine murmure & ſpontè velit portare, & non aliã propter periculum, & etiam concedat, ꝙ ipſe poſſit redimere ieiunia, quæ ei impoſuit, & ꝙ remiſſiones ꝑlatorum proſint ei. nec dẽt exigere iuſm, vel ꝓmiſſionẽ de abſtinendo in futurũ ab aliquo pctõ, vel faciẽdo qđ ſibi iniunget niſi in caſibus a iure expreſſis, ſed abſoluat eum ſimpliciter ſine conditione, cum proteſtatione, ꝙ ſi nõ reſtituet aliena, vel faciet debitũ, ꝙ euacuabit fructũ ꝯfeſſionis, q̃uis ſibi videatur, ꝙ non ſit facturus ad qđ obligatur. cautiꝰ tñ eſſet, qñ adeſt cõmoditas, mittere eũ primò ad ſatisfaciẽdũ, & ꝙ poſtea reuertat̃ ſm euangelium. ſi ꝯmodè nõ p̃t, ſufficit, diſponat, quãprimũ poterit, ſatiſfacere. vñ p̃sbyter nullatenus dẽt procuratorẽ ꝓmittere a ſe deſperatũ recedere. Et in his ꝯcor. Inn. in d. c. oĩs, & Scot. in 4. diſt. 15.

2 Quid ſi peccator confitet̃, non tñ vult abſtinere [e] in futurũ? ℞. ꝙ dẽt ſibi conſiliũ dare, & pnĩam iniũgere, & hortari, vt nõ deſiſtat benefacere, qa dñs citius eũ illuminabit, & valẽt ad multa bona ſm doc. in c. ꝙ quidam, de pœ. & re. non tñ debet [f] eum abſoluere, quia peccaret mortaliter tam abſoluens, quàm pœnitens ſecundum Ri. in 4. diſt. 17.

3 Vtrũ bona opera, quę pęnitẽs faciet, ſint magis efficacia ad expiandam culpã pręteritã, qñ ꝑ confeſſorẽ ei iniungunt̃ ſic dicendo, Oĩa bona, q̃ facies, vel intendis facere, iniũgo tibi in remiſſionẽ peccatorũ? ℞. ſm Tho. in quol. ꝙ ſic, qa ſic valent dupliciter. Primò ex natura operis. Secundò ex vi clauiũ, & ideo plus habent expiare culpã præteritã. Et propterea bonum eſt, ꝙ ſacerdos hoc ei iniungat taliter, ꝙ intelligat, vt ſupra dixi, confeſſio. 5. in prin.

4 Vtrũ vnus ꝯfeſſor poſſit ex cã relaxare, aut cõmutare pnĩam, quã alter impoſuit? ℞. breuiter loquendo de pnĩa ſacr̃ali ꝙ ſic ſi talis hẽt autoritatẽ abſoluendi a tali peccato, pp qđ fuit ſibi impoſita, ẽt ſi ille, qui impoſuit, eſſet ſuperior. Si verò non hẽt autoritatem abſoluendi a tali peccato, nõ poterit eã nec relaxare, nec commutare, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat. pium enim tunc eſſet interpretari, ꝙ ſuperior in huiuſmodi caſib. acceptet ſm Rod. ar. c. latorem. [g] 33. q. 2. gl. 26. q. 7. c. tempora, tenet ꝙ ep̃s poteſt diminuere pnĩam, quã Papa impoſuit, ar. d. c. latorem. Quod ego admitterem, qñ non poteſt haberi recurſus ad ſu-

periorem

a S. Concil. Tri. hac de re ſeſ. 14. ca. 8. de ſatisfac. neceſs. Catechiſ. de pę. ſa. in 3. parte. c. nunc ad tertiam. P. V.

b Septennis] & rõ eſt ſm Theol. Quia cũ ꝑ pctũ ſeptiformis ſpiritus ſancti gratia amittat̃, ideò meret̃ ſeptẽnem pñiam. Credẽdũ eſt autẽ, vt dicit tex. in d. c. hoc ipſum, qđ patres talẽ impoſuere pnĩam inſtinctu ſpiritus ſancti. Exemplũ de Maria ſorore Aarõ, quæ pp murmurationẽ iuſſa eſt ſtare poſt ſanationẽ a lepra ſeptẽ diebus ex caſtra.

c De nihilo] ſed Ab. dicit ibi, ꝙ ñ eſt verum. & cõiter tenẽt doc. cõtra Io. And. vide glo in c. ſunt plures, de pę. diſt. 3.

d Ad hanc & ſequentem proximè quæſtionẽ vide Catec. de pœ. ſa. c. ſed iã ordo. P. V.

e Abſtinere] qa fortè dicit ſe nõ poſſe. & ſic no. ꝙ regulariter perſeuerans in pctõ non repellitur a confeſſione. excipitur vſurarius manifeſtus, de quo in c. quanq̃, de vſuris, li. 6. licet Abbas ĩ d. c. ꝙ qdã, dicat non ẽẽ bonam exceptiorẽ, qa ibi cõfeſſio, abſoľo denegãt. Sed ĩ caſu d. c. ꝙ quidã, negat tñ abſolutio Nã admittet ſacerdos quẽlibet, qa dicet fortè de cœtero ſe velle abſtinere. Ex hoc no. vlteriꝰ, ꝙ vera pnĩa reqrit ꝓpoſitũ vlteriꝰ nõ peccãdi: aliàs pœnitẽtia nõ eſt fructuoſa quò ad vitã æternã, qa q̃diu qs ẽ in ꝓpoſito peccãdi, ẽ inimicꝰ Deo. Adde tñ vnũ no. ꝙ pnĩa ẽ iniũgẽda ẽt nõ hñti ꝓpoſitũ abſtinẽdi, qa licèt ñ valeat quò ad vitã æternã, valebit tñ ad multa. Et ẽt cõſiliũ dẽt ſibi dari, vt ſępe confiteatur.

f Nõ tñ dẽt] Facit ꝓ hoc tex. ĩ d. c. ꝙ qdã, qđ dicit cõſiliũ p̃bendũ, nõ abſolutionẽ.

g Latorẽ] ĩ fi. iũcta gl. quæ no. ꝙ epiſcopus poteſt relaxare de pœnitentia quã impoſuit Papa, & clericus illam, quam epiſcopus impoſuit. Hoc tamen fit per licentiam ſuperioris expreſſam, vel tacitam, vt ibi per glo.



periorem commodè, & ex cã; aliàs non credo. hoc ẽt tenet Alua. & ſequit̃ Car. ĩ Cle. ſi. de pœni. & re. & ſm prædictam diſt. ꝯcordabis opin. ꝯtrarias, q̃ recitant̃ in d. Cle. ſi. Fallit hoc ſecundũ aliquos, niſi alicui in pnĩa fuiſſet impoſitũ, vt iret ad terrã ſanctam, quia tũc ſine autoritate Papæ nõ poſſet commutare, ar. c. 1. & c. ſuper his, de voto, iuncto ca. ex multa, eo. ti. quod ego limito, qñ iniunxiſſet, vt iret in ſubſidium terræ ſanctæ; aliàs nõ per iura præalleg. Et ſm hanc diſtin. limita & intellige glo. & doc. in d. c. 1. & ita tenet Mo. tit. pen. 4. & Aſten. lib. 5. tit. 32.

5 Sed q̃ro, qui ſunt canones pniales? ℞. ꝙ eos reduco ad viginti, quorũ primꝰ hr̃ 82. d. c. presbyter, [a] vbi dat̃ cuilibet presbytero fornicatori, vel committenti quodcunq; peccatũ, quod inducit depoſitionẽ, pęnit. 10. anno. in quibus primos tres menſes debet ieiunare in pane, & aqua tm̃, exceptis dñicis, & feſtis p̃cipuis in quib. p̃t recreari vino, [b] piſciculis, & leguminibus, incluſus [c] tamẽ ſtando, poſt exiens [d] dẽt annũ vnum [e] cũ dimidio ieiunare in pane & aqua, poſt vſq; ad ſeptimũ annũ ieiunare debet tres ferias in pane, & aqua, ſ. ſecunda, quarta & ſexta, niſi ſecundam feriã velit redimere vno pſalterio, vel denario. [f] poſt tres ſequentes annos. 6. feriam [g] in pane & aqua ieiunet. Quidã intelligũt in adulterio, vel inceſtu ſolùm. Sed tu dic etiam in fornicatione. Secundus canon habetur. 30. quæſt. prima, capit. ſi quis ſacerdos, [h] & c. non debet, vbi datur pœnitentia. 12. annorum presbytero, qui cognouit filiam ſpiritualẽ, etiam quam audiuit in confeſſione, & ſi eſt publicũ [i] vel ſi eſt epiſcopus. [?] 15. annis pœniteat, & mulier dẽt omnia pauperibus dare, & in monaſterio perpetuo ſeruire deo. Tertiꝰ eſt de ſpõ. duo. c. accepiſti, [k] vbi cõtrahenti per verba de præſenti cum aliquo alij deſponſato imponitur pœnitentia ꝙ ieiunet in pane & aqua. 40. diebus, & ſeptem annis ſequẽtibus pœniteat. Quartus eſt in capi. de filia, & c. deuotam. 17. q. 1. vbi peccãti cum moniali, vel religioſa pœnitentia. 10. annorum iniungitur, & conſentienti. Quintus eſt in cap. ſi quis cum duabus, & in c. ſi quis cum matre. 33. q. vltim. vbi ignoranter [l] cognoſcens duas ſorores, vel matrem, vel neptem, vel amitã, aut filiam imponitur pœnitentia. 7. an. ſi ſcienter, priuatur perpetuo coniugio. Sextus eſt de exceſ. præla. cap. clerici, vbi clerico peccanti contra naturam ꝑpetua pnĩa ĩponit̃ detruſus ĩ monaſterio. Laico verò vſque ad dignam ſatisfactionem ĩponitur ſeparatio a cętu [m] fidelium. Septimus eſt in

a C. presbyter] Debebat. n. deponi ſecundũ canonẽ apoſtolorum, & hoc de rigore. Et intelligit̃ de eo, qui ſpontè confitetur peccatũ; ſecus de eo, qui in vitio perdurauit vt ibi dicit canõ.

b Vino] Neque carne, neq; caſeo.

c Incluſus] Dẽt eſſe in ſacco indutꝰ humi adhærere, & implorare die ac nocte Dei oĩpotentis miſericordiam.

d Poſt exiens] Sed non dẽt procedere in publicũ, nè grex fidelis ex eo ſcandalũ patiatur. Nec enim debet ſacerdos publicè pęnitet̃ ſicut laicꝰ.

e Annum] Intellige exceptis feſtiuitatib. & dominicis dieb. quibus poteſt vti vino, carne, &c. & his finitis fiat particeps corporis, & ſanguinis domini, nè induręſcat &c. Ad pacem veniat, in choro vltimus canat &c. minora gerat officia, non accedat ad cornu altaris &c. Et finito ſeptennio epiſcopus poteſt eum reducere in priſtinũ honorem.

f Denario] Et hoc eſt rationabile, qa ſicut ſe per peccatũ vendidit. 15. q. 1. Nõ eſt, ita pecunia ꝓpria ſe redimat nec eſt ſimonia.

g Sextam feriã] Nam dicit text. nulla interueniẽte redemptione.

h Sacerdos] Quia debet pęnitere peregrinando, poſtea verò ad monaſterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ pęniteat.

i In publicũ] Tunc. n. dẽt deponi, vt dicitur in d. ca. non dẽt, vbi loquitur de fornicante cũ ea, quã audiuit in cõfeſſione &c. Et ibi no. gl. ꝙ magis peccat ſacerdos cognoſcẽdo filiã ſpũalẽ, quã vxorem alterius. Mulier aũt, quæ dẽt deo ĩ monaſterio ſeruire, nõ erit monacha, quia ibi volũtariè nõ detinetur, ſed cauſa eſt delicti. 20. q. 1. c. ſicut.

k Ca. accepiſti] Ibi Abb. dicit, ꝙ ꝯhens cũ duob. ẽ infamis. l. 1. ff. de infa. & credit, qđ eccleſia poſſet imponere pęnã in foro iudiciali, qa iſti abutũtur ſacr̃o mr̃imonij, & ſic cõmittunt ſacrilegiũ, vt l. q̃uis, C. de adul. Sacrilegiũ vero ẽ mixti fori, & vterq; iudex, ſ. eccleſiaſticus, vel ſœcularis cognoſcet̃ poterit, de quo ĩ c. cum ſit gñale, de fo. cõ. Et facit c. de bñdicto, cum glo. 32. q. 1. Sed ibi Papa non curat de foro iudiciali, quia illud tradit per modũ cõſilij ad animã redimendam.

l Ignorãter] Adde ẽt idẽ eſſe de matre, vel filia, q̃ ſciẽter ſe cognoſci ꝑmiſerint ab eo, qui alterã ſtuprauit, ꝙ debet perpetuo abſtinere a coniugio.

m A cætu] Subdantur excõicationi, dr̃ ibi, & a cætu fidelium. Quod eſt dictum ad maiorem ex-

c.hoc ipſum.[a] 33. q.2. vbi inceſtuoſo,vel peccanti cũ brutis imponitur pęnitentia plus, q̃ ſeptem annorũ. Octauus eſt in c. admonere.[b] 33.q.2. vbi vxoricidæ imponitur pęnitentia aſpera & ꝑpetua, ſcilicet nè vinum,vel ſiceram bibat,carnes nunquam comedat niſi ĩ paſcha & natiuitate domini,in pane & aqua & ſale viuat,ieiunijs,& orationibus intentus, vel intret [c] monaſterium. Nonus eſt in c.latorem. [d] 33.q.3.in matricidis, quibus quaſi eadẽ cũ vxoricida imponitur, niſi ꝙ iſta eſt ſolũ ſeptennis. Decimus eſt in.c.1. de pœ. & re.vbi interficienti presbyterũ imponitur pęnitentia. 12.anno.ũ.[e] Vndecimo eſt in c.accuſaſti, de accu. vbi accuſanti [f] iniuſtè aliquem ad mortem,ſi occiſ⁹ fuerit,imponitur pęnitentia. 40. dierum in pane, & aqua.& 5.annis pęniteat, ſi verò membrum perdiderit,[g] tribus annis.Duodecimo in c.quicunque.6. q.1. vbi periuro [h] imponitur ieiunium, 40. dierum in pane,& aqua,& pęnitentia.7. annorum.Idem de eo, qui eum inducit,vel conſuluit vel cogit, & ſi erat ſeruus, dñs trib⁹ quadrageſimis, [i] & legitimis ferijs ſcilicet, 2.& 4.& 6.in pane & aqua ieiunet.c.q compulſus. 22. q.5. Decimotertio eſt in c. vt menſuræ, de emptione, & venditione,vbi.30. dierũ in pane & aqua ieiuniũ imponitur falſanti menſuras, ſed grauior pęnitentia imponitur falſario literarũ apoſtolicarum in ca. dura, & in c.ad falſariorum,& in c.ad audientiam de cri.fal. & in c.nouimus,de verbo. ſig. Decimoquarto eſt in c. de his verò.32.q.2. & in c. ſi quis,de pę.diſt.5. vbi dimittenti pęnitentiam ſolẽnem imponitur pęnitencia 10.annorũ,& exhibitio euchariſtiæ in fine vitæ ſuæ ſolùm. Quintodecimo ẽ in c.nemo[k] per ignorantiam. de conſ.diſt.1. vbi præsbytero, qui clericum mortuũ inuoluit in palla altaris,imponitur pęnitentia. 10. an. & 5.menſium. Diacono verò trium annorum cum dimidio. Sextodecimo eſt in c. de viro. 12.q.2. vbi committenti ſacrilegium [l] imponitur pęnitentia ſeptem an.Ita,ꝙ in trib.primis carnes non comedat,nec vinũ bibat niſi in paſcha,& natali Domini. In alijs.5. annis trib ferijs a carnibus, & vino abſtineat. Comburens tñ eccleſiam.15.ann. pęnitere debet, & reſarcire, vt ĩ c.ſi qs eccleſiã. [m] 17.q.4. Septimodecimo eſt in c.ſtatuim⁹,đ maledictione, vbi blaſphemantibus publicè deũ,vel ſanctos imponitur illa pęnitẽtia,de qua ſupra

preſſionẽ ẽm Ab.in d.c.clerici. Sed pœna capitis plectuntur,In authen. vt non luxurientur ꝯ naturam.

a Cap.hoc ipſum]Pœnitentia regulariter eſt ſeptennis, niſi maiorum criminum exceſſus tranſcendere cogatur.Et duo ponũtur hic. Et additur tertium de vitio ſcilicet ſodomitico &c.

b Admonere]& vltra hæc,hic poſita, nõ debet armis ſe accingere nõ litigare,vxorem, nec concubinam vnquã habere,nec adulterium committere audeat. Nõ ſit in conuiuijs lętantium, in eccleſia ſit poſt alios chriſtianos ſegregatus poſt oſtiũ poſtulatur⁹ orationum ſuffragia ab ingredientibus, & egredientib⁹. Cõmunione ſit priuatus niſi in articulo mortis.

c Vel intret] Ex quo no.ibi gloſ. quòd ſi quis incæperit pœnitentiam, & ĩtret monaſterium, ꝙ nõ teneatur eam finire, qa religio ſoluit vinculum iuramenti,de iureiur.ꝑuenit.Itẽ votum, de voto c.ſcripturæ.

d Cap.latorem] Per annum non debet eccleſiam ingredi, ſed ante fores baſilicæ ſtãs orare debet, tribus ſequentibus annis in eccleſia poſſit ingredi, ſed priuetur communione per ſeptem annos. Non offerat oblatiões. In his omnibus temporibus non debet manducare carnes, neque vinũ bibere niſi in dominicis & feſtiuis diebus, & a paſcha vſque ad pentecoſten.pedibus ſemper vadat, non ſumat arma niſi contra paganos, & ſic perdit feudum, ex quo iuuare non poteſt dominum ſecundùm gloſ. ibi niſi per alium ſeruire valeat.Ieiunet trib.dieb.per hebdomadam.

e Duodecimo anno.]Quod priuatur militia,ſi conuictus ſit in foro iudiciali, ſimiliter & doctoratu, vel ſi in foro pęnitentiali,debet ſacerdos ei iniungere,vt abſtineat a militia, & pęnitentiæ intendat, ſecundũ Ab.ibi.

f Accuſanti]no. Pa.quòd mitior pęna imponitur in foro pęnitentiali, quàm in iudiciali.

g Perdiderit ] Iſta perditio intelligitur vel ꝑ debilitationẽ ita ꝙ non poſſit vti membro, pede. ſ.vel manu, vel quantum ad detruncationem.

h Periuro]Nunquã.n.debet eſſe ſine pœnitentia interiori,& nunquam in teſtimoniũ recipiatur. Alibi dř,ꝙ iuramentum ſolum Deum habet vltorem l.2. C de re.cre. & iureiu.

i Quadrageſimis] Vnam ante feſtum Natalis, aliam ante Paſcha, aliam ante feſtum S Ioann. intelligas. & adde, ꝙ liber ad ꝑceptum domini periurans ieiunet in pane,& aqua.40 dieb.Seruus verò pęniteat trib⁹. 40. & legitimis ferijs.

k C.nemo] Dicit ibi text. ꝙ ſit excõicatus. i.a cõione remotus & loquiť in nõ admonentibus. ẽm glo. ibi.

l Sacrilegiũ. i.đ ꝑdãti res eccleſiaſticas,& vaſa. Tales priuantur vno an.ingreſſu eccleſiæ.In 2.ante fores debebũt ſtare &c. & ibi debent firmiter ſpondere talia nunquã commiſſuros.

m Si qs eccleſiã]Debetq; ꝑriũ pauperib⁹ reſtituere.

Facit



blaſphemia.§.7.Octauodecimo eſt in c.omnis,de pę. & rem. vbi ſacerdoti reuelãti confeſſionẽ ĩponiť pœna de qua infra,confeſſio, vlt.§.10. Nonodecimo ẽ in c.ſi qs dederit.24.qõ.1.vbi dans communionẽ hęretico, vel accipiẽs ab eo neſciens hoc prohibitũ ab eccleſia, debet pœnitere vno anno. ſi erat ſciens. 10.annis. ita qui permittit hęreticum celebrare in eccleſia catholica ꝑ ignorantiã iuris.40. dieb. pęniteat : ſi ſciẽter, per annũ pęniteat. Qui autem pro eius reuerentia, & damnatione eccleſiæ. 10.an.pęniteat. Qui autem tranſierit ad hæreticos, vel alios ad hoc induxit, pęniteat.12.annis.

6 Sunt multi alij canones, in quibus pęnitentia. 7.ann.aliquando minor imponitur, quos prætereo,quia ex quo regulare eſt ꝙ pro quolibet mortali ſit ſeptennis,nõ fuit neceſſarium eos exprimere.

7 Ad regulas autẽ prædictas debet cõfeſſor ſemper habere oculum. & quãquã ex cauſa,puta quia debilis,vel alteri obligat⁹, vel propter periculum,nè eam faciat pęnitẽs,poſſit relaxare prædictas pœnas,cũ, vt dictũ eſt, hodie ſint in arbitrio cõfeſſoris; tamen bonũ eſt innoteſcere eam peccatori,vt magis timeat peccare,& ĩtelligat,q̃d ſit ei agendum,ſi vult abſolui à pęna peccati vel in hic mundo,vel in alio,quia credendum eſt eccleſiam inſtinctu ſpiritus ſãcti eas ſic taxaſſe, ſicut deus ꝑ iuſtitia exigit vel hoc, vel in purgatorio à quocunq; talia perpetrãte,vt apertè dicitur in c. hoc ipſum.33.q.2.Hoc ipſum,ꝙ canonum cenſura poſt. 7.an.remeare pęnitentem in ſtatum priſtinum præcepit,non electione ꝓprij arbitrij ſancti patres,ſed potius ſententia diuini iudicij,ſanxerunt, & infra diciť; Hinc etiam eccleſiaſtica conſuetudine eſt vſurpatum,vt maiorum criminum pęnitẽtia.7.annorum ſpacio cõcludatur, niſi vel officij eccellentia,vel criminum magnitudo præmiſſum ſpaciũ tranſcendere cogat, hoc ibi.Aduerte etiã, ꝙ in foro pęnitẽtiali feriæ legitimæ dñr. 2. 4.& 6. feria,vt in c.presbyter.82.diſt.& in c.ieiunia, de ꝯſe. di.3.facit de homi.in c.2.[a] & ideo ſancti⁹ eſt ĩ his pęnitẽtes affligere,ſi mõ ĩduci pñt.

CONFESSIO VII.Quò ad [b] ei⁹ effectũ.

1 Vtrũ confeſſio liberet à culpa peccati? ℞.ꝙ ſic.Nã ẽm Aureo.in 4.di.17.q.1. niſi meritũ Chriſti actualiter appliceť iſti, vel illi,nulla culpa deleť,qa ſolùm ꝑ meritũ paſſionis Chři pctã remittũtur, cũ ergo ſacřa ſint immediatũ applicatiuũ paſſionis Chři ad nos,ideo oĩs culpa deleť mediantibus ſacřis de facto exhibitis, vel in voto. Propterea cum pnĩa ſit ſacřm,& percipiať in ꝯfeſſione,qa per eam hõ ſe ſubdit miniſtris eccleſię, q ſunt ſacřorũ diſpẽſatores, Ideo ꝯfeſſio ex vi abſolutionis ꝯiunctę culpã remittit, niſi hõ obicem peccati mortalis in actu ponat ẽm Sco. in 4.di.14.q.vlti. Nec obſt. quod in ꝯtritionẽ pctã remittũtur, qa contritio votum ꝯfeſſionis habet annexum. Et ideo ſicut baptiſmus liberat à culpa non tantùm ẽm ꝙ actu ꝑcipiť,ſed etiã ẽm ꝙ in voto habeť, ſicut patet illis, qui iuſtificati ap bapciſmum accedunt,nec fruſtra poſtea baptiſmus ꝑcipiť,& ſic đ ꝯfeſſione dicendũ eſt, ꝙ ſi qs contritus accederet ad ꝯfeſſionem, in actu abſolutionis gratia augeretur, & etiam peccata remitterenť ſi præcedens dolor non ſuffeciſſet ad contritionẽ, & ipſe tunc obicẽ gratię non præberet. His etiam concordat S. Tho.in 4.di.17. q. fin.at.1.& ar.2.

2 Vtrũ confeſſio liberet à pœna peccati? ℞.ꝙ ſic tripliciter.Vno modo ex vi abſolutionis in voto, vel in actu liberat à pœna æterna,ſicut & à culpa,à qua liberať,nihilominus remanet obligatus ad pœnã temporalem, ſecundùm quòd pęna eſt medicina promouẽs & purgans,quę reſtat in purgatorio patienda, quæ quidem eſt improportionata viribus pęnitentis in hoc mundo viuentis, ſed per vim clauium intantũ minuitur, ꝙ remanet proportionata viribus pęnitentis viuentis in hoc mundo, ita quòd ſatisfaciendo in hac vita purgare ſe poteſt. Secundò quia ſacerdos poteſt dimittere de pœna debita ſecundùm Panormitan. in cap. ſicut dignum, de homi. & de hoc habes infra,indulgentia.§.quinto.

a Facit. cap.2.] Ibi habetur de eo, qui interfecit latronẽ, vbi comprehẽdi poterat abſque occiſione, leguminibus vti debet, & paruis piſciculis feria. 3. 5. & ſabbato; per 9. dies non intret eccleſiam;vide ibi.

b Conci. Trid. ſeſſ.14.c.1. de nece. & inſti. & ca. 3.de part.& fru. c.8.de ſatiſ.nece. & cano. 4. Cate. de pœni.ſacra c. hactenus de contri. & c. nunc ad tertiam. P. V.



Tertiò

a Adde S. Syn. Tri. ſeſſ. 14. c. 5. de conf. Repete cætera quæ ſupra adnotaui ex eadẽ & catech. conf. 1. P. V.
b S. Conc. Tri. ſeſſ. 14. c. 5. de conf. & can. 6. catech. de pę. ſac. c. ſed iam de mini. P. V.
c Figurationis] Dicit S. Th. ea. di. q. vlt. arti. 1. Quòd in ſacramẽtis ea, quæ exterius geruntur, ſunt ſigna rerũ, quæ interi⁹ cõtingunt, & iõ cõfeſſio, qua qs ſacerdoti ſe ſubijcit, ſignũ eſt interioris, qua qs Deo ſubijcitur. Deus autem peccatum illius, qui ſe ſibi ſubijcit p pęnitentiam tegit, vnde & hoc oportet in ſacramento pęnitẽtię ſignari, & iõ de neceſſitate ſacramenti, eſt ꝙ quis confeſſionem celet, & tãquã violator ſacramẽti peccat, qui reuelat hæc ille.

Tertiò dimittitur pœna ex ipſa natura actus confitẽtis qui pœnam habet annexã erubeſcentiæ, & ideo quãto pluries confitetur qs de peccatis, tantomagis pœna minuitur propterea confeſſus & abſolutus in purgatorio minus punietur, q̃ contritus tãtùm, pręſertim propter duo vltima.

3 Vtrum confeſſio [a] generalis ſufficiat ad dlẽda mortalia? Reſ. ſm Ri. in 4. di. 21. ar. 3. q. 3. ꝙ ſic peccata oblita. Aduerte tamen, ꝙ ad remiſſionem mortalium oblitorum & ignoratorũ non ſufficit confeſſio generalis, quæ fit in eccleſia ſine ſacramentali, ſi homo habet copiã presbyteri, & facultatẽ confitendi, ſed tenetur de eis generaliter confiteri & a pſbitero petere abſolutionem ſm eundem Ri. vbi ſupra, valet tamẽ confeſſio generalis ad delenda venialia. Vnde not. ꝙ confeſſio generalis ſacramentalis, q̃ fit in ſecreto ſacerdoti de generibus ſingulorũ, non de ſingulis generũ valet ad remiſſionẽ pęnæ & culpæ venialiũ ex quatuor, ſecundũ S. Th. in 4. di. 21. Primò ex contritione pœnitentis. Secũdò ex humilitate confeſſionis. Tertiò ex oratione ſacerdotis. Quartò ex vi clauium. Alia autẽ confeſſio, quæ non eſt ſacramẽtalis, ſed ſolũ generalis valet ex trib. primis tm̃modo.

CONFESSIO vlti. Quò ad [b] ſigillum, & eius celationem.

1 Vtrum ſigillũ confeſſionis ſit de eſſẽtia ſacramẽti? Reſ. Aur. in 4. diſt. 21. ꝙ ſic, nã de ratione ſacramẽti ẽ, ꝙ ſit ſignũ efficax. Eſt enim ſacramentum ſenſibile efficiens qđ figurat. Sed ſacrm̃ iſtud ſignificat, & figurat, ꝙ deus audit peccatum, & ꝙ conſtituitur forũ ſecretũ, in quo mori dẽt pctm̃, & extĩgui ergo, cũ ſignificatio ſacramẽti confeſſionis ſit ſignificatio occultæ deletionis pctĩ, & fori, ideo ad rationẽ eius ptinet, vt nullo modo reueletur. Vnde, q reuelat, facit irritũ ſacramẽtũ auferẽdo cõfeſſioni naturã ſuę ſign. & figurationis. [c]

2 Vtrũ ſigillũ confeſſionis ſit de iure naturę? Reſ. Sco. in 4. di. 21. q. 2. ꝙ ſic ratione caritatis, [d] fidelitatis veritatis promiſſæ tacitè, & vtilitatis, quo ſigillo multi confitentur, qui non facerent. [e]

3 Vtrũ Papa poſſit præcipere ſacerdoti, vt reuelet ↄfeſſionẽ? Reſ. ſm Ri. in 4. [f] di. 21. ꝙ non. & ſi præcipit, non eſt ei obediendum, qa ſecretum confeſſionis eſt de iure naturali, diuino, & eccleſiæ, ſup qua Papa non pt pcipere, vel dic, ꝙ cum

d Ratione caritatis] Ratio eſt, quia oĩa quæcunque vultis, vt faciant vobis homines Matt. 7. & Lucæ. 6. & intelligitur i. quę debetis ſm rectã rõnẽ velle. & hoc intelligitur in illa ppoſitiõe, Matt. 22. Diliges proximũ tuũ ſicut te ipſum. Sed quilibet tenetur ſm rectã rõnẽ diligere famã proximi ergo & celationẽ pctĩ ſui. Ecc. 41. Curã habe de bono nomine. Hoc n. magis remanebit tibi, q̃ mille theſauri ptioſi, & magni, bonæ vitæ numerus dierũ. Bonũ aũt nomẽ pmanebit in æuum. Et Prouer. 4. Melius eſt nomen bonũ, q̃ diuitiæ multæ. Et per conſequens confeſſor dẽr idẽ diligere, & velle ipſi confeſſo. Sed reuelatio tolleret cõfeſſo famã, ergo &c. Et probatur, quia qua ratione poteſt vni reuelari & alteri & ſic omnib. vnde in tali reuelatione eſt manifeſtũ, ꝙ fama, quæ eſt illeſæ dignitatis ſtat⁹, apud conciues macularetur. Itẽ ratione fidelitatis, qa de lege naturæ amico reuelanti ſecretum fidelitas eſt ſeruanda, vnde Prouer. 10. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt, celat amici cõmiſſũ. Item ratione veritatis promiſſæ tacitè, qa in hoc eſt promiſſio tacita de ſeruando ſecreto. Item ratione vtilitatis, & cõitatis, quia tolleretur recurſus ad ſuperiorẽ, quæ vtilitas, & communitas in hoc conſiſtit.

e Qui non facerent] Eſt etiã de iure diuino poſitiuo, quia quilibet Chriſtianus tenetur nõ dare occaſionẽ alteri, quã retrahatur a lege Chriſti, quę eſt, ꝙ cõfiteatur, ſed per iſtam reuelationẽ multi retraherentur, iõ &c. Itẽ qa illud, quod ẽ ſemel terminatũ, non debet ad aliũ forũ deduci, ſed peccatum in confeſſione detectũ eſt finaliter đterminatum, quod patet p illud Matt. 16. Quodcunque ſolueris ſup terrã, erit ſolutũ, & in cœlis, id eſt finaliter approbatur. Et per illud Io. 20. Quorum remiſeritis peccata, &c. ſupple in iudicio diuino finaliter r̃miſſa approbantur. Sed reuelans, quantũ in ſe, facit ꝙ deducatur ad aliud forũ ideo &c. Itẽ quia daret occaſionem dicendi mendacium, puta quòd peccatores ſe laudarent, & vituperarent alios. De lege poſitiua habetur in d. cap. omnis &c.

d Ricar. in 4.] Sanctus Thom. ibi quæſtion. vltima articul. 1. Ad ſecundum dicit, quòd Papa non poſſet

quem



quẽ licẽtiare, vt dicat pctm̃ ſibi ĩ cõfeſſione detectũ.
a Cap. ſtuduiſti] Et adde, ꝙ neque pctõrem, neque pctm̃ reuelare dẽt. Et idem tenet Sco. in d. 21. di. & S. Bo. dicit, ꝙ excõicatio hoc caſu non debet timeri.
b In d. c. dilectus] Et Pa. loquitur de eo, qui eſt productus in teſtem.
f Reuelat] Hæc eſt ſententia Sco. in d. 21. diſt. q. 2. in reſponſione ad primum. Vbi licèt quis poſſit iuri ſuo renuntiare, tamen illud eſt verum, quando ſimpliciter eſt inductum pro fauore particulari, ſecus, quando cederet ĩ detrimẽtum cõitatis. Itẽ qa eſt cõtra ius naturæ, vide Ab. in c. Mat. & in c. ſignificaſti, de ſimonia, vbi vult ꝙ põt reuelari pctm̃ de licentia pœnitentis ei, q põt prodeſſe. Et narrat de quodã cardinali, q peccatum reuelauit papæ.

ſacerdos. in actu confeſſionis ſit ſpãlis vicarius & ſpecialis quò ad illam ſpeciẽ ſit maior generali. c. ſtuduiſti, [a] de of. lega. Ideò Papa in hoc non eſt maior, cum ſit vicarius generalis. Hãc rationem ponit Pa. in c. dilectus, de exceſ. præl.

4 Quid ſi interrogetur ſacerdos, an ſciat aliquid de eo, quod audiuit in confeſſione, vel pręſtetur ei iuramẽtũ, vt dicat ſi aliquid audiuit ĩ confeſſione? Rñ ſm Sco. & Ric. vbi ſupra ꝙ dẽt rñdere ſe nihil ſcire, vel audiuiſſe, ſupple ad reuelãdũ ſicut & Chr̃us dixit Matth. 13. qđ nec filius hominis ſcit de die iudicij, intelligitur ad reuelandũ generaliter. Vnde non dẽt tacere (vt dicũt aliqui, & male.) ſed audacter dicere, ꝙ nihil ſcit, & ꝙ nihil audiuit, qa ſubintelligitur ad reuelandũ. Et in hoc concor. S. Bo. ea. diſt. ar. vlti. q. 1. ad pri. & communiter doct. & Pa. in d. c. dilectus, [b] licèt quidam dicãt, ꝙ poteſt dicere ſe nihil ſcire vt homo, [c] ſed vt Deus. ita dr̃ ĩ c. ſi ſacerdos de of or. Melius eſt, vt dixi ſ. ad reuelandum, quia non poteſt negari, quin ſciat vt homo. hæc Sco. ibi ſupra.

5 Vtrũ liceat ſaltẽ reuelare de licẽtia ↄfitentis? Reſ. tenẽt, quidam ꝙ ſic illi, q vtilis & neceſſari⁹ eſt ad pficienda, q̃ requiruntur ad illud forũ, qa adhuc gerit pſonã Dei, ſed alij perſonæ non licet, & hmõi opin. eſt Ri. vbi ſ. S. Bo. verò & Pe. & S. Th. ea. di. tenẽt ꝙ licitè pt reuelare, niſi timeat de ſcãdalo [d] & hoc ſolũ ei, q pt pdeſſe, & non obeſſe. ita tñ ꝙ ſacerdos conſtituat ſe nũtiũ confitẽtis. Sed magis mihi placet opinio præfati Aur. vbi ſ. & Land. ea. di. ꝙ nullo mõ licet, qa confitẽs non pt diſpenſare in legẽ naturæ diuina, & in eſſẽtia ſacr̃i. & ideò cauti⁹ [e] ẽ, ꝙ faciat ſibi dicere ex̃ ↄfeſſionẽ hoc, qđ vult qđ reuelet. [f]

1 Vtrum ſucceſſor in dignitate teneatur ex contractu inito cum prædeceſſore ſuo? Reſ. Pa. in c.1.de ꝓba. ꝙ ſic, ſi fuit initꝰ nomine dignitatis, ẽt ſi fuerit initus cum ſubdito ſuo. ita tenet Cyn in l.digna vox, C. de legibus, & Io.An. & cõmuniter ſequentes, etiam ſi talis ſit Papa, vel imperator. facit.l.Cæſar, ff.de publi. & etiam quia talis obligatio eſt de iure naturali, cui princeps ſubmittitur; [c] facit Cle.paſtoralis §.cæterũ, de ſen.& re. iudi.

3 Vtrũ dignitas poſſit appeti, vel quæri? Rñ. ꝙ dignitas eccleſiaſtica non, imò ipſo iure efficitur indignꝰ, & dẽt repelli. 1.q.7.ſicut is [d] qui. dignitas verò ſecularis, ſi eſt dignus & aptꝰ, po

a Sine iuriſdictione] Hoc eſt verum, quando officium eſt nudum miniſterium, ita ꝙ non habeat prærogatiuam præ alijs, vt in exemplis hic poſitis, ſecus, ſi eſt officium cum præeminentia, vt theſauraria, pro hoc tex.in c.1.de conſue.li 6.

b Non dignitatem] Licet.n. iſta ſecundũ aliquos videatur eſſe ſynonima, tamẽ mihi melius videtur dicendũ ſecundũ Ge in d.c.1. de conſuet. quòd dignitas habeat ſe ad officium, & perſonatũ vt genus ad ſpeciẽ. Nã dignitas eſt quoddam nomen gñale gñaliſſimum aptum denotare oẽm habentem aliquem gradum præeminentiæ. Ad hoc gl.1.4. di. denique, & iſtud nomen ſumitur largè & ſtrictè ſecundũ naturã materię, in qua fit prolatio, vel ſecundũ intentionem proferentis, ſi de ea conſtat vnde ẽt in materia ſtricta & pœnali comprehenditur appellatione dignitatis epatus, & ſuperiores, qñ exprimitur.c.fęlicis.§.ꝙ ſi quis, ꝓ pœ. Qñque nõ cõprehẽditur epatus, vt de præb.c.2.& de conc.præb.c. dilectꝰ. Perſonatus verò, & officium ſunt ſpecies cõprehenſæ ſub illo genere. & iſta ſunt nomina potius impoſita ſecundum conſuetudinem prouinciarum diuerſarum quæ ſuos prelatos diuerſimodè nominant, & ex diuerſo modo loquendi. probatur in c.cum acceſſiſſent, de conſti. Quare &c.& iſta procedunt in dignitatibus eccleſiaſticis. De ſœcularib. autem vide plenè per Bar.in l.1.C.de dign.li.12.Adde, quod denominatio debet fieri a digniori, vt colligitur ex glo. 1.in l.1.in prin.de verb.obli. Nam ſtipulatio ibi denominatur a digniori, ſcilicet ſtipulatore, quia ſtipulator cenſetur dignior triplici reſpectu. Primò quia interrogatio eſt caput ſtipulationis, & caput cenſetur dignitas.l.cum in diuerſis, ff. de relig. & ſum.fu. Secundò quia interrogatio eſt principium, cẽſetur dignior pars.l.1.ff.ꝺ ori. iuris. Tertiò qa interrogatio eſt pars actiua, reſponſio eſt pars paſſiua ſed nobilius ẽ agens, q̃ patiens, vt dicunt philoſophi & Bar. in l. prima C de regula Cato. alibi dicit tex. quòd beatius ẽ magis dare &c.c. cũ Marthæ, de cele.miſ. c.prędicator.16. q.1. & gl. in ru. ff.commo. benè facit, quod in ſimili habemus, ꝙ papa appellat ſe epiſcopũ eo, quia in eccleſia Dei nullus ordo eſt dignior epiſcopali, gloſ. ĩ proœ 6.in ver. eps, facit etiam quia, vbi in eadẽ perſona concurrit duplex dignitas. denominatur a digniori, puta quia aliquis ſit miles, & comes, dux & Marchio, denominabitur a ducatu tanquam a digniori, ſecundũ Inno.& alios in c.ſolitæ, de maio.& obe. facit quod habetur in c.inter dilectos, de fi.inſt. de eo qui erat epiſcopus, & comes. facit quod no. dicit Bal in l.fi. C.de ſer.fu. ꝙ filius non eſt nobilis, quamuis mater ſit nobilis, quia nobilitas eſt quædam dignitas, a parentibus deriuata, quæ nominatur a potentiori cauſa.& certum eſt, ꝙ potentior eſt forma, quàm materia, cum forma ſit agens, & materia patiens, & nobilius ſit agens patiente, vt ibi plenius per eum, facit quod no.Bald. in l.2.per illum tex.C.communia de leg.in.1.no.quod in vnitis ad inuicem dignius trahit ad ſe minus dignum.c. 1. de conſ.ec.vel al.gl.in c.de ieiunio.86. diſt. quamuis contrarium dicat gl. in c.ſuper quęſtionum, de of. deleg.

c Submittitur] Ab.diffuſè ponit hanc quæſitũ ibid. 1.no.& 2.vide etiam no.in c.in eccleſiarum, de con. & vide quæ ſcripſi infra, princeps.

d Sicut is] Sicut is, qui inuitatus renuit, quęſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus, ſic qui vltrò ambit, vel importunum ſe ingerit eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nitit ad altiora conſcendere, quid aliud agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profundo deſcendat, hoc ibi in prin. Ad idem.c.in ſcripturis.7.q.1 & eſt tex.Gre.in regiſtro, ſicut locus regiminis deſide-

rantibus

teſt appeti & peti, & ab eo qui poteſt eam dare etiam mediante pecunia, & dum mõ palã [a] detur, & petatur vt ff. de polli. l. 1. §. 1. ff. de decu. l. eos, & ff. de of. prẹto. l. Barbarius, in prin. Secus, ſi clã, vt C. ad l. Iul. rep. l. fi. in prin. ibi, ad honoris ambitione inſignia non vel ꝑcio ſimiliter licèt dare pecuniã, vel petere, vt ↄfirmet, vt no. gl. ſing. in d. l. eos, facit ꝓ his omnib. gl. in l. vnica [b] ff. ad l. Iul. de ambitu. Similiter licet emere militiã [c] ff. de ac. em. l. creditor. §. inter venditorẽ, qđ limita [d] ſi quærit, vt proſit, non vt ꝓſit, qa ſic peccat, đ quo vide ſupra, ambitio. §. 1. & 7. offm̃. §. 2. Ari. tamẽ 1. poli. c. 5. dicit, ꝙ licitè appetit̃ principatus, ſi tria concurrant. Primò ꝙ habeat amorem ad conſiſtentem politiam. Secundò potentiã maximorum operum principatus. Tertiò virtutem, & iuſtitiam in vnaquaque politiam eam, quæ ad politiam pertinet, vnde ſecũdũ eum licet ſcienti ſe habere prædicta tria appetere principatũ pp vtilitatẽ reipublicæ, ſed ñ licet ei eũ petere, vñ dicit 2. poli. c. 6. nõ bene ſtatutũ eſt ipſum petere, q principatu dignificabitur.

3 Vtrum qs poſſit habete plures dignitates eccleſiaſticas ſimul, Vide ſupra beneficium. §. 35. cum ſeq.

4 Vtrũ ep̃s poſſit diſpẽſare cũ eo, q. 20. habet annũ ſolũ, vt poſſit habere dignitatẽ eccleſiaſticam ſine cura animarũ? Reſ. ꝙ ſic, [e] ca. ꝑmittimus, de æta. & qual. li. 6. offm̃, q̃tuncũque vile, dr̃ dignitas, qñ ſit principe mãdante, tex. eſt in l. nemo ꝑfect[9], C. de digni. & ſic verificat̃. l. vnica. C. de man. prin. vbi dr̃, ꝙ nulli credat̃ ſe mãdato principis veniſſe, niſi in ſcriptis oſtẽdat, & additur, nec vllius dignitate terreri ſiue tribuni, ſiue notarij, ſiue comitis proferat dignitatem. hæc ibi.

DILAPIDATOR dicitur prælatus, qui res eccleſiaſticas alienat, & male expendit, qui debet deponi. 11. q. 2. apoſtolicos, & 17. q. 2. nullus res.

1 Vtrũ ſuſpecto de dilapidatione dẽat dari coadiutor? ℟. ꝙ ſic. vide ĩ c. venerabili, de of. del. & c. licet Hely. §. qa verò, đ ſim. vide s̃. coadiutor. §. 2. & quod ibi notaui.

DILIGERE [f] Deum debemus ex toto corde &c. de pœ. di. 2. §. charitas eſt. vide ſupra, charitas.

1 Vtrum teneamur [g] diligere inimicos? ℟. S. Bo. in 3. diſt. 30. q. 4. & 5. ꝙ eſt affect[9], & effectus dilectionis duplex. [h] Prim[9] innocentiæ, quo nolumus nocere; & iſto modo eſt in prẹcepto. vnde quilibet tenet̃ nõ optare eis malum, inquantũ malum eſt. i. per ſe, poſſumus tñ per accidẽs optare eis malũ, puta ſi credimus, ꝙ ſit expediens ſibi, vel eccleſiæ, vel cõitati; ſed inferre quò ad effectum non licet, niſi ſit officialis, cui competit, & zelo iuſtitiæ faciat, vel in caſu permiſſo a iure. Alius eſt affectus, & effectus beneficentiæ, & hic eſt duplex, quidã a caritate elicitus, quo quis optat alij ſummum bonum, vel bona ſpiritualia, ſ. gratiam, & gloriam; & iſte eſt in præcepto erga inimicos, quidam eſt a charitate imperatus, quo quis optat alij bonum temporale, & proſperitatẽ tranſitoriam; & iſte non eſt in præcepto nec quò ad affectum, nec quoad effectũ, niſi in caſu neceſſitatis. eſt tñ perfectionis optare talia inimico, niſi ꝑ accidens, inquantum putantur ei, vel alijs nociua, vel ſi eſt inimicus eccleſiæ, aut cõitatis, quia tunc eſſet imperfectionis optare ſibi bona tẽporalia. Intellige tñ ſm Ale. in 3. parte ſum. trac. de charitate, ꝙ [i] ẽ ꝑceptũ affirmatiuũ, quod non obligat ad ſemper, i. cum non ſumus in conſideratione, aut dormim[9], ſed ſolũ pro loco & tẽpore, quãdo de hoc cogitamus, vel neceſſitatis

caſus

rantibus negandus eſt ita, refugientib. offerendus eſt. Nam qui ſe ingerit, ſuſpectus ẽ. ff. de proc. l. quæ omnia.

a Dũmõ palam] hoc eſt verum ꝓ honore ſine adminiſtratiõe, qa tunc licèt dare pecuniã palã ſed pro honore cum adminiſtratione nullo mõ licèt dare. Ita loqtur titulus in aut. vt iud. ſine quoquo ſuffr. Ita no. Bar. in l. vnica, ff. de ambitu.

b Gl. in l. vnica] Quæ iſta dicit & adde. l. 1. C. eod.

c Militiã] Glo. in d. §. inter dicit ſu ꝑ ver. militiæ. i. cuiuſlã reditus, vel præbendę. & vide ad materiã huius. §. quæ vtiliter & elegãter ponit Archi. flo. 2. parte ſummæ. ti. 3. ca. 5. per to. ſed maximè ĩ §. 4. 5. 6. & 7.

d Quod limita] Semper tñ vr̃ nocere datio pecuniæ, vt c. noli, de ſimonia.

e Reſ. qđ ſic] niſi aliud obſiſtat impedimẽtũ, vt qa bigam[9], illegitim[9], criminoſus, & hmõi, vt ĩ tex. & gl. in d. ca. permittimus.

f Quomõ id fiat Cat. lege in ora. Do. in ver. ſanctificetur no. & in ꝑceptũ decalogi, Hono. pa. P. V.

g Ad hoc Cate. in ora. do. in ver. & dimitte nobis &c. P. V.

h Dilectionis duplex] Adde illud Mat ver. Diligite inimicos veſtros &c. quia declaratur per hanc doctrinam.

i Tractatu đ charitate] Ar. 3. Vbi ẽt dicit, ꝙ ad ampliorẽ affectũ tenentur perfecti.



caſus occurrit. Limita etiã prædicta ſm S. Bon. vbi ſupra. q. 5. & Ri. ibidem ar. 1. q. 1. in effectibus ſpecialib. ſed quò ad effectus generales tenetur quis de præcepto diligere inimicos, puta quis orat in generali [a] pro populo, prædicat, facit eleemoſynam generalẽ, & hmõi, quia tenet̃ non excludere eos a talibus, & ẽt tenetur ad effectũ ſalutationis ſm Ri. ibidem, q̃ cõiter impenditur; niſi in caſu qñ timeret eos prouocari ad malum aliquod, vel aliud inconueniens oriri.

2 Vtrũ [b] teneamur remittere ſigna rancoris? ℟. ſm Ri. vbi ſupra q. 2. ꝙ ſic, ſi petit veniam; actionem autẽ nunquam, vel dic ſecundũ Ale. vbi s̃. ſ. in d. ar 3. ꝙ eſt rancor. qui comitatur appetitum vindictę, & hunc dimittere eſt ꝑcepti, vt s̃. patet. & eſt punitio, quã comitatur zelus iuſtitiæ; & hanc nullus tenet̃ remittere de neceſſitate. not. tñ, ꝙ ſunt q̃dam ſigna propinqua, q̃ gerunt probabilẽ ſuſpicionem rancoris, vt cũ qs nunquã vult loqui iniurianti, vel cũ obuiat, diuertit, vel toruo vultu reſpicit, & huiuſmodi; & talia nulli licet tenere ſiue ante ſatisfactionem, ſiue poſt, qa ab oĩ ſpecie mali eſt abſtinendũ. nã ex talib[9] ſignis patet inimicitia. facit ca. 2. de renun. [c] li. 6. & l. dolũ, C. de dolo. [d] vide quod no. in c. cũ Adrianus. 63. di. vbi gl. vult, ꝙ qñ quis alium non ſalutat, prẹſumitur eſſe inimicus, [e] quã limitat Pa. in c. repellant̃, [f] de accuſa. veram, qñ erat ſolitus ſalutare. Sunt alia ſigna remota, vt non cõuerſari amicabiliter non facere ſibi mutua ſeruitia, non ↄtinuè conuerſari, & hmõi; & ſi hoc facit, vt magis viuat in pace, & ille magis cognoſcat delictum ſuum, non peccat; aliàs petenti veniã, & ſatisfaciẽti pro poſſe, non poterit ſine peccato, veniali tamen, iſta denegare. Vide de hoc infra, Iniuria. §. 6. & 7.

3 Vtrum diligere mũdum ſit peccatũ? ℟. ſm Alex. 2. 2. trac. de auaritia, q. 2. ꝙ aut diligitur ad neceſſitatem; & ſic non eſt pcm̃. Vñ Beda ſuper illud. 1. Io. 2. Nolite diligere mundũ, vtimini mundo ad neceſſitatẽ, non ad voluptatem. Aut diligit̃ ad voluptatẽ & ſuperfluitatẽ; & ſic eſt prohibitum, & licèt ordinatè quis poſſit amare mundũ, tñ difficilè eſt, qm̃ eſt occaſio peccatorũ. Aut diligit̃ mund[9], vt finis in eo ↄſtituat̃, & pp ſe, & licèt non ſit in eo aliquid appetendũ pp ſe, tñ æſtimat̃ in eis ſufficientia, cũ non ſit, & ſic cadit ſub ꝓhibitione talis dilectio, & iſtis duobus modis dicitur, Nolite diligere mundum. 1. Ioann. ſecundo. & nomine mundi intelliguntur temporalia, eſt etiam diligere mũdum, ideſt longo tẽpore velle ſtare in mundo pp delitias, & ſic eſt veniale pctm̃, ſed perpetuò velle ſtare non p̃t eſſe ſine mortali peccato, ſi eſt deliberatio voluntatis ſm Pe. de Pal. in 4. di. 21. velle ſtare pp prolongari ſolùm non eſt peccatum, ſed ſi vt magis mereatur, & melius operetur, eſt meritorium.

DILIGENTIAM, qualẽ tenet̃ qs ponere in reb. alienis, vide s̃. Cõmodatũ. §. 1.

DIOECESIS [f] eſt, vbi epiſcopus. 16. q. 3. c. quicunque.

DISCERE debet qlibet ante, q̃ doceat, 33. di. c. his igitur, [g] in fi. 37. diſti. relatum, & 61. diſtinctione. capi. in ſacerdotibus, [h] & 16. quæſtione. 1. ſi clericatus, & q recuſat diſcere, diaboli membrum eſt. 38. diſtin. nullus, & ſacerdotes debent ſemper ſacris literis intendere, ſimiliter prẹdicatores. 86. diſtinctio. §. ecce, & 38. diſtinction. ignorantia, etiam ſenes, & Aug. dicit ſe libenter a iuniore addiſcere. 24. q. 3. ſi habes circa medium.

DISCIPLINA [i] eſt vltrix malæ vitæ. 23. quæſtio. quinta, capitulo. ad fidem, non amat filium, aut ſeruum, qui eum non diſciplinat, eadem quæſtione. c. non putes mali ſunt flagellandi, [k] non interficiendi.

a Orat in gñali] Ad idẽ vid. S. Th. 2. 2. 25. ar. 8. & 9.

b Cathe. in Ora. Do in ver. Et dimitte nobis, itẽ ĩn præceptũ, Nõ occides. P. V.

c Facit c. 2. de re nun.] Et ibi glo. ĩ ver. cõiecturas.

d L. dolũ, C. de dolo] vbi dolus ꝓbat̃ ex perſpicuis cõiecturis.

e Inimicus] Facit c. cum ſuper, de off. delega.

f Pa. in c. repellantur] in 1. no. Et ſic no. qđ amicitia, vel inimicitia probantur ex coniecturis, cum oriantur ex affectione animi, & animus niſi per coniecturas ꝓbari p̃t. Et vide ar. optimũ in l. latæ culpę. § amicos, ff. de ver. ſig. vbi ex cõuerſatione frequenti ꝑſumitur amicitia; & facit. c. eijciẽs. 88. di. &c.

g Adde, cur diſtinctæ dięc. Cõ. Trid. ſeſ. 24. ca. 9. de refor. P. V.

h c. his igitur] no. ſingulariter illũ tex. vbi depingit̃ vita clericorũ.

i C. in ſacerdotibus] Meli[9] tamẽ hoc ꝓbatur in c. miſerũ, e. di. & in c. cum in magiſtrum, de elec.

k Ea neceſſaria populis, Cõ. Tri. ſeſſ. 13. c. 1. eccle. conſeruãda & reſtituẽda 25. c. xx. de ref. monaſtica. c. 21. ac regularis. c. 1. de regula. P. V.

23.q.5.c.1. & 2.& per totã qõnem facit eleemoſinam qui ꝑ diſciplinã corrigit. 45.di.& qui emẽdat, cum miſericordia eſt tẽperãda, c.diſciplina.45.di. & citra effuſionẽ ſanguinis, ar. de rap.ca. in archiepiſcopatu vide ſupra, Correctio.1.

DISCORDIA [a] vtrũ ſit pctm̃ mortale? Reſp. ſm̃ Th.2.2.q.37.ar.1. ꝙ diſcordia eſt pctm̃, inq̃tũ concordiæ ꝯtrariat̃, qđ quidẽ p̃t eſſe dupliciter, ſ. per ſe, aut per accidens ꝑ ſe. i. cũ ſcienter & ex intẽtione (ſic enim accipitur, qa ꝑ ſe dr̃ eſſe id, qđ eſt ſm̃ intẽtionẽ in humanis actib. & motibus) diſſentit q̃s a bono diuino, & bono ꝓximi, ĩ quo tenetur ꝯſentire, & tũc eſt mortale ex genere ſuo ꝑꝑ ꝯtrarietatẽ ad charitatem, & hoc eſt qñ cognoſcit tale q̃d ſm̃ rõnẽ eſſe fiẽdũ, [b] tñ non vult alijs aſſentire, nè videatur ſequi opi. aliorũ tanq̃ minus ſapiens, vel ex odio, aut diſplicentia ad aliũ, cui quæritur prouideri, vel alia ex cauſa. & ſic intellige c.oblationes diſſidẽtiũ.90.di.& ca. abijt.11.q.3.& c. Iſmael di.56. Limito hoc in reb. alicuius importantiæ, aliàs eſſet veniale, ſicut ĩ pueris patet. primi ẽt motus huius diſcordiæ ſũt veniale pcm̃ ꝑꝑ imꝑfectionẽ actus, qñ aũt diſcordia ẽ per accidens, qđ eſt, quãdo in actib. humanis ẽ præter intentionẽ, ſicut cũ vnus dicit, & credit bonum tale q̃d, [c] alius opinatur ꝯtrariũ tunc non eſt pctm̃, niſi ſit cũ errore circa ea, q̃ ſunt đ neceſſitate ſalutis, [d] vel cũ pertinacia indebita, quia charitas eſt voluntatum vnio, non opinionum.

DISCRETIO eſt mater oĩum virtutũ, 1.q.5.p̃ſentiũ, de offi. cuſto.c.1. ẽ neceſſaria in prælato ĩ corrigendo. l.di. ponderet. p̃dicatori.43.di. ſit rector.§.vl. confeſſori.23.q.4.his qui, de pę.di.1.quem pœnitet, de pœ.& re.c.omnis.

DISPENSATIO [e] eſt iuris cõis relaxatio facta cũ cãæ cognitione ab eo, q̃ ius hẽt diſpẽſandi, ſm̃ gl.1.q.7.§.multorũ, aliàs ẽ.§. niſi rigor, & addit diſpẽſare eſt diuerſa pẽſare. nã oĩa hęc, de quib ibi fit mẽtio, penſare dẽt, qui diſpenſare vult, & quæ ſint illa, infero in qõnẽ ſequẽti, & iõ ſm̃ Ber. in li. de diſpẽſatione, & p̃cepto, p̃lati ſine cã rationabili vel ſaltẽ dubia, ſed pro ſola voluntate dãtes licentiã veniendi contra legẽ, ſunt diſſipatores, [f] non diſpenſatores.

1 Quæ ſunt cauſæ legitimæ diſpenſandi? Reſ. vt colligo per totam q.7. primæ cauſæ ſunt ſex. Prima, tempus, ibi.c.neceſſaria, & c.quod pro remedio. nam defectus noſtri temporis, quibus non ſolũ merita, ſed corpora ipſa defecerunt, diſtrictionis illi⁹ nõ patitur manere cẽſuram.34 di. fraternitatis tuæ. Secunda, vtilitas valet, vt alij facilius reuertãtur. [g] 23.q.4. ipſa pietas, & prima q.7.tali. Tertia, qualitas perſonæ & meriti, & ſcientiæ, d.c.tali, & capitul. didici, cum alius ęquè dignus non ſit. Quarta, religio.78. diſtinct. capitulo monachus, de ſen.excomm.c.cum illorum. Quinta, multitudo ratione ſcandali vitandi.l. diſtinct, vt conſtitueretur. Sexta neceſſitas, dicto capit.tali.

2 Vtrum diſpenſatio neceſſariò [h] req̃rat cauſæ cognitionem? Reſ. Panor. in capitu. diuerſis, de cle.coniu. ꝙ in principe non, ſed ſufficit ſola ipſius voluntas in his, quæ ſunt iuris poſitiui ſolùm, vt no. Innocent. in capitu. cum ad monaſterium, de ſta.mo. ſed in inferiore ſic, vt no. gloſſ. [i] in d.§. niſi rigor. vnde, ſi fiat ſine cognitione cauſæ, eſt diſſipatio, non diſpenſatio, & venit puniẽdus, qa egit ꝯtra legem [k] vide bonã gl. ĩ c.2. đ ſchiſ. vbi plenè no.do. tenet tñ quò

ad

a Catec. in p̃ce. Non loq̃ris fal. teſt.c. ꝓhibetur. Pet. Vend.
b Eſſe fiendũ] vt ſi in republica tractaretur de faciendo ſtatuto ꝯ̃ blaſphemos, luſores, & hmõi, & alius diſſentiret.
c Tale quid] vt puta facere eleemoſynam certæ perſonæ, vel religioſo loco.
d Salutis] Puta circa fidem, & virtutes.
e Diſpẽſatio] vide đ diſpẽſatiõe multa ꝑ Iaſ. in l. fi. ff. đ cõſti. prin.
e Multa ſtatuit S. Syn. Tri. de diſpẽſatione qñq; concedẽda, qñq; denegãda, q̃ margine cõplecti nequirent, vide tabulam a Ziletto impſſæ Venetijs Reper. ẽt inqui. cũ anno, P. V.*
f Diſſipatores] ad hoc gl. no. in c.non eſt, extra de voto.
g Reuertantur] Diſpẽſatur. n. cũ hæreticis, vt poſſint retinere bñficia, vt alij conuertantur.
h Neceſſariò] Hic rationabiliter poſſet poni exemplum. vt. j̃. §.12. ſed vt ſit aliqua diuerſitas, pone exemplum. Voui ieiunare in pane, & aqua quæro diſpenſari a ſuperiore, nũquid ſuperior teneatur inquirere de cauſa, qua volo diſpenſari? & reſpõde vt hic.
i No.glo.] Dum dicit, ꝙ diſpenſare eſt diuerſa pẽſare, vnde ex ꝓprio ſignificato vocabuli diſpenſatio videtur cõceſſa cauſa ſubſiſtente, & cognitione præcedente, cur expediat ſic diſpenſare.
k Contra l.] Et ſic debet reuocari in caſu non cõceſſo, ſeu permiſſo, de quo vide in c. at ſi clerici. §. de adulteris, de iudi.



ad eũ, qui diſpẽſauit, quia non põt cõtrauenire, neq; ea reuocare, ex quo egit actũ, in quo potuit [a] diſpenſare, licèt non teneat quò ad ſuperiorem, vt no. gl. in d.c. diuerſis.

3 Vtrum diſpẽſatus ſine cã legitima ſit tut⁹ quò ad deũ? ℞. vt colligo ex Inn. in d.c. cum ad monaſteriũ, & Pa. ĩ c. non eſt voti, de voto, ꝙ aut loq̃mur de Papa, aut đ alijs. ſi đ Papa, aut loquimur in his, q̃ ſunt iuris diuini, vt ĩ voto, iuramẽto, & hmõi; & ſic non põt [b] diſpẽſare ſine iuſta cã; aliter diſpẽſatus nõ eſt tutus quò ad deũ. ſi autẽ ſubeſt iuſta cã, tenet diſpẽſatio, & ẽ tut⁹ ẽt ĩ voto caſtitatis, & paupertatis ſm̃ Inn. [c] vbi s̃. Si verò loquimur de his, q̃ ſunt iuris poſitiui, poteſt ſine cauſa, & eſt tutus in cõſciẽtia, quia eius ẽ deſtruere, cuius ẽ concedere, nec prĩceps tenet̃ legib⁹ ſuis ligat⁹. l. digna vox, C. de le. limitat tñ Pa. đ pluralitate beneficiorũ, in qua nõ põt ſine cã legitima; & ita tenet Io.An. ĩ c. đ multa. đ p̃ben. qa oĩa bona eccleſiarum ſunt dei, vt in.c.cũ ex eo, đ elec.lib.6. & ideò nõ eſt tutus taliter [d] diſpẽſat⁹ đ quo dic, vt.s̃. beneficiũ. §.35. Ex quib⁹ infert Pa. [e] ꝙ non eſt tutus religios⁹, cũ quo diſpẽſat ſine cauſa iuſta, vt trãſeat ad latiorẽ religionem. Similiter ſi pręficitur eccleſię curatę cauſa legitima non ſubſiſtẽte, puta quia nõ eſt apt⁹ ad offm̃ prędicãdi, vel exercitium curæ. [f] Vnde dicit gl. ſing. ĩ ca. monachi vagantes.16. q.1. ꝙ religioſus promot⁹ eccleſiæ ſęculari, nõ vt ꝓſit, ſed vt p̃ſit, peccat mortaliter, qa fecit ꝯtra votũ ſuũ. Si loquimur de alijs à Papa, ſic clarũ ẽ, ꝙ non eſt tutus quòad deũ, nec quò ad eccleſiã, vt no. Inn. vbi s̃. quia cuicunq. alij à Papa ꝯcedit̃ diſpẽſare, intelligit̃ ꝙ hoc faciat ex cã legitima; & iõ dẽt fieri cũ cauſę cognitione; qđ not. bene.

4 In quibus põt diſpẽſar̃ papa, Vide. j̃. Papa, ꝑ totũ.

5 In quibus caſib⁹ põt epiſcopus diſpẽſare? [g] ℞. ꝙ gl. in ſum. l. diſ. & ĩ d.§. niſi rigor, & do. ĩ c. at ſi clerici. §. đ adulterijs, đ iudi. ſatis confuſè loquũtur, & ꝯriè. Sed tu dic clar̃, ꝙ aut diſpẽſatio eſt in faciẽdo contra canones, vel concilių; & ſic nõ põt, niſi hoc ei expreſſè à iure ꝯcedat̃ c. dilectus [h] de temp.or. & ſic intellige opi q̃ dicit, ꝙ non põt niſi ea concedat̃ exp̃ſſe, vt ĩ d. cap. dilectus, & ſic colligo, ꝙ epis concedit̃ diſpenſatio in omnibus criminibus minoribus adulterio, nam peccans mortaliter notoriè, notorietate iuris, non poteſt promoueri.26. diſt. primùm itaque, in gl. magna, & promotus deponitur. l. di. qui ſemel. & ideò indiget diſpẽſatione, q̃ epis ĩ crĩbus minorib. adulterio ꝯcedit̃ gñaliter, vt no. ĩ d.c. at ſi clerici. §. de adulterijs. concedit̃ etiam in aliquibus maiorib⁹, vt đ hæretico, & ſchiſmatico. l.di. p̃sbyteros in gl. Itẽ in ſacrilegio. l.di. ſi q̃s p̃sbyter. & q̃uo in iſtis & multis alijs diſpẽſat. j̃. ſubijciam. In trib⁹ tñ caſib⁹ poteſt eps diſpẽſar̃ ꝯtra canonẽ, & ꝯciliũ, licèt ei exp̃ſſe non ꝯcedat̃. Primò ratione ꝯſuetudinis, vt qa ꝯſuetudo præſcripta habet, vt diſpenſar̃ poſſit. c. fi. de conſue.11. quæ.1. quicunque ꝯſuetudo. n. facit valere diſpenſationẽ, quæ aliàs non valeret, ar. đ cele.miſ. pernitioſ⁹ [i] cũ ſuis concor. & ar. de trãſac. c. fin. Secundò ratione magnæ neceſſitatis, vel vtilitatis de nouo emergenti & inexcogita



a Potuit] Puta, eps ſcienter cõtulit beneficium clerico coniugato. poterat n. ex cã diſpẽſare. ſed qa nõ fuit adhibita cãæ cognitio, vult Papa, ꝙ ille cleric⁹ ſpolietur beneficio per ſuperiorem epi, vt in d c. diuerſis.
b Et ſic nõ poteſt] Rõ, qa Papa tenet̃ defẽdere ius diuinũ vſque ad ſãguinẽ.25 q.1. ſũt q̃dã. Et de iuramento no. ſing. Inn. in c. cũ inter, de renun. & in c. cũ iã dudum, de p̃ben. d. Ant. poſt In. in c. dudũ, 2. de ele. doc. in c. fi. de teſti. cog. vide oĩno Anc. in cõmẽ. c. canonũ ſtatuta, de cõſti. in 2. op. & ĩ rľa, poſſeſſor.13. car. ver. quęro, 5. & in con. 312, & ꝙ ille nõ ſit tutus, cũ quo p̃lat⁹ diſpenſat ſinę cã, tenet Th. 2.2.q. 88.ar.vl. Vide ẽt de iurõ, & voto Archi. in c. q̃ ad perpetuam.25. q.1. vbi dicit, ꝙ licèt papa poſſit diſpẽſare ſup voto, & ſup deci. tñ ſi diſpenſat ſi necã, peccat. vid ẽt ſpe ti. de le. §. nũc bre. ver. & no. ꝙ ſi papa, & Bar. in l. liberos. C. de dolo. Adde iſta. j̃. iuramẽtum. 6. in prin.
c Secundũ Inn. vbi. s̃.] & ibi ẽt Abb. circa fin. & hr̃ ibi de cauſa.
d Tut⁹ taliter] licèt Pe. đ An. vt refert ibi Ab. tenuit ꝯriũ, ſ. papã non peccare diſpẽſando ſine cã ſup p̃litate bñficiorũ, & firmat Inn. in d.c. cũ ad monaſteriũ, ſed iudicio meo nõ bene.
e Infert Pan.] Fuit tñ illatio d. An. vt refert.
f Exercitiũ curæ] Nã ꝑꝑ hoc bonũ publicũ emanauit illud ius diſpẽſatiuũ, vt religios⁹ poſſit p̃fici eccleſiæ ſęculari, vt in. c. quod dei, de ſtatu mo.
g Eps diſpenſare] Vide pleniſſimè ꝑ ſpe. ti. de diſpẽſa. §.1.
h C. dilectus] Ibi tex. loquit̃ đ archiepiſcopo, qui nõ potuit diſpẽſare, vt tres ordines ſacri vno die cõferant̃.
i C. pernitioſę] ibi dr̃, ꝙ conſue

tæ tpe conſtitutionis, quia tūc eps pōt diſpēſare, vt tenēt dñi de Ro. dec. 205. & Io. de Lig. ī d. c. at ſi clerici & ſequit̃ Pa. ibidē. & Bald. no. in l. oēs populi, ff. de iuſti. & iu.[a] & Bar. in l. ſi hominē. ff. man. ponit exēplū, ꝙ in ciuitate Peruſij fuit factū ſtatutū, nè qs deferret arma; & tñ priores pñt dare lnīam portandi ꝑꝑ brigā ciuitatis, quā de nouo hēt; & ēt ſtatuere, qa eſt caſus nouus non ꝑuiſus a ſtatuētibus, ēt ſi iuraſſent ſeruare illud ſtatutum, vt no. Bal. in ℞ C. q aduer. poſſ. ī prin. & Bar. in 2. cōſti. C. §. quib. extra gl. quæro facit d. l. ſi hoīem, vbi ꝓcurator gñalis ex noua cā prohibet ſpāli procuratori, nè exequatur manumiſſionē ſibi cōmiſſam, & bene, vt ibi. ex quibus ↄcludo epm poſſe diſpēſare in gradib. ꝓhibitis ī mrīmonio, qñ impedimētū eſt occultū, & ad Papā nō p̄t haberi recurſus, & ſeparatio nō p̄t fieri ſine notabili ſcādalo, ſicut ſæpe euenit in mulierib. q̄ cognitæ fuerunt a ↄſanguineis viri ante, q̄ ↄtraherent mrīmoniū. Tertiò qñ canō dicit diſpēſationē poſſe fieri, licèt aliter exp̄ſsè nō indulgeat, ꝙ tūc eps pōt, ar. c. nuper,[b] de ſen. ex. ita tenet Io. de Lig.[c] & Io. Cal. & originaliter fuit dictum Inn. in c. dilectus, de temp. or. quia fruſtratoriè intelligeret de Papa,[d] qui ſemꝑ pōt indulgere, & hoc etiā tenet gl. in ver. diſpenſatū, in c. poſtulaſti, de cle. exc.

Aut diſpenſatio eſt ſuꝑ eo, quod iā eſt factū, vt toleretur; & ſic pōt eps, niſi prohibeatur, vt in d. ca. nuper ar. ad hoc. 22. q. 5. hic vr̃; & ſic intellige ſecūdā opi. illorū, qui dñt, ꝙ eps pōt diſpenſare niſi in caſib. vbi expreſsè prohibet̃ ſibi. Sed vt clarius ſcias, qñ ei ↄcedit̃, & qūo, & qñ ei prohibetur. hic recolligo, q̄ ad forū conſciæ pertinent, quaſi pro tabula totius iſti⁹ ſummæ, & primò qūo diſpēſet cū apoſtata, Vide s̃. Apoſtaſia. §. 6. & Irregularitas. 1. §. 27. Itē in bis baptizato, Vide Baptiſmus, /. §. 9. & 10. & irregularitas. 1. §. 24. Itē cū eo, qui recipit beneficiū de manu laici, Vide beneficiū. §. 12 Itē in clerico coniugato, vt hēat beneficiū, Vide beneficiū. §. 15. Itē in illegitimo, vt hēat beneficiū, ibidē. §. 17. cum multis. §. ſeq. Itē qūo quis habeat beneficia plura, ibidem. §. 38. Item in bigamo, Vide bigamia. §. 9. Item vt quis ↄtrahat mrīmoniū ſine bānis, Vide s̃. Clandeſtinū. §. 1. Item cū clerico exiſtente in ſtudio, nè promoueatur ad ſacerdotiū, & ſuper reſidentia, Vide Clericus. 7. §. 5. Item in vitiato in corpore, vt ꝓmoueat̃, Vide corpore vitiatus. §. 1. Itē in quibus criminib. diſpēſat, Vide crimē. §. 5. Item ī dignitatē cū eo, q hēt 20. an. vide s̃. Dignitas §. 4. Itē in pugnante in duello, Vide duellū. §. 1. Itē in ętate qūo pōt diſpenſare, vide ætas. Item qūo diſpenſat cū filio illius q occidit ſacerdotē eccleſiæ, a qua hēbat feudū, vid̃ hæreditas, §. 11. Item qūo diſpēſat cū homicida, vide homicidiū. 2. §. 1. & §. 9. & homicidiū. 5. §. 1. & 2. & 4. Itē cū eo, qui eſt in bello iniuſto, vide irregularitas 1. § 5. Item qūo diſpenſat cū infami, vide infamia. §. 1: Itē qūo diſpēſat cū p̄latis, nè ab officio amoueant̃, qñ procedit inquirēdo, vide j. inquiſitio. § 9. Itē qūo diſpenſat cū illo, q ligna ꝑ hęreticis cōburēdis poſuit, vide irregularitas. 1. §. 18. Item qūo diſpenſat in eo, qui ordinat̃ in excōicatione exiſtens, vide ibidē. § 22. Item cū eo, qui duos ordines ſacros vno die accepit, ibidē. §. 23. Item cū acolyto, q miniſtrat ad baptiſmū bis vni collatū, vide ibidem, §. 24. Item qūo diſpenſat cū eo, q ſuſcepit ordinem ab epo excōicato, vel q reſignauit epiſcopatui, ibidem. §. 30. & 31. Item qūo diſpēſat cum eo, qui ſuſcepit ordines extra tēpora debita, ibidē. §. 35. Item cū eo, qui miniſtrat in ordine, quem non habet, ibidem. §. 38. Item cum publicè pœnitente, ibidem. §. 49. Item cum illegitimo,

tudo valet in ſacrīs, nā Papa allegat ibi eſſe cōſuetudinē apponendi in calice plus de vino, q̃ de aqua. & in c. fi. hic allegato ī fin. dr̃ ibi, ꝙ qñ nō conſtat aliqd de iure, dēt ꝓcedi æquitate ſeruata in humaniorē partē declinādo ſecundū loca & tempora.

a ff. de iuſt. & iure] 7. col. ver. 2. caſu vbi dicit nō valere ſtatutum epi cōtra ius cōe editū, tū quia eſt inferior, tum qa illud ſtatutū nō pōt videri iuſtū, ex quo eſt cōtra ius cōe. l. ambitioſa, ff. de decr. ab ord. fa. ſubdit, niſi fortè ex euidenti & magna cauſa, arg. l. ſi hominē, ff. mā. hæc Bal.

b Arg. c. nuꝑ] vt puta indulget, vt excōicat⁹ a canone poſſit abſolui, eps pōt. Sic etiam dicim⁹ in materia diſpēſationis.

c Et Io. de Lig.] Refert Pan. in d. §. de adulte.

d De Papa] hoc dr̃ hic, qa d. An. vt refert Pan. dicebat hoc nō ꝓcedere, ſi conſtitutio, q̄ ſic indulgeret, eſſet concilij, ſed Pa. hoc reprobat, qa iſta indulgētia fruſtra intelligit̃ de Papa, cū ſemꝑ ſua autoritas intelligatur excepta, quare &c.



timo ibi. §. 52. Item cū filio illius, q occidit ſacerdotē eccleſiæ, a qua hēbat feudū, vide j. hæreditas. §. 12. Itē in impedimentis matrimonij vide matrimoniū. 3. impedimento. 18. §. 3. Item in ſolenniter pœnitēte, vide pœnitentia. §. 5. Itē qūo diſpenſat cum ordinatis a ſchiſmaticis, vide ſchiſm. §. 4. Item qūo in ſymoniaco in ordine, vel in beneficio, vide infra Simonia. 6. §. 2. & 3. Itē in alia ſimonia ibi. §. 5. Itē cū ſortilegijs, vide ſors. §. 4. Item qūo diſpēſat cum pugnante in torneamentis. §. vl. Item qūo diſpenſat in voto S. Iacobi, & Hieruſalem, vide infra totum. 4. §. 6. Item in voto caſtitatis. ibidem. §. 9.

6 Vtrū eps in caſibus, in quibus diſpenſare poteſt, poſſit hoc facere ſine capitulo? Reſ. Archid.[a] in c. his qui, & eſt c. 1. de fil. prēſ. li. 6. tenet ꝙ nō, ſed ego teneo cū gl. in c. cū ex eo, de ele. li. 6. in ver. epiſcopus, ꝙ ſic.

7 Vtrum Abb. vel alius p̄latus religioſorū poſſit diſpenſare cū ſuis ſubditis? Reſ. ꝙ non, niſi inquantum eis a iure, vel regula, aut ꝑ priuilegium conceditur, vt no. Inn. in c. 2.[b] de eo, qui fur. or. ſuſce. & do. Anto. in d. c. at ſi clerici, & ibi dicit Pa. ꝙ eſt communis opi.

8 Sed in quibus caſib. conceditur Abbati, vt diſpenſare poſſit? ℞. ꝙ ī 10. Primò ī nouitio, vt promoueatur ad ſacros ordines. 77. diſt. monachus.[c] Secūdò cum apoſtata monacho, vt poſſit miniſtrare, & aſcendere ad alios ordines, ar. l. di. c. fi. niſi apoſtaſia ſit in ordinato;[d] vt de apoſtatis. cap. fi. qa ad Papam tunc pertinet, vt ibi. Tertiò cum illegitimo monaſterium intrāte, vt promoueatur, in c. 1. de fi. presbit. Quartò ꝙ nō confiteantur, & euchariſtiam ſummant ſemel in mēſe, Cle. 1. d̃ ſta. mo. Quintò ꝙ monachus detur in capellanum eccleſiæ parochialis, ſi epi & populi conſenſus accedat. 58. di. ca. 1. & 16. q. 1. doctos, cū multis alijs. cap. Sextò ꝙ monach⁹ habeat ꝓpriam cellā infra ſepta monaſterij ex cā. 18. q. 2. nullus. 20. q. vl. c. fina. ad fi. Septimò in ieiunijs, cibis, & eſu carnum, ſilentio, & operibus manuum, ad quæ tenetur monachus vt de conſe. di. 5. non mediocriter, & ca. carnem, & c. nunquam, de ſta. mo. ca. cum ad monaſterium. Sed Hoſt. in d. c. cum ad monaſteriū, d̃ eſu carniū vr̃ tenere, ꝙ non poteſt, ſed cōtra ipſum eſt gl. Inn. & Pan. in d. c. cum ad monaſterium, in gl. ſuper ver. indulgētia, imò dico plus, ꝙ pōt diſpēſare in oīb. regulæ, exceptis trib. votis ꝑ ar. a ↄtrario in d. c. cū ad monaſteriū, in fi. limitat Pa. ibid. dūmō ſit diſpēſatio, ñ diſſipatio, vt puta ꝑ neceſſitate, & alijs d̃ qb. s̃. §. 1. Octauò ī irregularitate, d̃ qua s̃. Ab. §. 14. Nonò ī

a Archi.] Opi. Archi. tenet Pan. in d. §. de adult. vbi diſputando dicit epum non debere diſpenſare ſine capitulo maximè in arduis, idem tenet Car. Alexandrinus in c. ex pœnitentibus. l. di. in contrarium tenent. d. Ant. in d. §. de adulter. & d. Card. ibidem. Tū dic. pro concordia, quòd prima opi. habet locū, ſi cōſuetudo hoc non obſeruat, ſcilicet vt epiſcopus ſolus diſpenſet. Secunda opi. quando conſuetudo habet, vt epiſcopus ſolus diſpenſet, & ita intellige ſummā noſtram, & hoc tenet Ioann. de Imo. in d. c. cum ex eo, vbi alleg. Ho. qui obtinuit ꝙ ſolus epiſcopus diſpenſet ſine capitulo. Qñ autem ſedes vacaret, tunc capitulū haberet hāc autoritatem, vt tenet Fede. conſ. 29. vbi latè.

b Inn. in cap. 2.] Pone exemplum in d. c. 2. hic allegato, Clericus quidam recepit ordines minores & eodem die auſu temerario recipit ſubdiaconatum. Quæritur, ex quo eſt a miniſterio ſuſpenſus, ſi religionē intrauerit, & vtrum abbas poterit diſpenſare? Reſpon. vt hic, & facit ille text. quia illa diſpenſatio committitur epiſcopo, vt patet. vnde dicit ibi Innoc. ꝙ inferiores epiſcopis nūquam diſpēſant contra canones, etiam vbi diſpēſatio a iure conceditur, niſi ſpecificè eis concedatur, hinc eſt, quòd iura loquūtur ſemper de epiſcopis, & quando nolunt hoc concedere inferioribus, ſemper exprimunt, vt in d. c. 2. & in c. 2. & ca. illorum, de ſen. excom cum ſi. No. Arch. in c. cum ex eo, de elect. li. 6. ſentit idem Inno. in c. fin. in fi. de po. ſtu. pręla. & Spe. ti. de leg. §. ſunt quoque in fi. Talia enim grauia epiſcopis tanquam ſpōſis & vniuerſalibus ordinarijs reſeruantur, ſicut in ſimili dicimus in excommunicatiōe a canone lata, vt regulariter nullus valeat ſaltem nō debeat abſoluere citra epiſcopum. tex. cū glo. in Clementin. 1. de priui. Et Fed. conſi. 14. niſi iſte inferior haberet iuriſdictionem quaſi epiſcopalē ſecundū Fede. & bene, quia tunc poſſet omnia, q̄ ſpectant ad iuriſdictionē epiſcopalem, quod no. pro hoc gloſſ. in Cle. 1. de reb. eccle. non alie. vbi talis interponit autoritatem rei eccleſiaſticæ alienandæ, facit qd̃ no. Inno. in c. 2. de tranſa.

c C. monachus] Ille text. loqtur in caſu. l. priſcis. 55. diſtincti. vbi inquiritur d̃ monacho aſcendere debente ad ordines clericales, vtrum ſit aliquo impedimēto notatus, ſed quia in nouicio maior inſurgebat dubitatio, ideò factus eſt ille text.

d Ordinato] Scilicet in ordine ſacro, quia ſi accepiſſet ordines minores eps diſpēſaret ſecundū doc. ibid. in dicto capitulo final. tamen ho



die

obſeruātijs regulæ remittē
dis.20.q.vlti.c.ſi.in glo. in
ver.remittaṫ, de conſe.diſ.
5.carnē,ſaltē ī his,q̄ nō ſūt
de ſubſtātia,ar.de vi.& ho.
cle.deus.a ꝑ cuius declara
tione notādū ſm Alex.ꝙ in
regula beati Benedicti q̄dā
ſunt purè ſpiritualia,vt cha
ritas,humilitas , & cæteræ
virtutes; & ī iſtis nō poteſt
Ab.diſponeṙ . Quædā ſunt
partim ſpūalia, & ꝑtim cor
poralia,vt cātare, pſallere,
orare,& huiuſmodi; & de
iſtis pōt Abb.diſponeṙ, non
tñ ſm libitū voluntatis , ſed
ſm ꝙ bonū & æquū viderit
expedire,ſm occurrētia, ꝙ
ꝓpriè eſt diſpēſare.Quædā
verò ſunt, q̄ sūt in obſeruā
tijs corporalib. puta come
ſtio carniū, fractio ieiunij,
& hmōi ; & tunc ſi talia à
regula p̄cipiunṫ,vel ꝓhibē
tur , non p̄t Abb. ea muta-
re,niſi ſm ꝙ conuenit cha
ritati,vt dicit B.Benedictus
in regula.1. ꝙ ſubſit rōna-
bilis cā:aliàs nō.Rō,qa licèt
Abb.p̄ſit ſubditis. regula tñ
p̄eſt Abbati,& ſubditis.& iō
eius obedient a p̄ponēda .
& cū dṙ in regula beati Be-
nedicti , ꝙ oīa de diſpoſitio
ne Abbatis fiāt, intelligiṫ ď
illis,de qb. regula expreſſè
nō præcipit, vel prohibeṫ .
ſi tamē Ab.monacho mul-
tū laborāti cognita neceſſi
tate perſonæ p̄cipiat,ꝙ car
nes māducet , dēt ſibi obe-
dire:aliter,ſi ex ſola volūta
te p̄cipiat, nullo modo dēt
ſibi obedire,vnde beat⁹ Be
nedictus in regula,Quādiu
militāt charitati,immobili
ter fixa ſunt p̄cepta regulæ
ita .ſ. ꝙ mutari non poſſūt
nec ab ipſis p̄poſitis ſine of
fenſa.Quid aūt debeat face
re talis monach⁹,cui p̄cipiṫ
aliq̄d,quod eſt ꝯtra regulā
& dubitat de cā legitima,
vel in ꝯſciētia timet,Vide.
ĵ.Religioſus.§.29.& quod
hic dicit Ale.ď Abbate, ſer
ua in quocunq; p̄lato cuiuſ
cunq; religionis,ſi ei ꝑmit-
titur ex rſa diſpēſatio, ſicut
fit miniſtris fratrū Minorum,q̄ poſſunt di-
ſpenſare in oībus,exceptis tribus votis,&
quæ ſunt cōtra dei præcepta ſm Dir.lib.2.
ti.19.ſm quòd cōuenit charitati.& hoc ī-
nuit beatus Franciſcus,cū dicit,ſi q̄ fratrū
ſcirent, & cognoſcerēt ſe nō poſſe regulā
ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros
debeant & poſſint recurrere,ſ.vt diſpēſen
tur.ſi conueniat charitati , vt dictum eſt ;
& ſic patet in quib & qñ poſſunt p̄lati re-
ligioſorū diſpēſare in regula;quod bñ no.

9 Vtrum poteſtas diſpenſandi ſit la è in
terpretanda?℞.ſm Pa.ī c.ſi.de ſimo ꝙ ſic
quādo daṫ poteſtas diſpenſandi b non ex-
preſſis perſonis diſpenſandis tāquam prin
cipis beneficium.Et ſic ſentit glo.in d.c.ſi.
& ſic intellige Bar.in l. 2. ff. de ver.oblig.
vbi dicit,ꝙ ſi daṫ poteſtas alicui legitimā
di filium adulterinum,item inceſtuo um,
poterit legitimare adulterinū ,& inceſtuo
ſum ſimul , quia in materia larga ſub ſim-
plici veniunt mixta,vt in l.ſi ita, c ff.de lib.
& poſthu.ſecus,ſi exprimerentur perſonæ,
cum quibus debet fieri diſpenſatio, ar. in
cap.ſi cui, d de preben.lib.6. quia omnis
receſſus à iure cōmuni eſt odioſus , vt eſt
tex.in c.ſi. e de fil.presby.lib. 6. & in c ꝙ
dilectio,de coſan.& affi.& ſic diſtingue ca
noniſtas tenētes contra Bar. in c.per vene
rabilē,qui ſi.ſint le.adde etiā,quod dico.ſ̄.
beneficiū.§.20.Aduerte tñ,ꝙ licèt diſpēſa
tio ſit ſtricti iuris,vt puta quia cōtra ius ē,
& ſtrictè ſit interpretāda,quādo.ſ.exprimū
tur pſonæ,vt in d.c.ꝙ dilectio,& in c.1.&
2.de fil.presby.li.6. nihilominus extendiṫ
ad neceſſaria cōſecutiua,ſeu ad depēdētia
ex eo,ſup quo eſt diſpenſatū , quando ali-
ter non imprimeret actū validū ſuper eo,
in quo diſpēſatur,vt ſ̄.beneficiū.§.23.facit
gl.&Pa. in c.quia in tantū,de p̄ben.& glo.
in c.ſi qs ī clero.7. q.1. q̄ dñt,ꝙ diſpenſat⁹
ſuper pluralitate beneficiorū,vṙ diſpēſatus
ſuper

die hæc nō vēdi-
cāt ſibi locū , qñ
q̄dem apoſtatæ
religioſi ſunt ex
cōmunicati p ha
bitus dimiſſionē
cap. 2. nè cle.vel
mo.lib.6.

a Deus] Vbi ꝓ-
pter ſcandalū di
uerſi habitus re-
gulariū reducun
tur ad vnum.

b Diſpēſādi]Et
ſic ex parte diſpē
ſare debentis, vt
puta datur pote-
ſtas Titio,vt poſ
ſit cū monachis
diſpenſare, certè
cōprehēdiṫ Ab.
vt ibi.

c L. ſi ita ] In
princ.vbi,ſi teſta
tor dixerit, ſi na
tus fuerit filius,
eſto hæres in beſ
ſe.i. octo vncijs;
ex reliqua pte v-
xor mea, ſi filia,
in triēte.& vxor
ī reliqua parte.
Si nati fuerint fi
li⁹ & filia,de be-
nignitate dicēdū
erit vxorem ha-
bēre aliquā par-
tem & ſic in ſepa
ratis caſibus nō
porrigitur proui
ſio ad ſimul iun
ctus niſi de beni-
gnitate.Et ſic fa-
cit ꝯ id,quod vo
luit.Bar. in loco
hic allegato , vt
ibi idē dicit Bar.
qui hanc.q. mo-
uet,ſed ſe remit-
tit ad d.l.2.ī pric.

d Arg ī c.ſi cui]
Vbi ſi datur ex-
pectatiua alicui
de p̄bēda vacatu
ra, certè ſi vacat
ea,quæ req̄rit ſa
cerdotem, & ex-
pectās non ſit a-
pt⁹ ſacerdotio,il
lā ñ habebit,ſed
expectabit aliā.

e C.ſi.de fil. p̄ſ
byte.] Vbi, ſi il-
le, cum quo ſup
defectu originis

in curato benefi
cio fuerit diſpen
ſatum,eo tacito,
ſup pluralitate
beneficiorum di
ſpenſationē obti
neat , non valet
diſpenſatio ſecū
da.



ſuper reſidentia.a vide qď
no.Ho.in ca.cum in cūctis,
de ele.& gl.in c. b non po-
teſt , de præb.li.6.& ď hoc
vide ſ̄.Clericus.7.§.1.

10 Sed nunquid extende-
tur diſpenſatio in affinita-
te ad publicæ honeſtatis iu
ſtitiam?Reſ.Pa.in ca c non
debet,de conſan.& af.ꝙ ñ,
niſi in narratione affinitatis
voū ꝯprehendat aliud, ſm
gl.in arbore affinitatis,ſec⁹
eſt in diſpenſatione,qñ ſo-
lū gradus remotior eſt ex-
preſſus,ď quo vide,infimo
niū.3.impedimento.6.§.vl.

11 Quid ſi impetretur di-
ſpēſatio tacita veritatē, vel
ex falſa cā?Reſ.ꝙ nulla eſt,
vt in c.2.de fil.presby.li.6.
& idē de qualibet gr̄a alia,
vt no. in c.ad audientiā. el
2.de reſc. & d.ca.non pōt.

12 Vtrū ſuperior aſſumen
do aliquem ad aliqď offm̄
videatur diſpenſare eidem
in impedimento, quod hēt
ad illud?Reſ.Inn.in ca.præ
terea,ď te.co.& in c.veniēs
de fil.p̄sby.vṙ ſibi contradi
cere,& gl. in c.ſi quis ſine.
81.di.& in c.qui in aliquo.
l.di. Sed ego ſic diſtinguo ,
ꝙ aut impedimentum eſt
notoriū ſuperiori, & tunc,
ſi eſt princeps, intelligitur
diſpenſatus,ſi verò eſt infe
rior,ſi pōt diſpēſare,& ſub
eſt cā,ſimiliter ē diſpenſat⁹
aliàs non,facit ꝓ hoc,quod
no.Io.An ī c.2. d ď ſchi.aut
impedimētū eſt occultū ſu
piori tāq̄ iudici,& ſic ñ ītel
ligiṫ diſpēſat⁹,ſed ſibi īpu-
tet,ꝙ illud tacuit.facit.c.cū
ñ ignores, e de p̄b.& tenet
Bar.in l.2.C.ſi ſeruus,vel li
bertus ad decu.aſpi.li. 10.

13 Vtrū poteſtas diſpēſan-
di ſup irregularitate,vel il
legitimitate conceſſa a Pa-
pa alicui duret poſt mortē
Papæ?℞.Fed.con.78.ꝙ ſic
qa gr̄a ſemel facta p Papā
in pſonā aliq̄ nō expirat p
mortē Papę,vt eſt caſus de
offi.dele.ſuper gratia, li.6.

14 Vtrū p mortē illi⁹, cui
ꝯceſſa erat talis autoritas ,
expiret diſpēſatio iā facta ,
ſi ille diſpēſat⁹ vſus nō fuit
tali gr̄a,puta diſpēſat⁹ fuit,
vt poſſet ordines accipere,
vel in p̄latū eligi, nō acce-
pit ordines, nec fuit ꝓmo-
tus añ mortē diſpenſantis,
an poterit ordinari, vel ꝓ-
moueri?℞.Fed.vbi.ſ̄. ꝙ ſic
& ꝙ nō expirat, qa diſpēſa
tio canonicè ſemel facta ,
ex ſupueniēti facto ñ retra-
ctaṫ;caſus ē ī c.ex tua,ď fi.
p̄sb.facit qď no.de accu.c.
de his.bñficia.n. ꝯceſſa in
tēpeſtiuè reuocari non de-
bēt,de cōmo.c.vnico,de re
iu.decet,li.6.facit,qď no.ď
elec.li.6.in gl.c.cū ex eo, f
& ibidē in nouella Io. An.

DISPVTARE g ď fide pu
blicè,vel occultè cui-
cūq; laico prohibitū eſt, &
ſi ꝯtra facit, dēt excōicari ,
de hære.c.quicunq;.§. inhi
bem⁹ quoq;,lib.6.hæc quo
que ꝓhibitio fit in c.ſicut ī
vno corpore,e.ti.in decre-
talib. ſed in l.nemo , C. de
ſum.tri.prohibeṫ nedū lai-
cis , ſed ēt clericis publicè
turbis coadunatis diſputa-
re ď fide.S.āt Th.2.2.q.10.
ar.7.tenet fore illicitū de fi
de diſputare, qñ qs diſpu-
tat, aut qa dubitat de fide,
& per diſputationē experi-
ri vult,qa talis h infidelis ē
aut qa diſputat corā ſimpli
cib.& titubantib.q̄ nō ſunt
ſolicitati ab infidelib. ſicut
eſt in terris fideliū,q̄ tantò

a Sup reſidētia]
Iſtud ē bonū exē
plū Adde aliud,
vt ſi diſpēſaṫ cū
minori,vt poſſit
hr̄e eccleſiā cura
tā, vṙ diſpēſatū ,
vt nō ſe faciat ꝓ
moueri. ĵ.annū
a l ſacerdotiū,iu
xta c.licet canō,
& c.commiſſa, ď
ele. lib.6.

b Gl.ī c nō p̄t.]
In ver.retinere ,
q̄ dicit.ꝙ ille, q̄
ē diſpenſatus in
duabus eccleſijs
hēt in electione,
an velit vtrique
deſeruire inter-
pollatim,an vni
per ſe,& alteri p
vicarium,per ea
quę dicūtur hic.

c Pa.ī c.nō dēt]
Ab. ibi ſup gl 3.
dicit hāc q.fuiſ-
ſe iā arduā in cu
ria,& adhuc ſuo
tpe pēdebat.Sed
cōcordādo dixit
ꝙ ſi publica ho-
neſtas cōp̄hēdaṫ
ſub affinitate, ſa
tis ē ď affinitate
feciſſe mētionē ,
& ſic ꝓcedat gl.ī
d.c.ñ dēt,Exēplū
ſi impetro, vt li
ceat mihi duceṙ
vxorē conſangui
nei mei defuncti
ñ obſtāte affinita
te in 3.gradu.Nā
ex quo feci mē-
tionē,ꝙ fuerat v
xor cōſanguinei
mei, cōſequēter
feci mētionē de
publica honeſta
te.Et ſic p cōſe-
ſequētiā vṙ ſub
lata publica ho-
neſtas virtute di
ſpenſationis. Si
verò non cōpre
henditur ex nar
ratione verbo-
rum,vt puta im-
petraui diſpen-
ſationem , vt li-
ceat mihi ducere
re vxorem Titiā
mulierē non ob
ſtante,ꝙ ſit mihi
affinis in 3. gra-
du,non valet di-
ſpenſatio, ſi vl-
tra affinitatem
erat publica ho
neſtas, ex quo ď
ea non fuit fa-
cta mentio exp̄ſ
ſè.vel tacitè, ar.
c ex tuarum, de
au. & v u pa.

d Io.An in c.2.]
Quia ibi diſtin-
guit , quod aut
ſuper diſpenſa-
tione facienda p̄
miſit ſuperior
cauſæ cognitio-
nem,& tunc pro
mouendo vide-
tur diſpenſare,ſi
non præmiſit,ſe
c⁹.imò puniṫ ꝓ-
mouēdo īdignū
refert Ab. in d.c.
2.ſchiſmati.

e Cap.cum non
ignores]In glo.
in ver conſeuſe
rit,in fin. Sed tu
vide Abb. ibi al
leg.Inno in c.ſi.
de cle. non reſi.
vbi dicit,ꝙ ſi ca
nonici eligunt
ſcienter clericū
habentem bene-
ficium in eorum
concanonicum ,
vṙ renunciaſſe
iuri reſidentiæ ,
ſi ſcienter fece-
runt.Sed ſi igno
rāter,p̄ñt recede
re ab elect.vt in
d.c. cū non igno
res , de præb.

f Glo.in c.cum
ex eo.]In ver.ſe
ptennium , quæ
dicit,quòd ep̄s,
q̄ diſpēſauit ī ſe
ptēnio in caſu il
lius tex. ñ pote-
rit reuocaṙ añ ſe
ptēniū niſi cā eu
dēs ſupuenerit ,

g De hac diſputa
tiōe vid repert.
inq̄ ī voce diſpu
taṙ cū annotatio
nib. Mādoſianis
ac meis. P. V.

h Qui a talis ]

firmiꝰ credũt, quãtò nõ audiunt motiua, & argumenta infideliũ, ſed diſputare ad confundendũ errores ẽt coram ſimplicib. qui ſunt ſolicitati ab hæreticis, vel infidelib. n tentib. corrũpere in eis fidẽ, ſi eſt ſufficiẽter [a] inſtructus, & aptꝰ ad ꝯfundendũ errores, non ſolũ non ẽ prohibitũ, imo eſt neceſſariũ diſputar̃, nè taciturnitas eẽt ꝯfirmatio erroris, ꝓ quo facit. l. qm̃, C. de epiſ. & cle. & 23. q. 6. vides. §. Itẽ. ſimiliter licet ad exercitium corã inſtructis & firmis in fide diſputare. ad qđ facit. c. in mandatis. 43. diſt. pro hac diſt. Th. probanda, vide de hoc. 96. diſt. nos, in glo. in ver. inuenta, & Inn. in c. 2. de ſum. tri.

DIVINATIO a Perſis fert̃ inuẽta. c. 1. 26. q. 3. vñ diuini dicti ſunt, quaſi Deo pleni. diuinitate. n. ſe eẽ plenos ſimulãt, & aſtutia fraudulenta hominib. futura coniectant, vt ibidem.

1 Quot modis fit diuinatio? ℞. vt patet. 26. q. 3. §. 1. & c. 1. & q. 5. c. nec mirum, ꝙ multis modis. vnde nuncupatur diuerſimodè. vnde diuini dñr aliqñ arioli, aliquando aruſpices, aliqñ augures, aliqñ negromãtici, & multis alijs noĩbus, ſm qđ diuerſimodè qs vult ſcire futura, q̃ omitto, qa non eſt neceſſe. Vide ibi, ſi vis, & đ hoc vide j. ſortes. §. 1.

2 Qũo aũt dæmones pñt ſcire futura, q non hñt certa n & ir fallibilẽ cãm? ℞ s. Bo. in 2. di. 7 ar. 3. q. 3. & elicit̃ ex capi. ſciendũ eſt. 27. q. 4. ꝙ ex. 4. Primò ex ingenij acrimonia, vt qñ ꝯſiderant, ad quid inclinatur affectio noſtra. Secundò ex multa experientia, qua conſiderãt in talib. accidere talia. Tertiò ex doloſa cautela qñ. ſ. proponũt aliqd facer̃, & ꝓdicũt. Quartò ex aliena doctrina, aut qñ ꝑmittit̃, vt a bono angelo addiſcant.

DIVORTIVM eſt viri ab vxore, vel è conuerſo legitima ſeparatio. legitima dico, vt nõ fiat ſine lege vel rõne, qa quos deus coniũxit, hõ non ſeparet. 31. q. 2. §. ſed in veteri, ſub. §. ſed obijcit̃ & dr̃ ibi dñm prohibuiſſe vxorem dimittere niſi ex cauſa fornicationis. & dicitur diuortium a diuerſitate mentium, vel qa hi, qui matrimoniũ diſtrahũt, in diuerſas partes eũt. l. 1. ff. đ diuor. de quo dic, vt j. matrimonium, quarto.

DIVTVRNITAS in malo auget pctm̃, de conſue. c. fin. dr̃, tantò grauiora ſunt peccata quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, cum ſuis concor.

DOCTOR dicitur a docẽdo. [b] vnde & nomine doctorum veniunt magiſtri, & è contrario ſm Pa. in c. 1. de loca. Vnde text. in l. quibus præcipua, ff. de verb. ſigni. dicit cuiuslibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellando a monendo, vel monſtrando, & hoc ſecundùm etymologiã vocabuli. Nam doctores dicuntur a docendo ſicut magiſtri a magiſtrando. facit text. in procemio compilationis decretalium. vbi Papa omnes magiſtros doctores appellat, ſed noĩe ſcholariũ non veniunt doctores, nec magiſtri niſi in larga ſignificatione. [c]

1 Vtrum interpretatio doctorum neceſſitet? Reſpon. ſecundùm Pan. in d. c. veſtra, de coha. cle. & mulie. in 1. no. ꝙ non, niſi in quantũ iure probatur, vel ratione valida, [d] vt no. in c. [e] de poſtu. prælatorũ. de quo vide infra opinio. §. 1.

2 Vtrũ doctor, vel magr̃ poſſit reprobari? ℞. ꝙ ſic, [f] vt eſt text. in l. 2. C. de profeſ. & me. li. 10. no. Bar. ĩ l. ſed & reprobari, ff. de excu.

Et in fide dubiꝰ quia non ſupponit pro certo veritatẽ fidei, ſed argumẽtis experiri volẽs, & hoc ꝓcedit ex parte diſputantis. & facit. c. dubius, extra de hæreti.

a Sufficiẽter] ex quo vr̃, ꝙ ẽt clericus malè ĩſtructus non poſſit nec debeat de fide diſputare propter rationem legis, ar. c. Marcia. 1. q. 1. & l. non dubium, C. de legi.

b Docendo] Pa. in c. 1. de iudi. vl. col. & doctor pt compelli inuitꝰ ad conſulẽdũ. l. in ſacris, & ibi gl. & Bar. no. C. đ præpo. ſa. ſcri. li. 12. Bar. in l. proximè, ff. de his q̃ in te. de. Sali. in l. ſancimus, de ad. uo. diuer. iudicũ. d. An. in c. ſi pro debilitare, de of. deleg. idem Feli. in c. 1. de off. iud. & Bal. inſtitu. de emp. & ven. §. fi.

c In larga ſignificatione] Vtrũ aũt appellatione doctoris contineantur ſcholares, text. vr̃ ꝙ nõ in proœ. decreta. vbi inter eos ponitus copula, & ibi per Io. An. & d. Ant. & tãgitur etiam in ꝓœmio ſexti Brat. & do. in l. 1. ff. ſol. mat. Et vide Inno. in d. proœ. & in d. l. 1. ad fi. & ibi per Bald. in pe. col. Per. de Ancha. in c. canonum ſtatuta, in ver. quæro quis dicatur mercator. Adde tñ, ꝙ doctores non veniunt appellatione artificum, vt probatur in c. relatũ, el 2. đ teſta. quod ẽ ſing. no. ſm Pet. & Imo.

d Rõne valida] Bene tñ facit iudex ſequi eorum bonas opiniões. ff ſi ſerui. vendi. l. ſi qñ. §. 1. & de vulg. & pu. l. in. ſtitutione. §. fi.

e Vt no. in cap.] Ibi Ab. ſup glo. in ver. interpretatus.

f Rñ. ꝙ ſic] Adde cap. ſit rector. 43. diſt. Et dicit Car. Ale. in c. de quibuſdã, ĩ prin. 37. diſt. ꝙ illi doctores qui eũ primò approbauerũt, tenent̃ reſtituere ſalariũ, qđ receperunt. 24. di. qñ. Et idẽ dicunt de clerico, qa nõ prodeſt ei approbatio, ſi poſtea reprobetur ſecundũ Arch in d. c. de quibuſdã.



a Sine cauſa] Hæc gl. in d. §. reprobari hic allegato.
b Vide ĩ regulas catalogi, vł ĩdicis li. ꝓhibitorũ. P. V.
c Reſpo. ꝙ ſic] Poſſunt tamen recipi dicta doctoris damnati, vt rationabilia, licèt non vt autorizabilia ſecundùm Ab. ibi ſuper glo. 1. in fi.

excu. tu. in prin. vbi tex. dicit de modico, ꝙ poteſt reprobari; & eſt tex. ẽt de medico, vt in l. vt gradatim. §. reprobari, ff. de mu. & ho. ſed non ſine cã l. [a] Pomponius ſcribit, ff. de neg. ge.

3 Vtrũ [b] doctore dãnato intelligantur, & eius opera, ſeu libri reprobati? Reſ. ꝙ ſic, [c] vt patet per c. fraternitatis tuæ. de hær. [d]

4 Vtrũ allegationes ſint faciendæ a doctorib. in conſilijs? Reſ. Pa. in c. veſtra, de co. cle. & mu. ꝙ in conſilio deciſiuo non, ſicut nec in ſentẽtia, vt dr̃ in c. ſicut nobis ĩ gl. de ſen. & re iu. ſecꝰ in ꝯſilio poſtulato a parte. rõ diuerſitatis, qa in primo eſt apꝓbata fides ꝯſultoris in ſcđo non, & iõ nõ creditur ei, niſi quatenus ꝓbet.

5 Vtrum doctor promoiꝰ corruptis doctorib. debeat gauder̃ priuilegio doctorũ? Reſ. Arch. in c. de qbuſdã locis. 35. diſt. ꝙ ñ, [e] allegat tex. in ſimili ĩ l. vna. C. đ athlet. li. 10. facit text. iuncta gl. in l. 1. C. de ann. ci. li. 11. vbi dr̃, ꝙ ſtipẽdia ſunt tradẽda nõ ꝓ titulis dignitatũ, vel numero ſcholariũ, ſed ſm merita, & iõ gl. ibid. dicit ꝓferri debere peritos ſcholares ĩperitis doctoribꝰ, intelligit Pa. ĩ c. clerici, de iu. de añceſſione, [f] ñ de lectione. Ego credo, ꝙ etiã in vtroq; debet præferri.

6 Quis dẽt ꝓcedere? Reſ. Pa. in d. c. clerici, ꝙ theologꝰ, poſt ipm̃ canoniſta, poſt canoniſtam legiſta, poſt medicus; Vide ibi, ſi vis.

DOLVS aliqñ bonꝰ [g] & licitꝰ, & accipit̃ ꝓ ſolertia, ſicut qñ [h] qs aliqd ſimulat, nè dãnificetur a ꝓximo, vt ĩ l. 1. ff. de dolo, in tex. in §. dolũ malũ, [i] & gl. exemplificat de capto a Genuẽ. q ſimulauit ſe ꝯctũ, ꝙ qdẽ licet. [k] vt ff. de neg. ge. l. at q natura. §. cũ me. & ff. de leg. 2. l. ſi cũ pater. §. Titio & ff. ſi qs omi. cau. l. qa aũt §. ſi ꝓnꝰ & de hoc vide j. ſimulatio, ſed cõiter dolꝰ accipit̃ in malo, & ſic

d De hæreticis] Ab. ibi poſt Inn. tractat đ ſcriptura notarij, an valeat, ſi eſt condẽnatus &c.

b Exemplū, mulier] Aeſtimatio rei dotalis in dubio facit emptionē, tex.ē ī l.& cōuentionem,C.de pac. Et concord. l.1.cum gloſſ.& l.quoties, & l.ſi inter,C.de iu.do. Limita iſtam regulam, primò ſecundū Cy.& Bal. & Salic.in d.l.ex cōuentione, quādo fit ad finem, vt faciāt emptionē;ſecus, ſi ad finem cognoſcendi ſolū valorē rei, vt poſſit ꝓbari, ſi poſtea fundus ꝑ maritum damnificatur, vt not. doc.in d.l.ęſtimatę, aliàs ęſtimatio, ff.ſol.ma Et in dubio, vbi fit mentio precij, talis ęſtimatio cēſetur facta,vt faciat emptionē,glo. eſt valde not.in d.l.ſi inter virū, & ibi Bald. C.de iure dot. intellige, qñ ꝑcium correſpōderet valori rei;aliàs ſecus, gloſ. eſt valde ſingu.in l.1.§..ff.đ ſuperfi. ſecundū Baldū, & ſcilicet in d.l.ex conuētione,& Bal.in l.1.3.qō. C.cōmo. & Frā. Aret. cōſi. 84.inci.Diligēter ponderatis.Secūdò limita, quādo ęſtimatio fit à prīcipio ī ipſa rei traditione, tūc benè facit emptionē, ſecus,ſi poſtea fieret ex interuallo, ſecundùm Bal. & Salic.in d.l.ex cōuentione. Tertiò limita in animalibus datis in ſocidum,qa talis æſtimatio non facit ēptionē, ex quo emolūmentū in totum nō ſpectat ad paſtorem, de quo dic vt in a. poſt.§.2.in fi.in verſic.ſocietas ſecundo. Quartò ſingu. limita (& hāc teneas cordi). quòd æſtimatio rei dotalis facit emptionem, qñ maritus eſt ſoluēdo:aliàs ſec⁹, Ita Baldus & Salicetus, in l.intereſt, in fine.C.de vſufructu,moti præcipuè ꝑ gloſſ.ſingula. in ſimili in l.in rebus,in prīcipio, C.de iure dotiū, Imo. in l.ſi ęſtimans,ī principio, ff.ſolu.matrimo. Quod tñ intellige, vt no. limitat. Bal. in dicta l.excōuentione, in 3.oppoſiti. & ita alias in facto obtinuit.d. Iaſon in ciuitate Mediolani, vt refert in dicta l.ex conuentione &c.

c Conc.Trid.ſeſ. 22.c.1.& 24.c. 12.đ ref.Catec.đ ord.ſa.c.iā verò. Petr. Vend.



rit,[a] ff.de iudi.cū alijs,quæ videntur contraria, intelliguntur, quando factum nō erat ꝑfectū,ſed ſolū inchoatum,quia tunc retractatur.

1 Vtrum ſit dicendum factū,ꝙ nō durat?℞.gl.[b] ī c. ad noſtram,de regula,ꝙ qñ ex facto volumus iudicare aīum,tūc eſt verū, ꝙ nō dr̄ factū,ſ.aīo faciendi, ꝙ non durat, & ibi ponit multas ꝯco.Adde tex.ī c.nā & ego, de ver.ſi.cum concor.in gl.

2 Vtrum factum illegitimè,cenſeat̄ factū?℞.ꝙ nō, vt in c.veniens,de præsbyt. nō bap.ſicut inutile, & nullū paria iudicantur,c.inter corporalia,de trāsla.prǽla. ſic ēt dr̄ nō eſſe, qui minus idoneus eſt,vt in l.1.§.ꝙ ſi nemo,& ibi gl.in ver.inhabilis, ꝙ cuiuſque vni. fecit tex.cum gl.in c.fraternitas, de fri.& male. Vnde Bart.ꝑ d.l.1.dicit, ꝙ ſi procurator non facit fidē de mandato perinde eſt, ac ſi non cōparuiſſet, & dñs tanquā cōtumax debet puniri.itē excipere,& non probare,idē eſt,ſicut non excipere.c.cū ſuꝑ, de conceſ.præb.& ibi Abb. Et paria ſunt quoad iuris effectum non eſſe, & nō apparere.l.duo ſunt Titij,ff.đ te.tu.Itē non fieri, & tardè fieri,vel eo modo,quo fieri non debet,[c] arg.c.auditis, de procu.ff.qui ſatisda.co. l.quotiens,& ibi glo.

3 Vtrum plus ſit facto cōſentire,quàm verbo? ℞.ꝙ ſic,facit text.& ibi Abba.7. no.in c.in cauſis,de elec.vide glo.in c.dilecti filij,el 2. de appel. vbi plus factis loquimur.Factum alienū promittēs quomodo teneatur, Vide infra,ſponſalia.§.14. Factum vbi promittitur,venit quod intereſt,in obligationem.ff.ſi quis in ius voc. non ie.l.cum quis.

FALCIDIA.Vide īfra, Legitima.

FALSARIVS [d] dicitur quis diuerſimodè,vt no. in c.in memoriam. [e] 19.di. & in ca.quiſquis.11.q.3.& de cri.fal.per to.

1 Vtrum ſit falſarius, qui abſentiū nomina in inſtrumento ponit, [f] vel qui ſigillum furtiuè ſurripit? Reſp. quòd ſic,vt no.in c.quāto, & ca.ea, de his,quę fiunt à prǽla.Item ſecundùm Bar. in l.præsbyteri,C.de epi.& cle.falſitas non ſolùm committitur in dicēdo falſum, ſed etiam iam in tacendo verum.[g]

2 Vtrū aperiens literā alterius, vt legat,ſit falſari⁹? ℞.gl.in c.cum olim,el 2.in ver.ſigilla,[h] de offi.dele.tenet, ꝙ debet puniri tanquā falſarius,alleget.c.olim, de reſcr.& c.ad audiētiam, de cri.fal.Innoc.verò tenet, ꝙ iſte minus peccat, quaſi falſificaſſet ſigillum apponendo adulterinum, tamen falſarius eſt,propter quod dicit Pe.de Anc.ꝙ ſolùm debet puniri pœna extraordinaria.c.de cauſis,de offi.de leg.& cōcurrūt cōiter doc. & c.allegata per gl. loquūtur de falſario,qui faciat ra

a Et l.ſi a me fuerit] Nam ibi conteſtaueram litem cum quodam,qui poſtea arrogatus eſt a me. Nam iudicium non valet, quia ventum eſt ad caſum &c. & ſic actus non erat perfectus,de hac tamen materia habes per Bar.in l.pluribus §.& ſi placet,ff.de ver.obl.

b Et gl.] In verbo,ſtatim,& pone exēplum ibi de eo, qui ſe ductus religionem ītrauit, & ſtatim pœnituit, & ſic non videtur voluiſſe intrare.

c Quo fieri non debet] Quando ꝯtractus fit contra.l. aut contra mentē l. habetur fictione iuris,ac ſi nunquā eſſet celebratus.Ita ꝓbat tex. in l.non dubium C.de le.ibi,nullū ꝯctū inter vos videre volum⁹ ſubſecutum. Et per hoc infert Bald. ibi in 2.col.& ſequit̄ Pau.de Caſt. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ de quolibet ꝯtractu ſoluatur gabella, ꝙ ſi fiat ꝯtractus ꝯ ſtatutū,vel ꝯ mētem ſtatuti, non debet ſolui gabella,qa perinde habetur, ac ſi nunquā eſſet factus.Adde Bar.in l.fi.§.fin. per illū tex.C.coīa de le. Et ibi Bal.& in l. 2.ad fi.per illum tex.C.de eunuc. Ang. in l.Marcellus.§.res quæ, ff. ad Trebel. Et licèt ratio ſtuetex. d.l.non dubium, nō videatur multum facere, tamē dictum eſt verū, quia dictum ſtatutum ſecundū Fulgo.debet intelligi de contractu ſortiente effectū, quia verba ſtatuti debent intelligi cum effectu.l.1.§.hæc verba, ff.ꝙ quiſque iuris.ſed ille cōtractus non habet effectum,ergo &c.

d Ad hanc titulum pertinentia videns in Catechiſ. in expoſi.præcepti,Non loqueris con. P. V.

e C.in memoriā] Gl.in ver.falſam,quæ ponit, quot modis ſcriptura dicitur falſa,quam no. omnino.

f In inſtrumēto ponit] vide quæ no.Bartol.in l.ſi quis obrepſerit, ff.de falſo vbi dicit, quod ſi notarius bona fidei ſcripſit, ſecundū quod partes dicebant, tunc inſtrumentum non eſt falſum,neq; partes accuſare poſſunt de falſo,ſed de obreptione,& puniuntur de falſo,vt ibi.

g Tacendo verū] Loquitur in teſte,& īntellige,qñ interogatus ſuꝑ certo articulo dicit ſe nihil ſcire, vel qñ iurauit dicere purā & merā veritatem, & multa ſubticuit, vt in c.cū dilecti, de accu.Secus āt, vbi ſic non iuraſſet, vel non fuiſſet interrogatus, vt l.nunquā,ff.đ priua.deli. tūc.n. nō tenet̄, ſi nō dicit veritatem,qa teſtis nō dēt eſſe verboſus.ſat ſ.n. eſt, qđ rñdeat ad īterrogata,& no. ēt ꝙ qs peccat celādo veritatē,qñ aſſumpſit officiū teſtificandi, vel aliàs tenetur dicere veritatē ex offō, vel cū aliàs veritas haberi nō poteſt. Aliàs autē tacere veritatem nō eſt peccatum. 27.q.1.c.ne qs,facit Io.18.de dño nō rñdente Pilato,&c.vide Pa in c.1.de fal. Et vide do.Iaſon.in l. non dubium, C. đ legi.ī 6.ꝑte gl.

h Rñ.gl.in verſi. ſigilla.]

ſurã viciando literam, vt in d.c.olim,[a] vel apponendo ſigillum adulterinum, vt d. c.ad audientiam. Bar. dicit, ꝙ ſi aperit oſtendendo aduerſario mittentis, poteſt puniri vt falſarius, ar. bonũ in l.1.§.is qui, ff.ad l. Cor. de fal. ver. is qui depoſita inſtrumẽta oſtendit aduerſario, incidit ĩ crimẽ falſi.[b] Quod.no. contra notarios, & aduocatos, qui oſtendũt iura partis aduerſario. Si verò aperit, ſed non oſtendit aduerſario, ſic nõ punitur crimine falſi, & videtur tex.in d.c.cũ olim, & ff.de cri.ſtel. per totum, & l.qui teſtamentum, ff.de fal.[c] dic ꝙ eſt ſpeciale in eo, qui aperuit teſtamentum clauſum, vt puniatur pœna falſi, ex quo collige, ꝙ peccat mortaliter aperiens literas alterius, vt legat, niſi ſpem habeat in ratihabitione, quod intelligo, quando aduertenter, & ſtudioſè facit, cum veniat puniendus crimine ſtellionatus. Quod limito verum, niſi haberẽtur pro derelictis, puta eas proiecit, vel lacerauit, & huiuſmodi, quia ſi tales legit pro aliquo bono fine, licèt aliàs curioſitas eſt, nõ tamẽ mortalis, de ſe.

3 Vtrum lacerans, vel cõburens, vel celans ſcripturas publicas, vel priuatas, q̃ ad alium ſpectãt ita, quòd amplius non appareant, ſit falſarius? ℞. ꝙ ſic, vt eſt caſus, & ibi Bar. in l. Paulus, ff.de fal. vbi dicit text. legis Cor. pœna omnes teneri, q. etiam extra teſtamenta cætera falſa ſignaſſent, ſed & cæteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliaue quare ſine ſignatiõe falſum fecerint, vel vt verum non appareat,[d] quid celauerint, ſurripuerint, deleuerint, ſubiecerint, & reſignauerint, eadem pœna afſici ſolere dubium non eſt, hęc ibi gloſſ. in ver. ſurripuerint, dicit ſic vt non eſſet comburendo, & ſic patet, quid dicendum de falſantibus libros mercatorũ, comburentibus, vel occultantibus, vel alias ſcripturas, & vltra dictã pœnam tenentur ad reſtitutionem totius intereſſe, text. eſt in lege, qui tabulas, ff.de furr. de quo vide infra, Reſtitutio, primo in verbo, ſcripturas.

4 Vtrum falſificans monetam ſit falſarius, & peccet mortaliter? ℞. ꝙ ſic,[e] ſecũdùm Hoſt. Io. An Pa. & Io. de Imo. & in c. quanto, de iureiu. & patet per tex. ibidem, vbi dicitur, ꝙ ſeruãs falſam monetam agit inique, ergo fortius falſans, patet etiam per extrauag. Io.22. qua excommunicat omnes tales in regno Franciæ, & tenentur reſtituere omne damnum datum illi perſonæ, communitati, vel populo damnificato, vt no. præfati doc. vbi ſupra, vel ſi neſcitur ſpecialis perſona, ſaltem pauperibus, argum. eorum, quæ no. in ca. cum tu. de vſuris, & in regula, peccatum, de re.iu.li. 6. & vide Hoſtien. in ſumm. tit. de cenſi. §. ex quibus, verſi. quid ſi moneta idem dic, ſecundùm Gir. obdo de illo, qui recipit falſam ignoranter, quam poſtea ſciens expendit pro bona, quod limito in pecunia alicuius importantiæ, ſecus in denario[f] vſuali, ſicut dico de furto infra furtum. §.34.

5 Quot modis falſat mo.? ℞. ꝙ trib. modis ſecun-

ſigilla.] Et ibi Pan. recitat, quæ hic dicuntur. Idẽ tenet Abb. in ca. venerabilis. 7. colum. ver. Secundò principaliter no. de excep.

a D.c.cũ olim] Nam papa dixit, ꝙ voluit eũ punire, in quo deliquit, & tamẽ nõ puniuit eum pœna falſi, nec etiã aperiens literas alterius eſt excõicatus, vt quidã vulgares putant, quia nũllo iure cauetur, & vide Car. in d.c. cum olim magiſter. 2.

b Crimen falſi] Sed extra ordinem. l.1 § expilationis. ff. de effra. &c.

c L. qui teſtamẽtum. ff. de falſi.] Vide ibi Bart. & in l.1. ff. de præuari. vbi dicit idem eſſe de eo, q. cognouit iura vnius, & demum ſe contulit cum parte aduerſa, & oſtendit parti aduerſæ inſtrumenta, & Bart. in l. ſi q̃s aliq̃d, ff. d̃ pę.

d Nõ appareat] Bart. ibi verum eſſe credit in eo, qui celat aliquid ſimpliciter, vt nemini appareat, ſecus, ſi celaret cõtra vnam perſonam tãtum. l.3. §.ſi quis dolo, ff. de tabu. exhi. Et addit ibidem probari, ꝙ ſi q̃s detruncaret bullas de literis papalibus, quòd incideret in pęnã falſi.

e Reſp. ꝙ ſic] Et ſi erat principis, igitur exuritur, ſecundum Bal. in l.3 C. de fal. mo. p. l. fi. C. de ve. nu. libr. 11. gl. & Pa. in d. ca. quanto, Alex. conſi. 104. parte. 8. & in l. eleganter. § qui reprobos, ff. de pig. ac. Si verò erat inferioris principe pęna capitis, ſ. ciuili, ſ. deportatione. l. 2. C. de falſa mo. Sal. in d.l.2. Si verò numos radit, vel tingit, ſi liber eſt datur ad beſtias, ſi verò ſeruus, vltimo ſupplicio punitur. l. quicũque, ff. de falſid. & ibi Bar. tangit de cooperiente aurichalcum cũ auro.

f Secus in denario] Expendens falſam monetam tenetur pœna. l. Corne. de falſis, quæ regulariter eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio. Seruus verò vltimo ſupplicio afficiatur, de quo dicendum, vt in l.1. in fi. ff. de falſis, & quod talis expenditor teneatur hac pœna, videtur text. in l. hac lege. Sed Bar. ibi dicit hoc procedere, quando expendit numos plumbeos, vel ſtagneos, q̃a de eis tantum facit mentionem illa lex. Aliàs dẽt puniri pœna ex-



ſecundũ communiter doc. d.ca. quanto. Primò in forma, ſ. quando imponitur ſignum illius, qui eam cudi non facit, vt in l.[a] falſi nominis, & in l. qui nomine, ff. de fal. & in d.c. quãto. Secundò ex materia metallica, ſ. qñ fit de ære, vel de ſtagno, vel non de debita liga, in l. Paulus. 1. ff. de ſolu. ſecundum Bar. vel cũ talis materia immiſcetur, vbi non debet, vt in l. quicunque numos, & in l. lege Corne. ff. de fal. la 1. Tertiò ex pondere. nam iſta tria requirunt de ſubſtantia monetæ, vt in l.1.§.1. ff. de contrahẽ. em. glo. 10. q. 3. in prin.

6 Sed quæro, ꝙ pondus debet habere? ℞. ſecundum gl. in ver. præbet, & doc. in d.l.1. & Bar.[b] in l.2.§.1. ff. ſi cer. pet. ꝙ de iure tantus debet eſſe valor coniatę, & tantũ pondus, quantũ erat prius in materia, nõ deductis expenſis, nec labore, quæ de iure debent fieri de publico. Sed ſecundũ Inn. quem cõmuniter ſequuntur doc. & ſeruatur ex conſuetudine, tantũ debet eſſe in pondere, quãtum erat in materia, deductis expenſis, & labore, quia nemo ſuis expenſis tenetur eam facere. ff. qui ex cau. ma. l.1. & c. qui ſentit, de re. iur. li. 6. Imò plus credit Innoc. ꝙ ſi princeps indiget, poterit inde ſentire aliquod lucrũ, & ſic minuere à prædicto pondere. Sed Pa. in d.c. quanto, de iureiu. limitat verum, niſi ſpargatur extra regnum, quia cum damno non ſubditorum ſuorum non poteſt, quam credo veriſſimam, credit Inn. ẽt, ꝙ princeps cũ conſenſu populi poſſit minuere, hoc eſt ꝙ ſit minoris ponderis, q̃ deberet, & tñ expendat, ac ſi eſſet iuſti ponderis. Ratio, quia quilibet poteſt renuntiare iuri ſuo. 7. q. 1. quàm periculoſum, & dicit ſufficere cõſenſum maioris partis magnatum regni, quia negotiũ regni reputatur negotiũ vniuerſitatis, art. in l.3.§. ſancimus. C. de iureiur. propter calum. Sed Pa. vbi ſupra dubitat de hoc, cum tractetur de præiudicio ſingulorum eorũ, ar. eorum, quæ no. in c. cum omnes de conſti. & C. quę ſit lon. conſue. in rub. & ĩ l.3. in gl. mag. in ver. tertij dicunt. Et ego credo requiri ꝯſenſum ſingulorum, niſi qñ ex alia cauſa propter hoc alleuiarentur, puta ab angarijs, & hmõi, ꝑ ea quę no. in dictis iuribus. Dicit tñ Inno. non ſufficere ꝯſenſum populi, vt expendatur extra regnum.

7 Vtrũ princeps fraudet monetam, qñ reprobat valentem, & minus valentem acceptat, vt de reprobata habeat bonum forũ, & illam conflari faciat, & cudi? ℞. Hoſt. vt recitat Pa. vbi ſupra ꝙ ſic, facit tex. in l. eleganter. §. qui reprobos,[c] ff. de pign. act.

8 Vtrum radentes, vel tondentes ſint falſarij, vel ſubtilius ex aqua particulam auri, vel argenti tollendo ita, ꝙ cognoſci nõ poteſt? ℞. ꝙ ſic, vt in gl. d.c. quãto, & tenẽtur ad reſtitutionẽ dãnificatis, vel ſi ipſos ignorant, pauperibus de neceſſitate. c. fin. de iniurijs. Idem de eo, qui numos tingit.

9 Vtrum iſti, qui ſingulos denarios ponderant, & grauiores retinent, & conflari faciunt, ſint falſarij? Reſ. vt colligo ex Hoſt. Ioa. An. & Imo. vbi ſupra, ſi illi, qui cudũt pecuniam, quia aliqui denarij ſunt quãdoque minus, ꝓptereà dimittunt alios plus in põdere, q̃a nõ pñt æqualiter omnes ſculpere, tunc tales ſunt falſarij, & tenent̃ ad reſtitutionem cõicati, quia corp⁹ pecuniæ damnificauerunt, ſi aũt oẽs denarij ſunt iuſti ponderis, ſed aliqui ſunt amplioris, & illos radunt, dummodo remaneant iuſti ponderis, ſeu conflant, nõ credo falſarios, licèt malè faciãt, & nullo modo ſit eis ꝯſulendũ, ꝙ ſi nolunt abſtinere, non credo eos fore extra ſtatum ſalutis propter hoc.

10 Quid de falſario literarum apoſtolicarum, vide ſupra, excõicatio. 5. caſu. 3.

11 Vtrum falſificans menſuras, & pondera, teneat̃? ℞. ꝙ vltra mortale tenetur ad reſtitutionẽ toti⁹ dãni dati, vt patet ex. c. 2. de emp. & ven. & deberet 30. diebus in pane, & aqua pœnitere, vt ibi, licèt ſit arbitraria hodie. Idem dic de vtente ſcienter falſis. Et falſans menſuras tenetur lege Corn. de fal. ff. de extra. cri. l. annonã, circa fi. q̃ eſt

extraordinaria, ar. l. ſaccularij, ff. de extraord. criminibus. Vide Pa. in d.ca. quanto. Quomodo autẽ puniatur, qui deſtruit pecuniam, vide Bald. in l. lege Cornelia, ff. de falſis.

a L. q. nomine] Bar. no. illam l. ꝙ nuncios faciẽtes falſos relatiões.

b Et Bart.] In 1. col. verſi. quæro quid ſi accepit? Hoc tamen dicit nõ ſeruari de ꝯſuetudine.

c §. q. reprobos] Vide ibi pulchrã ꝗõnem, quã ponit Alex. in apoſtil. ad Bar. de cudente monetam reprobatã. Quomodo aũt puniatur? gl. Cy. & do. in l. ſi quis, C. de falſa monet. no. in l.2. & ibi Bar. C. de fal. & Bart. in l. fin. C. de ve. nu. po. lib. 11. Et dicitur in ſpecu. ti. de accuſa. §. 1. ver. hæc tamẽ, dicit, ꝙ talis poteſt capi, & trahi ad iudicem.

pęna publicationis omniũ bonorũ cũ deportatione, ſi liber eſt; ſi ſeruus, vltimũ ſupplicium, vt ĩ l. 1. in fi. ff. de fal. Vtens verò falſis põt puniri in duplum,[a] & relegari in inſulam, vt ff. de fal. l. penul. §. 1.

12 Vtrum inſtr̃a cõfecta per falſum notarium ſint nulla? ℞. vt colligit Pa. in c. fraternitatis, de hęre. per Innoc. ibidem, aut loquimur de inſtrumentis confectis poſt falſitatem commiſſam, vel etiã ante, tamẽ nondum damnatum, ſed toleratum in officio; & ſic valẽt pętextu officij, licèt poſtea damnetur;[b] facit l. Barbarius, ff. de offi. præ. Aut loquimur de inſtr̃is cõfectis poſt dãnationẽ notarij; & ſic non valent, vt l. ſi aliquid, C. de ſuſcep. præpo & archa. li. 10. facit tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſed ſi omnes, ff. de eden. Bart. tamen in l. eadem l. ff. ad leg. Iul. repe. limitat verum, qñ notarius fuit dãnatus propter falſitatem cõmiſſam in officio tabellionatus, & ſic loquitur, d. l. ſi aliquid; ſecus, ſi aliàs fuiſſet dãnatus de falſo cõmiſſo ex alia cauſa extra officium tabellionatus, ſicut in quodã conſilio ipſe Bart. cõſuluit ꝑ quodã notario dãnato, q̃a extraxerat duas chartas de libro cõitatis valebant eius inſtrumẽta, licèt ſit infamis effectus.[c] Et hoc verũ, dummodò illud officium non habeat in ſe dignitatem, vt quia eſt notarius principis. l. 1. C. de mand. prin. vel ſalarium de publico, vt quia eſt notari⁹ in banco, quia tunc non valerent; aliàs ſic.[d]

13 Vtrum inſtrumentũ factum a notario non dãnato, quod hẽt diuerſa capitula, ſit falſum, ſi falſitatẽ habet in vno capitulo? Reſ. Pan. vbi s̃. ꝙ aut falſitas prouenit ex vitio notarij, & tunc aut concernit ſubſtantialia inſtr̃i, puta quia in indictione, aut die; & tunc totum corruit,[e] vt no. in c. inter, de fi. inſtru. & in authẽ. vt ꝑpo. no. impera. circa prin. Aut concernit ſubſtantialia negotij, & tunc diſtingue, aut capitula sũt connexa; & tũc totum reprobatur. Aut non ſunt connexa,[f] ſed ſeparata,[g] & ſic ſolũ illud capitulũ falſum reprobatur. Et ſic limitat Bar. in l. ſi ex falſis, in fi. C. de tranſatio. q̃ tenet, ꝙ qñ venit ex vitio notarij, totũ corruit, qđ Inn. ẽt tenet. Si verò falſitas ẽ circa extrinſeca, vt q̃a ſcripſit ꝯhentes eẽ cõſanguineos vł aliqđ aliud, qđ nõ facit ad negotiũ, licet hoc ſit falſum, nõ reprobatur ꝑꝑ hoc inſtrumentũ, q̃a hoc non eſt vitiũ notarij. Et idẽ dic. in teſte. Et idẽ voluit Inn. ĩ d. c. fraternitatis, vide gl. in d. l. ſi ex falſis, in ver. firmis.

FAMA eſt illeſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus comprobatus.[h] l. cognitionum numerus. §. exiſtimatio, ff. de var. & extraor. co. & in gl. c. veſtra, de coha. cle. & mulie.

1 Vtrum fama ſit defendenda? Reſ. ſm gl.[i] in c. ſenti. 11. q. 3 ꝙ aut ſumus inter tales, q̃ parati ſũt imitari; & ſic peccat mortaliter

a Puniri in duplum] Diuerſæ tamen pœnæ ponunẽ in d. l. Annonam. Pro falſantibus menſuras imponitur vna pœna, pro falſantibus pondera alia. Et non poteſt reddi ratio diuerſitatis, ſed iudex bonus arbitrabitur ſecundum modum delicti. Et poteſt imponere, quam pœnã vult ď expreſſis in iure, & etiã mitigare ex ſtatutis municipalibus impoſitã, ar. l. quoties, ff. de acti. & obliga. l. q̃d ergo. §. pœna grauior, Et ibi Bart. ff. de infamibus.

b Poſtea damnetur.] Licet non fuiſſet pronuntiatus condẽnatus, tamen ſi inter nos iã habebatur, Inſtrumẽta non valẽt: Ita Bal. in l. in exercendis, pen. col. de fid. inſtr.

c Infamis effect⁹.] Vide ad hoc Bal. in l. in exercendis, C. de fid. inſtru. Qui dicit, ꝙ cõdemnatus ď falſo, vel de hęreſi, vł l. Iulia repetundarum, vel q̃a ꝯ ordinatiões legis facit officium, vel propter aliquod crimen, propter quod ꝑdit publicam autoritatem, tunc priuatur officio; vide Bartolus. in l. ſi ideo ꝯ emptio. ff. de euic. fallit. niſi in officio poſt condẽnationem fuerit toleratus, quia tunc non vitiant inſtrumẽta cõfecta poſt cõdẽnat. vt no. glo. in authẽ. de tabel. §. ſi verò, vel niſi priuatus fuerit a confectionis certorum inſtrumẽtorum, quia alia bene tunc poſſet facere; Bar. in d. l. eadem lege, Et ibi vide. in addit. Alexander.

d Aliàs ſic] Maximè ſi in officio toleratus eſt, de excommunicato vide gloſſ. in. c. decernimus, de ſen. ten. excommunicatio. lib 6.

e Totum corruit] ſicut dicimus in teſte, vt ſi aliquã falſitatem adijciat teſtimõio ſuo, dictũ eius in totũ reprobatur, quia reperitur periurus. 3. qõ. 9. pura; ſic in notario, q̃ eſt quidam teſtis l. Domicius Labeo, ff. ď teſta. Et idem eſſet, ſi falſitas eſſet circa circunſtãtias, vt debebat ſcribere quòd Titi⁹ debebat decem & ſcripſit viginti.

f Sunt cõnexa] Puta quòd Titi⁹ promittit vnum fundum, & vnum equum, Et falsũ eſt de equo.

g Sed ſeparata] Quia eſt in inſtrumento contractus emptionis, & in eodem contractus locationis.

h Cõprobatus] Et in nullo diminutus, vt in tex. illo, & ſic allegatur in d. gloſſ.

i Reſpon. ſecundum gloſſ.] Et gloſſ. in capitu. iubemus, de conſecrat. diſtinctione prima. §. tor-



liter, qui eam non defendit pro poſſe. Et ſic intellige capit. non ſunt audiendi, e. qõ. & cap. nolo. 12. q. 1. & de conſec. diſtin. 1. iubemus. Aut ſumus inter tales, qui ſolùm parati ſũt reprehendere, non imitari; & ſic ſufficit nobis conſciẽtia noſtra, & non tenemur defendere, & ſic ĩtellige. c. quid obeſt homini, cum. 5. capi. ſeq. 11. q. 3.

2 Quot modis ledituɼ fama, Et quomodo ſit reſtituenda, vide s̃, Detractio.

3 A quibus eſt abſtinendum propter famam conſeruandam, vide infra, Scãdalum. §. tertio.

4 Fama propriè eſt, quando tota ciuitas, vel vicinia, vel maior pars acclamat aliquid. Vel dic ꝙ eſt communis locutio ex veriſimilibus coniecturis ſurgens, vt colligitur ex no. ĩ c. ſi duo. 35. q. & in c. ſuper eo, de eo, qui co. conſang. vxo. ſuę & in d. cap. veſtra, & ibi Abb. plenè. vnde primò oportet, ꝙ ſit ex veriſimilibus coniecturis, quia aliàs propriè non eſt fama quoad iuris effectum, ſed ſunt vanę voces populi, de quo ꝑ Bart. in l. de minore. §. tormenta.[a] ff. de quæſtio. per glo. fi. & ibi Abb. & docto. in ca. inquiſitionis, & in c. cum oporteat,[b] de accuſatio. & non ſint audiendæ, vt in c. 2. de electio. & text. in l. decurionum filij, C. de pœnis. l. diuo Marco,[c] C. qui manu. non poſſunt, & l. ſi priuatus, ff. qui & a quib. vnde dicit Pan. in ca. veniens,[d] el primo de teſtib. quòd teſtis deponens de fama, debet reddere rationem, ſeu cauſam ſufficientem ſui teſtimonij. Secundò requiritur, ꝙ ſit ſaltem maior pars, quia, vt dicit Panor. in c. cum in tua, de ſpon. ſuper glo. in ver. de fama, ꝙ dicta paucorũ non infamant. Et propterea differt fama a rumore, quia rumor eſt, quando aliqua pars viciniæ aliquid aſſerit, ſed fama, quando maior pars, vnde ſe habet in plus, vt dicit gloſſ. fin.[e] in d. cap. ſuper eo. Pro quo not. ꝙ nomine partis venit media pars, vt in c. 1. §. 1. de deci. lib. 6. & ibi gloſ. in ver. medietatem, & in l. nomen filiarum. §. portionis, ff. de verb. ſi. Sed quando additur aliqua, tunc verificatur in qualibet minima particula, quia dictio, Aliqua, reſtringit. Attamẽ, licèt requiratur maior pars ad famam faciendã, tamen ad probandum ſufficiunt duo teſtes, vt not. gl. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. §. quando, & in l. 3. ff. de teſti. & not. Bar. in d. §. tormenta. Et cõtra probationem famæ admittitur contraria probatio; & ſi ſecunda eſt clarior, offuſcatur effectus primæ. Et ideo eo caſu, quo infamia ſufficeret ad torturam, ſi probaretur per aliam partem bona fama, tolleretur pręſumptio prima, & ſic probat tex. in d. c. cum in tua; & quod not. Bar. in l. fi.[f] C. de quæſtio.

FAMILIA quid comprehendat? Reſpon. Archi. de priui. licet, lib. 6. dicit, ꝙ triplex eſt familia, quædam perpetua & religioſa, vt religioſi clerici, & conſimiles, & tales gaudent priuilegio conuentus, vel collegij, de ſtatu mona. recolentes, C. loca. l. milites. Aliter tenerentur duplici iure, contra. c. cognouimus, cum ſimilibus. 12. q. 2. & de hac loquitur c. cum

a §. tormenta] Alias in. §. plurimum, vbi diſtinguit duplicẽ eſſe famã, vna ẽ hominis; & ſi eſt bona, đr fama; ſi mala, dicitur infamia. Et de iſta ꝓpriè loquitur d. §. exiſtimatio, & totus ti. ff. & C. de his, q̃ not. infa. Alia đr fama ĩter homines; & iſta eſt duplex. Quędã de vno homine in genere bonitatis vel malitię, qñ ſcilicet eſt fama, ꝙ ẽ bonus, vel malus; Et de iſta loquitur d. §. tormẽta aliàs plurimũ, & l. capitaliũ. §. famoſos, ff. de pę. & l nõ omnis. §. a barbaris. ff. de re mili. alia eſt ď facto particulari. verũ ſcilicet tale q̃d ſit factũ, vel nõ. Et de iſtis duabus loquitur autor in iſto. §. & procedit diffinitio, q̃ quam Bart. ibi aliter diffiniat, licet in idẽ redeat.

b In capitu. cũ oporteat] Glo. nihil dicit. Sed Pan. quærit. Nunquid delegatus, cui ſimpliciter ẽ commiſſa inq̃ſitio, tenetur primò inquirere de fama; de quo etiam vide Fulg. cõſil. 107. & Areti. tracta. maleficiorum in ver. fama publica.

c In l. diuo Marco] Vnde glo in l. decurionum, notat illam legẽ ꝯ Pilatũ &c.

d Panor. in cap. veniẽs.] Ibi Pa. in 4. col. ver. Et faciunt pro hoc, refert Inno. in. c. cum oporteat, ď accuſ. di. ꝙ teſtes deponentes ſuper infamia debẽt reddere cauſam ſufficientem ſui teſtimonij. Nõ enim ſufficit dicere, ꝙ popul⁹ habet illũ ſuſpectum. Hæc ille.

e Vt dicit gloſſ. fi.] Clarius tamẽ hoc dicit Pan. in c. veſtra, de coha. cle. & mulier. Et idẽ Pan. in d. c. inquiſitionis, ſuper glo. fi. Qui dicit, ꝙ iſta maior pars ĩtelligitur non viciniæ ſimpliciter, ſed proborum, virorum, & non puerorum; vel mulierum. Diſtĩgue tamẽ vt ibi ꝑ eum, & ꝑ Bart. in d. §. tormenta, ver. Item ex eo ver. quæro qualiter. Et vide Alc. conſi. 9c. ſecunda parte.

f Barto in l. fi.] Dicit, ꝙ ꝓſũptiones, de q̃bus ibi, qua ſufficerẽt ad torturã, poſſunt elidi multis modis, vt ibi habes, ꝑ Pan. in d. cap. tua, in. 2. not. hęc omnia q̃ ſunt in tex. vide Ro. cõ. 269.

a Eſt alia] Quæ vocatur ꝑpetua & mercenaria ſecundum Arch.

b Vt patet] Nã qñ nomen familiæ ſonat in pſonis, intelligit̃ de ꝓpinquis ſm ordinem ꝓximitatis,& de q̃buſdã affinibus in ſubſidium vocãdis, vnde, ſi teſtator dicat, Relinquo fidei commiſſum familiæ intelligit̃ de proximioribus gradatim. Sed qñ nomẽ familiæ ſonat pro rebus, intelligit̃ de ſubſtantia bonorum;hoc Bal. in d l. fin.

c Non tenetur] Idẽ tenent Bald. Ang.Pau.de Ca. Bar.& Alex. ĩ d. §.ſin autem.Bal. in l.quod in vxorẽ,C.de neg. ge. Ang. in l. ſeruũ, in prin.ff.de verbo.obl.Niſi conſuetudo aliter ſe haberet,ſm Ange.in d. §. ſinautem. allegat.l.1. C. de iu. fiſci. libro 10.

d Vt pauperi] Qui non habet, vnde ſibi ſubueniat; & poterit officium iudicis implorare contra eum.Et idem põt facere paūp contra quemcũque diuitem.47. di.ſicut hi.Et maximè ſi ſunt epi, & clerici, 81. di. c.1. & 12. q. 1.c. videntes.

e Pro rata temporis]Plenè per Bar.in l.1. §. diuus,ff de vari.& extraor.cog.vbi dicit de poteſtate, qui fecit præparamenta pro fundo ad ciuitatem, ꝓ qua erat electus,& nõ potuit ire;vide per pulchra no. per eum etiam in d. l.ſi pecuniam,in principio.

olim, de arbi. eſt & alia, [a] ſcilicet quæ non eccleſiaſticos tantũ comprehendit, ſed etiam laicos,ſicut ſunt vxor,filij,nepotes,ſerui,famuli, qui in eius domo ei[9] ſumptib. viuunt continuè, l.intelligitur,ff.de publi.l. 1.§.familiæ, C.ad l.Corne. de ſica.l.ſi fortè,quę ponit̃, de pœ.diſt.1. & de hære.c. filij,lib.6.in fi.& de teſti.c. in literis,vbi de hoc, & 3. q.5.c.1. Et de tali intelligitur,qđ dicitur in d.c.licet, de quo vide ĩ.interdictũ. 6.§.4.eſt & alia familia, q̃ nec eſt perpetua, nec mercenaria,ſicut clerici,& religioſi, & alij eccleſiaſtici dicuntur de familia eccleſię, de quib[9]. 16.q.6. de lapſis, eſt & alia, de qua in l.fi.C. de verb.ſi.vbi nomen familię comprehendit parẽtes, liberos,oẽſq; propinquos, & ſubſtantiam, & libertos etiam,& patronos, necnõ & ſeruos; & hæc ſignificatio habet locum in fideicommiſſis, vt ibi patet. [b]

1 Ad q̃d tenetur paterfa. ℞. ꝙ ad duo tenet̃ de præcepto,ſ.ad adminiſtrationẽ neceſſariorum ad vitam, & ad diſciplinam tam verbo, quã exemplo morum, vt colligitur. 1.ad Timo.5. & ad Ephe.3.& no.in §.neceſſe.47.diſt. aliter eſt peccatum mortale de ſui natura, niſi excuſet aliqua circunſtantia,puta neceſſitas, & huiuſmodi,vel niſi ſit famulus,de quo in ſe.3.§.dicam,vel ſit circa ea, q̃ non ſunt neceſſaria ad ſalutem omiſſio correctionis.Et ſic intellige. 13.q.4. duo iſta, & q.5.non putes.

2 Sed nunquid infirmanti teneatur ſubuenire,qui ex mercede locauerat operas ſuas? ℞.quoad expenſas ſecũdùm Bar.in l. ſi cum dotem.§.ſin autem,ff.ſol.mat. & in l.in rebus,ff. commo. quòd ad magnas expenſas non tenetur; [c] quod ſimito verum ratione famulatus.Secus,ſi teneretur vt pauperi. [d] quo verò ad ſalarium Ioan.And. d.Ant. Ioan. de Imol. & Panor.in c.1.de cle.ægro. & communiter docto. tenent, ꝙ non, quia caſus contingens in perſona, quæ locauit operas,liberat conductorem a præſtatione mercedis l.ſi vnò.§.item cum quidam, & quod ibi no.ff.loca. & quod no.in l.in rebus.§. poſſint,ff.commo.& in glo.l.fin.§.idem iuris,el 2.ff.ad l.Rho.de iac.hoc tamen limitat Pa.vbi ſupra, quando ſalariũ debet̃ ſolũ ratione perſonæ; ſecus, ſi daretũr ratione aliorum etiam. vnde poteſtas, qui habet famulos,& iudices, quibus habet ſoluere,licet infirmetur, vel moriatur, tenetur nihilominus hæres; & ideo ipſe poteſt petere,& debitores debent ei ſoluere;tex. eſt in l.ſi pecuniam,in prin.ff.de condi. ob cau.facit quod no.in l.diem functo, ff. de off. aſſeſſ. Innoc. videtur tenere, ꝙ debeatur ſalarium,in c.propter ſterilitatem, de loca.facit c.1.de clę.non re.lib.6.& ibi Gemi.per illum tex.dicit doctori, vel famulo non debet ſubtrahi ſalarium propter infirmitatem; allegat quod habetur in Spec. de cle.non re.§.poſtquam,ver. quid ſi mercenarius,& iſtud tenet Sal.in l.licet,C.loca.& pulchrè Ang.in diſputatione, Exorta guerra.facit l.quæſitũ,ff.de re iudi. Et hoc procedit indubitanter, vbi conſuetudo ſic eſt,quia tunc debetur, quia illud videtur actum,quod eſt conſuetum.l.ꝙ ſi nolit. §. qui aſſidua,ff.de ædi. edic. Sed vbi conſuetudo non eſt, tene ꝙ non debetur, niſi vt dictum eſt,ꝙ in caſu ſpeciali,vt C. de aduo.di.iudiciorum.l.poſt duos, vbi aduocato debetur ſalarium ex publico conſtitutum,licèt moriat̃ intra annum; ſecus eſſet de ſalario promiſſo a parte, quia nõ debet̃ niſi pro rata temporis [e] ſm Bar.in d l. diẽ functo; ſimiliter in l. cum habes. §. Stichus,ff.de ſta.lib. vbi quando per ſeruum nõ ſtat,quin ſeruiat, nihilominus liberta-

tem



a C.q̃ſquis] Parũ,aut nihil facit ille textus.

b Sibi prouidebitur] Intellige, quando iſta procuratio proceſſerat ex mera liberalitate, ſecus,ſi aliquo dato,vel retẽto fuiſſet inducta.Nã ſubueniendũ eſt donatori, vt non teneatur cum magno grauamine ſuo. Vnde nõ poteſt conueniri vltra,quàm facere poteſt deducto, nè egeat,vt l. inter omnes, ff. de re iudi. q̃ rõ ceſſat in obligatione cauſata ex facto non lucratiuo Non.n.iudex debet vni conſulere cum graui præiudicio alterius, vt no. in l. 4. §. hoc autem iudicium de dãn. infe. hæc inducũtur ad q.Quidam dedit furnũ, ſeu molendinum in emphyteuſim, hoc adiecto, vt haberet,& deberet recipiens gratis coquere, vel molere pro iſto donante,& familia ſua, Demum excreuit multũ familia iſtius vltra ſolitum, quæritur nunquid teneatur coquere, vel molere pro oibus,aut ſm numerũ,antiquum, dic de iure ꝙ ſic per limitationẽ Inn.ſtatim ſ. poſitã.Et hoc tenet Pa.in d.c.quãto, ꝯ Fe.Pe.& Ab.ſimiliter dic, ſi q̃s dediſſet certũ ꝓcũ,q̃a ꝯriorum, &c. Nunq̃d autẽ q̃ tenetur procurare dñm,teneat̃ ꝓcurare ſeruitores,tex.in d.c.q̃to,facit ꝙ ſic,ſed ꝯ eſt tex.in ca.licet,đ pri.li.6.Tu vide Old.cõſ.11.

c Familiares epĩ quales eẽ debeãt Cõ.Tri.ſeſ.2.c.1. qñ ab illis ordinari poſſint, 23. ca.9.Reditib. eccleſiarũ nõ augẽ di.25.c.1.de ref. Familiaritas cardinaliũ quos nõ eximat ab ordinarij iuriſditiõe. 24.c.xi.de ref.familiariũ priuilegio q̃ gaudeant, ibid. Adde rept. inq.cũ ann.P.V.

tẽ ꝓp hoc ꝯſequit̃, de quo dic vt ĩ. locatio. §. 15. vbi pulchrè tãgit̃ hęc materia.

3 Vtrũ cũ dñs nõ ꝑt corrigere ſuã familiã, vel aliquẽ ipſorũ,teneat̃ ipſũ expellere? ℞. ꝙ ſi nec verba, nec verbera emendant,ſed ſubtractio neceſſariorũ ſeu expulſio corrigeret, tenet̃ expellere,ar.eorũ,q̃ not.in c.non omnis,5.q.5. ſi verò licentius peccaret expellẽdo,faciat quantũ põt,& licet ille nõ ſe corrigat,excuſatur,vt patet in c.quantũlibet,& c.ſeq.47.diſt.

4 Vtrum poſſit cã correctionis verberare clericos, Vide ſ.exc. 5. Caſu.§.4.

5 Vtrum paterfa. teneat̃ de furto familiæ,Vide ſ.dominus.§.4. & ĩ.obligatio. §.pen.& vltim.

6 Vtrum familia epĩ gaudeat priuilegio fori? ℞.Pa. in c.nullus, de foro comp. in verſi.in familia, communiter tenetur ꝙ ſic.

7 Vtrum familia,vel aliquis eorum teneatur reuelare delictum domini ſui, requiſitus, per obedientiã ſuperioris. ℞.ꝙ non, ſi criminaliter,vult ꝓcedere. vt 4.q.3.c.l.Iulia,el 2. Si autẽ ciuiliter,ſic credo teneat̃, q̃a nulla.l.repellit̃, vt not. gl.3.q.5.c.1.in ver.parẽtes qđ credo verũ,qñ nullũ malũ ſibi immineret ex hoc, alias ſecus, q̃a non teneor cum malo meo facere bonum proximi temporale.

8 Vtrum dño familiæ, q̃ fecit iurare familiã de veritate dicenda,ſit parendũ? ℞ ſm Durã.aut iſte dñs eſt truculentus, & probabiliter habetur ferus,& ſic nõ tenetur,quia illicitum fuit iuramentũ.Si verò eſt manſuetus,& probabiliter creditur ꝙ non procedet, niſi rationabiliter, tunc diſtingue,ꝙ aut res,puta aſportatæ, erant ad cuſtodiã ſuã deputatæ,& ſic ſicut poteſt proſequi aſportantem, ſic & dño reuelare.Si verò nõ erant deputatę ad eius cuſtodiã,tunc ſi põt ꝓbare,tenetur dicere veritatẽ,ſi verò non poteſt probare,non debet reuelare,niſi tali,qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, & ſi alio mõ iurauit, non fuit licitũ iuramẽtum, nec obligatorium. Idem dicit Hug.de teſtib.ſinodalibus,ꝙ non tenẽtur denunciare epiſcopo, licèt iurauerint niſi crimina, quæ poſſunt probare.24.q.4.quiſquis [a] aliàs eſſet proditor.2.q.1.ſi peccauerit,niſi hoc faciat ſecretè illi,qui hẽt corriger̃ paternaliter, ar. 22.q.5.hoc vr̃ de hoc vide ſ. denũtia.§.x.

9 Vtrum obligatus procurare aliquam familiam,vel fratres alicuius domus,teneat̃ excreſcente familia, vel fratibus in numero? ℞.ſm Pau.ꝙ ſi familia,vel fratres habebant numerum determinatum, tũc non tenetur ſi aũt indeterminatum, vt ſunt fratres Minores alicuius conuentus,ſic tenetur,facit.c.quanto,de cenſibus ſi tamen nimis grauaretur, per iudicis officium ſibi prouidebitur, [b] & ſic patet, quòd quoad conſcientiam non tenetur.

10 Quid ſi famulus cùm dño non conuenit de ſalario? ℞. ꝙ ſi famulus cõſueuit locare operas ſuas, & dñs cõducere operas miniſtrorum, ꝙ tenetur dño ſoluere vſq; ad ſummam,qua alios fuiſſet conductur[9], ar.l.ſi nõ ſortem.§.libertus,ff. de con. ind. no.Arc.1.q.1.ſunt nonnulli, ꝙ ſi fuit conductus ſub mercede taxanda ad arbitriũ dñi,ſic iudicio bono viri taxabitur, vt patet ſupra.Arbiter.§.x.quaſi in fi.

FAMILIARIS [c] quis dicatur? ℞. ſm gl. 3.q.5.in ſum.ꝙ largè dicuntur omnes, qui cohabitant cum aliquo,vt in c.in literis,de teſti.& c.inſinuante,de of.de eg.gl. in d.c.literis,in ver.de fam. dicit, familia-

res appellantur conſanguinei, colonus, aſcripticius, mercenarius, filius in poteſtate, libertus, ſeruꝰ, & omnes habitãtes in domo. Domeſtici verò ſunt, quib. ratione patriæ poteſtatis, vel dominicæ imperari poteſt, vide glo. in ver. domeſtica, in l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſias confu. quando enim dicitur, familiares, domeſtici, intelligũtur omnes, qui in expenſis alicuius commenſales continuè exiſtunt, etiam ſi aliquando abeſſe pro eius negocijs gerendis contingat, vt no. in c. fi. de ver. ſi. lib. 6. vbi bonus tex. & in his locis tractatur de familiarib. & domeſticis, quãdo repelluntur a teſtamento &c.

FAMILIARITAS [a] cum mulieribꝰ ꝓhibetur eccleſiaſticis. 32. di. interdixit & duobus c. ſe. 34. di. quorundam. 81. di. clericus, cũ multis ſeq. 18. q. 2. cognouimus, de coha. cle. & mu. ꝑ totum vide ſupra, clericus. 5. imò vt dicit Hier. in c. hoſpitiolũ tuum. 32. diſt. non poteſt dignè cum deo habitare, qui fœminarum acceſſibus delectatur. Familiaritas nimia parit contẽptũ, ꝺ̃ Iudęis, &c. ſi Iudęos

FATVM [b] ꝗ credit, mortaliter peccat. 26. q. 7. non obſeruetis. [c]

FAVERE peruerſis, idẽ eſt, ac ſi ipſe faceret. 11. q. 3. qui conſentit. 83. di. nemo, & c. ſe. 23. q. 4. ſi quis. [d]

FAVTOR quis dicatur, vide infra, hæreticꝰ. §. 24.

FOEMINA non debet tõſari ẽt cauſa religionis. c. vxoratus, in fi. de conuer. coniuga. Et intelligitur nõ ſolum de tonſura, quæ dicitur clerica, ſed etiam de raſura, quæ fit per abiciſſionem capillorum vſque ad aures facit. 30. di. quæcunque mulier, & 20. q. 2. ca. 1. & cle. attendentes, de ſta. regula. gl. tamen in d. Cle. vr̃ tenere, ꝙ conſuetudo contraria [e] excuſat, & ꝙ. ca. q̃cunque mulier, intelligit de illa, quę vult remanere in ſœculo, nolens religioni deſeruire, ſed mundialiter viuere, & placet, peccat ergo mortaliter [f] talis tonſurans ſe, cum in d. c. quęcunque mulier, ſit excommunicanda, quod etiam intellige, niſi ex neceſſitate hoc faceret.

1 Quare fœmina citius pubeſcit? Reſp. glo. in l. 2. in verbo, octauum, C. de his, qui ve. æta. impe. quia mala hærba cito creſcit, ſed eſt alia ratio, quam reddunt doc. in c. literas, de deſpõſ. impu. ſ. quia ſexus mulieris eſt debilior, & citius deficit, & ideo citius perficitur ſicut in alijs videmus.

2 Quæ ſunt illa, quę mulier non poteſt exercere? ℞. multa, non poteſt prædicare, nec docere publicè. 23. di. mulieri, idem habet. 33. q. 5. mulierem, nec confeſſiones audire, nec alijs benedicere, vt in c. noua, de pœ. & re. vbi pulchrè text. & gl. ordinaria. Item nec tangere ſacra vaſa. 23. diſt. ſacratas, nec ſacratas pallas contingere, nec incẽſum circa altaria deferre, vt in d. ca. ſacratas. Item nec actum alicuius ordinis exercere, vt in d. c. noua, & in c. tanta, de exc. præl. & not. in c. dilecta, de ma. & obed. Item nec iudicis, nec magiſtratus gerere officium, niſi in caſibus, de quibus in gl. 15. q. 3. §. 1. nec poſtulare, nec procurare, niſi in propria

cauſa

a Conc. Tri. ſeſſ. 25. c. 14. ꝺ̃ re. P.V.
b Huc pertinere videtur canones quintus, & ſextus concilij Tri. ſeſ. 6. de iuſtificatio. & catech. in orationes domi. ver. illũ Dimitte nobis debita noſtra prope fin. P.V.
c Non obſeruetis] Loquitur de fato, ſecundum ꝙ accipiunt mathematici. Nam dicunt fatum eſt ius diſpoſitionis ſiderum in natiuitate, vel conceptione alicuius, vel ſecundum vſum loquẽdi, Fatum dicitur hic pro fatali diſpoſitione, qua & omnia à caſu, fortuna ve euenire dicunt. Secus tamen, ſi accipiat fatum catholicæ de quo per Boe. 4. de conſola. Et tractat Aug. plenè. 5. de ciu. Dei. Euſe. etiam de ꝑpara. Euang. Au. Gel. 5. noctium Atticarum recitat Chryſippum ſtoicum fatũ diffinientẽ vide ibi.
d Si quis] Meliꝰ facit c. qui aliorum, vbi tex. no. 24. quæſt. 3.
e Conſuetudo ꝯtraria] Gl. illa in ver. & cornutis, loquitur de monialibus, nam dicit, ꝙ cõſuetudo eſt, quod tonſorẽtur, quamquã nullo iure caueatur, ſed de mulieribus ſęcularibꝰ fortè non excuſaret conſuetudo, cũ ſubiectionis velamen auferatur ſecũdum Abb. in d. c. vxoratus, pen. nota. Dum autem ſubdit hic, Peccat ergo mortaliter, loquit̃ ꝺ̃ ſęcularib.
f Peccat ergo mortaliter] Volunt aliqui, vt Roſel. ꝙ non ſit peccatum mortale, ſi facit ex leuitate, & fatuitate, ſecus, ſi ex ſuperſtitione, vel in ꝯtemptum ſignificationis illius, quod ſignificat coma, ſ. ſubiectionem viri, nã bene tunc peccat mortaliter, & hoc no. tex. dicti c. quæcũque, ibi, reſoluens ius ſubiectionis, & ibi Arc. põderat verbum, ſubiectionis, plus dicit Roſ. quod etiã ſi totam decaluaret mulier ex leuitate, & fatuitate, licèt alijs eſſet inderiſum, ꝙ nõ peccaret mortaliter, licèt malè faceret. Vult ergo requiri cõtemptũ, vel ſuperſtitio. Sed contra eum eſt dictum Pa. hic in tex. relatum. ſ. ꝙ prohibetur mulier ſe tonſurare etiam cauſa religionis, & ſic propter bonum, ergo multò magis ſi propter leuitatem, dic quòd fortè leuitas excuſat.



cauſa, & ſuorum, vt not. in l. fœminæ, ff. de re. iur. & 3. q. 7. §. tria. 15. q. 3. §. 1. Item nec teſtis eſſe, de quo dic. 3. vt infra Teſtis. §. 5. nec perſonaliter poſſet trahi ad iudicium cauſa ferendi teſtimonium, aut alia qualibet cauſa, quæ in iure non exprimitur contra eius volũtatẽ, & ſi eſt religioſa, non poteſt, ẽt ſi vult, trahi ad iudicium ex quauis cauſa ꝑſonaliter. c. mulieres, de iu. lib. 6. Item nec viri habitu vti ſub pœna anathematis. 30. di. ſi qua mulier. Itẽ nec accuſare, niſi in certis caſibus, de quibus. 15. q. 3. c. 1. in text. & in glo. in ver. antiqui. Item non poteſt ſe obligare, ſeu propriam ſubſtãtiam pro debito viri, niſi creditum ſit conuerſum in ſuam vtilitatem, vt in aut. vt nul. iu. §. & illud not. Itẽ non debet incarcerari, vel detrudi pro aliquo debito, vt ibidem.

FOENVS [a] eſt vſura, ſed differt in hoc ab vſura, quia vſura eſt lucrũ de capitali acceptum, fœnus verò eſt lucrum de vſura, vnde græciſmꝰ, eſt vſura ſuos cum quis tradit mihi nummos, Sæpe lucri, fœnus duplex vſura vocatur, quod q. dem fœnus improbum exercentes ſunt infames. l. improbum, C. ex qui. cau. infa. ir. De quo dic vt infra. Vſura, quia communiter vnum pro altero accipitur, vt in d. l. improbum.

FERIAE dicuntur, quia præſtant vacationem ab his, quę fiunt in foro iudiciali, & operibus ſeruilibus, quarum aliquæ ſunt ob reuerentiam Dei introductæ, vt in c. conqueſtus de ferijs, & C. eo. ti. l. dies feſtos, & de conſ. diſt. 3. in principio. Aliæ sũt ob reuerentiam principis, vel ciuitatis, vt dies natiuitatis ſuæ, vel dies principij de imperio. C. eod titu. l. omnes, aliæ ſunt ad requiem laboris, vt tempus meſſium, & vindemiarum, de quibus in d. c. conqueſtꝰ, & ff. eo. ti. l. 1.

1 Vtrum partes poſſint renunciare [b] dictis ferijs? Reſp. ꝙ primis & ſecundis non, tertijs ſic, [c] vt in d. c. conqueſtus, & 15. q. 4. in ſumma.

2 Vtrum nullo modo poſſit quis compelli ad iudicium in præfatis ferijs? Reſp. ꝙ non niſi in caſibus, de quibus ff. eod. tit. l. 1. & de quo in c. vl. de iud. & niſi neceſſitas vrgeat, puta quia res erat peritura, [d] vt exempla habes in l. 1. 2. & 3. ff. eod. & l. 1. ff. de dam. infe. aut pietas. puta cauſa debilium, vel miſerabilium perſonarum, dicto c. conqueſtus, quia in operibus miſericordiæ [e] non eſt habenda diſtinctio dierum, arg. 76. diſt. vtinam, de conſec. diſt. quinta, nunquam, & ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit. ff. de religio. & ſumpti. fu. l. sũt perſonæ.

3 Feſtum, ſeu feriæ ſolennes, quæ in honorem Dei ſunt introductæ, & in quibus abſtinendum eſt ab operibus ſeruilibus, quæ ſunt? Reſpond. ſunt infraſcriptæ poſitæ in capitul. conqueſtus, de ferijs. Natiuitas domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Euangeliſtæ, Sanctorum Innocẽtium, Sancti Silueſtri, Circuncíſio domini, Epiphania domini, Septem dies dominicæ paſſionis, Reſurrectio domini cum. 7. diebus ſequenti. Pentecoſtes cum duobus ſequen. Natiuitas Beati Ioann. Baptiſtæ, Sanctorum. 12. Apoſtolorum, Sancti Laurẽtij, Purificatio Mariæ Virginis, Annunciatio eius, aſſumptio eiuſdem, & Natiuitas ipſius, Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli, Feſtum omnium Sanctorum, Dies dominici, Omnes alij dies, quos epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero, & populo duxerint celebrandos, In cap. pronunciandum, de conſecr. diſtinctio. 3. vbi præfatæ ſolennitates ponuntur, adduntur etiã tres dies rogationum, [f] dedicatio cuiuſcunque oratorij, [g] Feſtum Sancti Martini Pontificis, & confeſſoris in c. crucis d. noſtri; de conſ. diſtin. 4. ponitur feſtum Inuentionis Sanctæ Crucis in Cle. ſi dominum, de reli. & ve. ſan. ponitur feſtum Corporis

a Catec. in præceptum. Nõ furtum facies, in c. vtrũ huius. P.V.
b Renunciare] Pa. in c. fi. eo. tit. 4. col. verſic. Sed quæro, plenè examinat.
c Tertijs ſic] Habetur clarius in d. l. 1. ff. eo.
d Peritura] Sufficit in actione, quæ eſt peritura litis cõteſtatio.
e Miſericordię] De hoc latè per Pa. in c. conqueſtus, eodem titu. 3. col. vide Bald. con. 498. Ale. cõ. 130. 3. parte.
f Rogationum] Non tamen feſtãtur. Et ſic eſt cõſuetudo, vt refert Abb. in d c. cõqueſtus. 3. col. Et dicit ſe reſpõdiſſe in q. facti. Lap. tamen alle. 90. tenet, ꝙ ſunt in præcepto. Idẽ Hoſ. in d. c. cõqueſtus, & Arc. in ca. rogationes, de conſe. diſt. 3. ſed Io. And. dicit eccleſiam hoc non ſeruare Idẽ Spe. ti. de ferijs. Tu tene, ꝙ nõ ſeruant.
g Oratorij] Intellige de clericis ibi inhabitãtibus, ſed de conſuetudine nõ ſeruatur, ſecundùm d. An. & Pa. in d. c. conqueſtus.

Chriſti. Adde ſecũdum Io.
And. quem ſequitur d. An.
& etiam Pa. in d. c. conque-
ſtus, cum non reprobet, [a]
feſta quatuor doctorum ec
cleſiæ, ſed in iſtis & omnib.
alijs prædictis ſtandum eſt
conſuetudini, ſm Hoſti. &
Pa. in d. c. conqueſtus, ſimi
liter de feſto S. Bartholo-
mæi quoad diem, In quo
fiat. c. conſilium, de obſer.
ieiu. vnde hodie dies paſſio
nis, & ſeptimana reſurre-
ctionis, & dedicationis ora
torij, & quatuor doctorum
& euangeliſtarum non ſer-
uantur. Sed limita, vt vide
licet intelligamus, ꝙ cõſue
tudo deroget præfatis feſti
uitatib⁹, dummodo non ſit
dominicus dies, vel eo ma
ior, ſicut eſt feſtum Natiui
tatis domini, Reſurrectio-
nis, Aſcẽſionis, Pẽtecoſtes,
& Epiphaniæ, vt in c. licet,
de ferijs, dicitur in gl. quã
ſequunt doc. vbi addit Ioã.
An. aſſumptionem virginis
glorioſæ, ar. c. fi. de ſen. ex.
li. 6. qa non credo valere ꝯ
ſuetudinẽ in contrariũ, cũ
videantur quaſi iuris diui-
ni, vt patet in d. c. licet.

4 Vtrum conſuetudo poſ
ſit aliàs a præfatis feſtiuita
tes introducere, ita, ꝙ de p̃
cepto teneamur ad illã? ℞.
qđ ſic, ſicut poteſt facere
aliam legem, & quando ſit,
vide ſupra, ꝯſuetudo. §. 2.

5 Vtrum Epiſcopus cum
clero ſolùm poſſit indicere
feſtum? ℞. ꝙ non, ſed opor
tet ꝙ faciat cum populo, vt
ſupra patet.

6 Feſtum [b] immaculatæ
ꝯceptionis glorioſæ Virgi.
matris Dei Mariæ, licèt ec-
cleſia Romana antiquitus
non celebrauerit vt patet p
Th. in 3. par. q. 27. & p ſan.
Bo. in 3. di. 3. & per gloſ. de
conſ. di. 3. [c] in c. pronunciã-
dum, quia eius puritas non
dum erat reuelata, tamẽ ho
die de ipſa conceptione fa-
cit ſolenne officium, & fe-
ſtũ cũ largitione indulgen-
tiarũ, quæ ĩ feſto Corporis Chriſti ſunt da
tæ illis, qui interſunt diuinis, & hoc ꝓpter
multa miracula, per q̃ manifeſtum eſt, ꝙ ſi
ne peccato originali fuit concepta. Et ideo
hodie ad euitanda ſcandala præcipitur ſub
pœna excommunicationis latæ ſententiæ,
a qua nõ poſſit abſolui niſi à Romano Pon
tifice præter quàm in mortis articulo, om-
nibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis,
& conditionis fuerit nè de cętero auſu te
merario præſumat in ſermonibus ad popu
lum, ſeu aliàs quomodolibet affirmare, ꝙ
tenentes virginem eſſe præſeruatam a pec
cato originali in ſua conceptione, polluan
tur labe hæreſis, vel mortalis pcti, vel feſtũ
eiuſdem conceptionis celebrantes, neque
tenere libros, vel legere, aut habere ꝓ ve-
ris hoc continentes, ſimili quæ pœna ẽt li
gantur, qui auſi fuerint aſſerere, ꝙ ꝯriã o-
pinionem tenentes, ſ. ꝙ ſit concepta in pec
cato originali, incurrant hæreſim, vel mor
tale peccatum, hæc habentur in extrauag.
Sixti quarti, quæ incipit, graue nimis.

7 Quid de iſtis feſtis Sancti Antonij San
cti Nicolai, Sanctæ Catherinæ, & hmõi, q̃
ex conſuetudine celebrantur, ignoratur,
tñ, an ex tali conſuetudine ſint introducta,
quæ habeat vim legis præceptiuæ? ℞. ꝙ nõ
credo peccare mortaliter non ſeruãtes, ni
ſi eſſet ſcandalum, ratio, quia non ſunt in-
troducta vt de præcepto, ſed ex deuotione
vbi autem eſſet ſcandalum, ſic ibi eſt ꝯſue
tudo obligatoria, ex quo tandiu eſt, ꝙ eſt
præſcripta, & reputatur obligatoria.

8 Quando incipit dies feſtus, Vide ſupra
Dies, in princ.

9 A quibus eſt abſtineñ. [d] diebus feſtiuis
p̃dictis? ℞. ꝙ ab oĩ ope ſeruili, nõ ſolũ pec
cati, ſed etiam mechanicis, vt agricultura,
vt dicitur in c. licet, de ferijs. Pro cuius in-
telligentia eſt notañ ſm Ric. in 3. di. 37. ar.
3. q. 4. ꝙ opus ſeruile dicitur tripliciter.
Aliqñ materialiter ſolũ, ſed formaliter libe
rum

a Cum non reprobet] Imò ad hoc allegat cap. vnicum, de reli-qui. & veñ. ſancto. & inducit, ꝙ ſunt in præce-pto, quia mandã tur feſtiuari ſub duplici officio, tñ dicit de cõſue tudine malè cu-ſtodiri. Idem dic de feſto Sãcti Lucæ, & Sancti Marci, ꝙ ſtandum eſt conſuetudini.

b Edidit, ni fallor, hac de re Pi⁹ V. Pon. max. cõſtitutionẽ. P. V.

c Per gl. de conſe. diſt. 3. In ver. Natiuitatis, & Spec. ti. de ferijs, in prin. di. Virginẽ Mariã fuiſſe in peccato concẽptam Pa. tamẽ & moderni in c. fi. de ferijs tenent Virginem Mariã nullam maculã originalem contraxiſſe, & bene, & ita eſt teneñ. qa ſic totus mundus tenet exceptis paucis.

c Adde S. Syno. Tri. declarationẽ ſeſſ. 5. de peccato ori. in ver. poſtremo. P. V.

d A quibus eſt abſtinẽdum] Ri. in 3. di. 37. ar. 2. dicit, ꝙ exercentes haſtiludia diebus feſtiuis peccant mortaliter, cum ſimili ratione videantur ꝓhibita, ſicut torneamenta p rõnes. ca. 1. de tor. vñ mortes hominũ, & aĩarum periculum ſæpe ꝓueniunt, & tales ibidem morientes in cęmeterio non ſunt tumulandi, Roſ. ſepultura. 4. poſt princi. Et idem dicit Arch. Flo ſecun. dę. par. tit. 3. c. 7. §. de ſpectaculis, de aſpicientibus haſtiludia, vel alia ſpectacula illicita in diebus feſtiuis, ꝙ peccãt mortaliter.



rum, vt verbi gratia ſcribe
re, non pp tpale lucrũ, ſed
ad ædificationẽ animarum
pp diuinum cultum, & hu
iuſmodi, & iſtud nõ ꝓhibe
tur, imo conceditur, vt pa-
tet in d. c. conqueſtus, vbi
cã pietatis, quæ aliàs prohi
bentur, ꝑmittuntur facit l.
diuus, ff. de ferijs, vbi ea q̃
faciunt ad diſciplinam mi-
litarem, poſſunt peragi die
bus feriatis. Secundò dicit
opus ſeruile formaliter ſolum, materiali-
ter, autem liberum eſt, vtputa cũ aduocat⁹
cogitat de his, q̃ die craſtina debet propo
nere propter lucrum temporale, ruſticus
de aratione terræ, & ordinatione boum, &
licèt ab iſto abſtinere debeamus in dieb⁹
feſtis, non tamẽ aſtringimur de præcepto,
vnde non peccat mortaliter talia faciens,
niſi per hoc opus excludatur illa vacatio,
quam debet cultui diuino ex neceſſitate,
quam explicabo in ſe. q. quæ ſit. Tertiò dici
tur opus ſeruile materialiter, & formali-
ter, ſeu finaliter & hoc eſt omne opus cor
porale ordinatum ſicut ad proprium, & ꝓ
ximũ finẽ ad bonũ corporis tpale, ſeu ad lu
5 Quot ſunt articuli fidei? ℞. cõiter dicitur, ꝙ ſunt.12.quia quilibet apoſtolorũ, qui fuerũt.12.ſuum poſuit, & oẽs inſimul omnes articulos approbauerunt. Sed verius dicendum eſt, ꝙ ſunt.14.ſeptem pertinent ad diuinitatem, & 7.ad humanitatẽ Chriſti, qui omnes ponuntur in ſimbolo minori, qui ſunt infraſcripti. Primus, quẽ poſuit Petrus eſt Credo in Deũ patrẽ, omnipotentem, creatorẽ cœli, & terrę, in quo tria continentur. Primum vnitas deitatis ibi, Credo in deũ, non deos. Secundum diſtinctio perſonæ patris ibi, patrẽ omnipotẽtem. Et vt dicit Ri.in 3.ſen.hic oĩpotentia includit oẽm ſciã, ſummã bonitatẽ, ꝓuidẽtiã reſpũ oĩum, & oẽm ꝑfectionem. Tertiũ creatio oĩum ibi, Creatorẽ cęli, & terrę, i. viſibiliũ per terrã, & inuiſibiliũ ꝑ cœlũ ſignificans. Secundus art.quẽ poſuit B. Andræas, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, dñm noſtrum, Eius dicit, ideſt patris, & vnicum, quia ſolus vnus eſt filius, & Dñm noſtrum, ſ.iure creationis, gubernationis, & redemptionis. Tertius articulus, quem poſuit Ioannes, eſt, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, nat⁹ ex Maria virgine. Quartus, quẽ poſuit Iacobus maior, eſt, Paſſus ſub Põtio Pilato, crucifix⁹, mortuus eſt, & ſepultus. Quintus articul⁹, quẽ poſuit Thomas, eſt, Deſcẽdit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis in quo ꝯtinẽtur duo articuli. Primus, deſcẽdit ad inferos, ſ.ſm animam. Secundus, reſurrexit a mortuis, ſcilicet glorioſus, & immortalis. Sextus articulus, quem poſuit Iacobus minor, eſt. Aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris. Aſcendit enim nõ ſolùm ſuper omnes cœlos, ideſt ſuper omnẽ creaturam corporalem, ſed etiam ſuper omnẽ ſpiritualem, quia propter dignitatem vnionis omnes excellit, Ephe.1.propterea additur, Sedet ad dexteram dei patris, ideſt in potioribus bonis patris. Septimus articulus, quem poſuit Philippus, eſt, Inde vẽturus eſt iudicare viuos, & mortuos, ideſt eos, qui in eius aduentu viui reperientur, & in momento morientur, & poſtea reſurgent

a Quidã tenent] đ hoc vide Ana. in c.ſi.de vſu.12. q.ibi. 12. quæritur, pone ꝙ tu accepiſti mutuo.

b Fides qd ſignificet, Cate.docet in expo.Simb.in prĩo ar.c.igr̃. De ei⁹ gradib. ĩ ꝓœ. op.c. docẽdi, neceſſaria ad ſalutẽ cõſequẽdã, ibi.& in art.Sim. Et in Ieſum Chr.& ad iuſtificationẽ, in ar.Deſcendit. ad inferos.c. Poſtremo, & Cõ. Trid. ſeſ.6.de iuſtifi.c. 7.De oĩpotentia Dei, Cat.ĩ primo art.Sim. in vocẽ oĩpotẽ.in orõne de ora. c.de ꝑpa. adhib.qd primò credẽdum idẽ, in prĩo art.ſidei. Hã antecedeṙ ꝑniam oportet idẽ đ pę. ſac.c.2.alia đ ea, in eodẽ legas ĩ totũ maximè Sim. & ĩ opis exordio ſola q.d, Cõ.Tri. ſeſ.6.c. 7.de iuſt. c.xi.đ obſer.mã. cur ſine operib⁹ mortua, ibid. nè longior ſim, alia de ea tradit Sin. Tri. q̃ ex tabula Zilettianę ĩpreſſiõis colliges. id tñ addas ex ea q. fidei ꝓfeſſionẽ facere teneant̃, ſeſ. 24.c.1.& 12.đ re. cuius formã edidit Pius.4. Pon. mã. q̃ vidẽs poſt decreta Conc.excuſſam, lege quoque reper.inqui. cum anno. P. V.

c Si nõ crederẽtur] Exemplũ, ſi nõ crederet expoſitioni ſacræ ſcripturę, ſm ꝙ, ſ.approbat eccl̃a, qa eſſet ꝯ articulũ, Credo in ſpiritũ ſanctum, &c.

gent

gent cũ eis, q primò erant mortui. Octauus articul⁹, quẽ poſuit Bartholomæus, eſt, Credo ĩ ſpiritũ ſanctũ, q. ſ. eſt tertia pſona in Trinitate. Non⁹ articulus, quẽ poſuit Mattheus, eſt Sanctã eccleſiã catholicã. i. ꝯgregationẽ fideliũ. Decimus articulus, quẽ poſuit Simõ Cananæ⁹, eſt Sanctorũ cõionẽ, remiſſionẽ peccatorum. Et iſte arti. cũ illo, quẽ fuit B. Matthæ⁹, eſt vn⁹ articul⁹, & ad vnũ & eũdẽ articulũ ptinet, q ẽ de operatiõe Dei, p q̃ dat nobis eſſe grã., eſt ſenſus, Credo in ſpiritũ ſanctũ facientẽ ſanctã eccleſiã Catholicã. i. vniuerſalẽ, in qua eſt cõio ſanctorũ, & remiſſio peccatorũ, & iõ non dẽt dici, In ſanctã, ſed ſanctã. Vel ẽ ſenſus, Credo catholicã eccleſiã eẽ ſanctã, ſ. per operationẽ Dei, eccleſiã, in q̃ habentẽ cõionẽ ſanctorũ, & remiſſionẽ peccatorũ, tñ ad hunc art. reducitur fides de ſacris, qa in eis cõicant fideles, & ſunt inſtrumenta ſanctificandi, & ex conſequẽti peccata remittendi. Vndecimus arti. quẽ poſuit Iudas Thadæus, eſt, Carnis reſurrectionẽ. Duodecim⁹ art. eſt, quẽ poſuit Mathias, vitã æternã. Et eſt ſenſus iſtorum duorum, Credo, ꝙ Deus reſuſcitabit nos, & dabit nobis vitã æternam. ſ. bonis, & ex conſequenti ſequitur, ꝙ dabit malis pęnã æternam, hęc ex Ri. in 3. di. 25.

6 Vtrum ſimplices, qui in ſubtilitatibus fidei errant, peccent? ℞. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 6. ꝙ non, ſi non pertinaciter, peruerſæ doctrinæ inhærẽt in particulari ꝯ vniuerſalis eccleſię fidẽ. Spe. verò ti. de hære. & Alua. vt refert Io. de Lig. tenent, ꝙ peccant mortaliter, & ſunt hæretici. Spec. allegat. 24. q. 1. ſchiſma, C. de hær. l. 2. in fi. & C. de ĩ ius vocandi. l. venia, ibi nec in ea re ruſticitati venia pbeatur. 37. di. c. fi. Aluaro verò allegat 6. q. 1. q̃ro. 19. q. 1. ſi cupis. 22. q. 2. in ipſarũ, ſed ego credo verã opi. S. Th. imò plus dico, ꝙ aliqñ talis error poſſet eſſe meritorius, vtputa aliquis audit aliquẽ prædicatorẽ famoſum, vel epum prędicaſſe aliquẽ errorẽ, & ſimplex credit aĩo obediẽti fidei paratus tñ corrigi, nã ex intentione opera iudicantur. c. cũ voluntate, de ſen. exc. aliqñ cũ peccato veniali, vtputa vetula credit Trinitatẽ eſſe vnam fœminã, & qa credit eccleſiã ſic tenere, ſic credit, & tñ non eſt hæretica, qa ꝯditionaliter credit, ſi eccleſia ſic tenet, & credit. aliqñ eſt cũ mortali, vt eſt qñ hõ ſcienter credit aliqd, qđ eſt ꝯ articulos fidei, vel determinationem eccleſiæ, & hoc patet ex c. damnam⁹, in fi. de ſum. Tri. Ad iura, q̃ adducit Spe. l. 2. cũ ſua gl. eſt ꝯ ipſũ. l. venia, nihil facit ad materiã. c. ſchiſma, loquitur de hæreticis paratis ſe nõ corrigere. Ad iura Aluari, quæ videntur velle, ꝙ ignorãtia non excuſet, loquunt de ignorãtia iuris naturalis, q̃ non excuſat. Et hoc tene, ſicut tenet ẽt Inno. in 1. c. de ſum. Tri. & Car. in Cle. vni.[a] de sũ. Tri. vide etiam ꝙ infra dicam, hær. in prin.

7 Vtrum oẽs teneãtur habere fidem explicitã? ℞. ſm S. Bo. in 3. di. 25. ar. 1. & conuenit cũ eo Ri. ibidẽ, ꝙ credere explicitè, & diſtinctè eſt fidei prouectæ, & nõ eſt neceſſariũ, niſi illis, qui fidem neceſſariò alijs habent manifeſtare,[b] ſ. officiũ docendi & prædicandi ſumpſerũt, credere verò implicitè eſt fidei diminutæ, & non ſufficit habẽti vſum rõnis, qa cũ q̃dã ſint notoriè diuulgata, non poſſet qs illa ignorare ſine contẽptu & totali negligentia ſuæ ſalutis. credere verò partim implicitè. ſ. quoſdã articulos, ꝙ quoſdã alius explicitè, eſt neceſſariũ ad ſalutem, tenentur. n. ẽt ſimplices[c] ad illos articulos explicitè credẽdos, quos eis manifeſtat non tantum prædicatio, ſed etiã eccleſiaſtica conſuetudo, vt eſt de vnitate & trinitate, quã ex ſignatione noſcere poſſunt, cum dicunt, In nomine patris, & filij, &c. Itẽ de Natiuitate, paſſione, & reſurrectione, quæ feſta prædicant, & remiſſionem peccatorum, quã ex actu præsbiterorum noſcere pñt. Ideo ab ignorantia taliũ nullus excuſatur, vtens rõne, quia non pt eſſe ſine negligentia, & contemptum, niſi ſm Ri. vbi ſupra illi, quibus Chriſtus nec per ſe, nec p aliũ, nec p inſpirationem interiorẽ locutus eſt, quia tales non tenẽtur credere explicitè, niſi id, quod credebatur

in

a Et Car. ĩ Cle. vnica] Et idẽ tenet in Cle. fi. 2. oppo de vſur. & Bal. ĩ ru. đ ſum. tri. dicit, ꝙ q crederet patrẽ filio maiorẽ, credens eccleſiã ita tenere, nõ eẽt hæreticus, ſeqtur Abb. in rub. de ſum. tri. facit gl. in c. ſi Papa 40. diſt. Quæ vult, ꝙ Papa nõ poteſt pp hæreſim deponi ſi eſt parat⁹ corrigi. Et facit tex. in c. nunc autẽ. 21. di. & in c. dixit apoſtol⁹. 24. q. 3. vide tu Fel. in ru. ex̃. de hęr.

b Alijs manifeſtare. Adde Inn. ĩ c. 1. de ſum tri.

c Tenentur etiã ſimplices] Adde S. Th. 2. 2. q. 3. ar. 5. 6. 7. & 8. vbi plenè.



in lege naturæ. Tenet etiã Alex. de Ale. 2. 2. tit. de perplexitate coſciẽtiæ, ꝙ puer in carcere Sarracenorũ incluſus ab infantia ſecundũ Aug. de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti, ſi nõ fuerit, à quo didicerit, nec ad eum rumor doctrinæ fidei puenerit, immunis erit, & cum non habeat impotentiam omnino credẽdi, dicit Alex. ꝙ ſi faciet, ꝙ in ſe eſt, Deus illuminabit eum, vel per occultam inſpirationem, vel per angelum, aut per hominem.

8 Vtrum ſit neceſſarium ad ſalutẽ ꝯfiteri ea, q̃ sũt fidei? ℞. ꝙ ſic, p loco, & tpe, ſm Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2. puta qñ ſi aliquis interrogaret đ fide, & taceret, & ex hoc crederetur, vel quod nõ haberet fidem, vel ꝙ non eſſet vera, vel alij per eius taciturnitatem a fide auerterentur, & huiuſmodi caſibus, in quibus honor debitus Deo, & vtilitas proximis impendenda ſubtrahitur, niſi confeſſio fiat,[a] eſt neceſſaria de pręcepto. In alijs aũt caſibus non eſt neceſſaria de præcepto, ſed de cõſilio, ſi modo vtilitas fidei ſperat. Vituperabilis eſt confeſſio fidei, qñ ſolũ eſt ad perturbationem infidelium, dicente domino. Mat. 7. Nolite ſanctum dare canibus facit c. in mandatis. 44. diſt.

9 Quid de illo, q licet interius credat, tñ pp timorẽ facit aliquem actũ infidelitatis, puta, exhibet reuerentiam idolo, portat aliquam veſtem deſignatã ad aliqđ determinatũ ſignũ infidelitatis, & hmõi? ℞. ꝙ peccat mortaliter, qa ſm Aug. 32. q. 4. ſicut Sanctius eſt mori, q̃ vti idolatico, hęc ille. Secus eſſet, ſi non deſignaret determinatæ infidelitatem, ſicut legimus in Beato Sebeſtiano, qui vtebatur clamyde militari ex bono zelo, vt lucraretur animas Chriſto, & huiuſmodi.

10 Vtrũ liceat, prece, vel precio aliquem adducere ad fidẽ, vide j. Iudæ⁹. §. 33.

11 Vtrũ liceat diſputar de fide, vide s. Diſputatio, de hac materia, vide. j. Infidelitas.

FILIVS[b] quidam dr ſpurius,[c] & propriè eſt natus ex matre nobili, & patre ignobili, vel patre incerto, & matre vidua. Sed in iure ſpuri⁹ dicitur omnis natus ex illicito coitu, præterquam de concubina in domo retenta ab eo, qui non eſt coniugatus, vt no. in c. tanta qui fil. ſint le. & no. Bar. in l. ſi gener,[d] ff. de his qui. vt indi. q̃quis natus de adulterio proprio nomine vocetur manzer, Deut. 23. & in c. niſi cũ pridem. §. perſonæ, de renun. & in c. per venerabilem, qui filij ſint. le. Et omnis talis ſpurius in nihilo ſuccedit patri, vel coniunctis per lineam paternam, quia non dicit agnatus, de quo tex. in capitu. dicat aliqs. 23. q. 4. & gl. in c. tanta, qui fi. ſint le. & qđ nota per Bar. in authen. ex complexu, C. de ince. & inuti. nup. & Inſtitu. de ſucc. co. §. vulgo, & Inſti. ad Orfi. §. nouiſſime, imò nec pater poteſt, talem inſtituere hæredẽ, aut. licet, C. de na. lib. & d. c. dicat aliquis. Vnde dicit Pan. in d. c. per venerabilem, in gl. in ver. non ſeruatum. (Adde Anch. conſi. 390.) ꝙ baſtardi nobilium non dicuntur de parentela[e] parentum, quia ſordes non computantur inter pręcipuos. C. ad Orfi. l. ſi qua illuſtris, nec arma parentum portare poſſunt, & eſt ſententia Bal. in l. cum legitimæ nuptiæ, ff. de ſta. ho. & ſequitur d. Ant.[f] in d. c. per venerabilem.

1 An tales ſuccedunt matri, diſtingue,[g] ꝙ aut eſt vulgo quæſitus, & propriè ſolum ſpurius, & ſic ſuccedit cum legitimis filijs niſi mater ſit illuſtris fœmina, vt ĩ l. ſi qua illuſtris, & ibi per gl. & Bart. & Inſt. de ſuc.

cog.

a Niſi confeſſio fiat] Nã eſt præceptum affirmatiuum, & ideo p loco, & tempore obligat.

b Vide quoque repertorium inquiſi. cũ annota. Petrus Vendra.

c Spurius] Bar. in d. l. ſi gener, dicit, ꝙ dicitur etiam Spurius, quia lege nomẽ aſſumit, vt ex adulterio, vel ex concubina, cum plures haberet, & gl. & Bald. in l. 2. C. de epiſco. & cleri. ꝙ natus ex ſacerdote eſt inceſtuoſus, vel dicitur ſpurius. l. vulgo ff. de ſta. homi.

d Bart. in l. gener] adde tex. in l. fin. ff. ſol. matr. Bar. in l. parẽtes de in ius vocan. Et an idem ſit baſtardus, quod naturalis, vide Bar & Imo. in l. ex facto. §. ſi qs rogatus, ff. ad Tre. Bal. in l. cũ acutiſſimi, C. de fideicom.

e De parẽtela] Quid aũt in ſtatutis punientib⁹ vnam domum, an veniãt baſtardi? Vide Bart. in l. fi. C. de verbo. ſign. in l. pronũciatio, ff. de ver. ſign. plenè in l. tutelas, ff. de ca. dimi.

f Et ſequitur d. Ant.] Adde, ꝙ illegitimi dicunt indecori, & propterea ſunt inhabiles ad ea, quæ in decore conſiſtũt, vt ad dignitates &c. c. indecorũ, de fi. pſbi. & in c. cum decorem, de inſtitu.

Et baſtardus nõ debet ſedere in vna menſa cum legitimè nato, ſecundùm Bald. in cap. per tuas, de maio. & obedi. l. humilem, C. đ inceſ. nup. Et vide Cardi. Alexãdrinum in d. c. p venerabilẽ, multa dicẽtẽ de his.

g Diſtingue] Pa. in c. tanta, q. fil. ſint leg. hanc facit diſt. & Bar. in l. ſi gener, ff. de his q. vt indig.

a Et ſic in nihilo] Idẽ dic de nato ex ſacerdote, qa matri non ſuccedit ſcḋm Abba. ſuper gl. in verſi. adulterinis in c. per venerabilem, qui fi. ſint leg.
b Poteſt tamen hæredes] Et intellige de matris teſtamento, non de patris.

re vltra legitimum modum; aliàs euellitur à ſpurio.
i Contra prędicta] Adde, quòd ſpurius non poteſt emere bona patris ab eo, cui ipſe pater vendidit, quia præſumitur fraus, ſecundùm Bar. in d. l. ſi is qui, quia eo ipſo, quod ſpurius inuenitur poſſidere bona paterna, pſumuntur alienationes factæ in fraudẽ; & facit. l. 1. C. de natura. li. & e. tit. l. 3. & l. 1. & 2. C. de repu. hære. quicqd dixerit gl. in l. q teſtm̃, ff. de pba. Pro hac q̃ſtione vide Fede. conſi. 57. & Bal. conſi. 251. Vide conſi. Frã. de Rampo. cõſi. 25. in conſilijs Cald. ti. de teſta. vbi dicit, ꝙ ſi rogatus tacitè de reſtituẽdo ſpurio, moriens dicat filio ſuo quał̃r fuit rogatus reſtituere, & ſimiliter ille filius moriens cõfiteatur, ꝙ iſta cõfeſſio prodeſt fiſco.

cog. §. vulgo quæſitus. Idẽ dic de nothis. Aut ſunt etiã manzeres, ſicut nati de ea, quæ non poterat eſſe legitima vxor, ſiue qa alteri nupta, vel ipſe, ſiue qa conſanguineꝰ, vel affinis, & ſic in nihilo [a] ſuccedũt, vt in d. aut. ex cõplexu. põt tñ hæredes [b] eos inſtituere ſcḋm Mar. & Mo. & videtur tenere glo, in d. c. tanta.

2 Quæritur, an parentes ſuccedant præfatis ſpurijs? ℞. Pa. in d. c. tanta, ꝙ nõ [c] in eo caſu, quo ipſi non ſuccedunt parentibus. Et hoc verum de quibuſcunque filijs illegitimis.

3 Quæro, an pfati ſpurij poſſint inſtitui hæredes ab alijs extraneis? ℞. Pan. in c. cũ haberet, in fi. de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adul. ꝙ ſic, quia non prohibenẽ niſi parẽtes, vt no. gl. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. vlt. & ſcḋm Bar. in l. ſi is qui ex bonis, ff. de vul. & pupil. ſubſti. non prohibeẽ ſuccedere fratri ſuo pupillo etiã ex iudicio patris. [d] facit gl. in aut. qui. mo. nat. effi. ſui. ĩ fi. q̃ dicit, ꝙ licèt pater nõ poſſit talẽ vulgariter ſubſtituere, põt tamen pupillariter, quaſi pupilli ſit hęres.

4 Vtrum parentes poſſint præfatis ſpurijs aliquid relinquere rõne alimentorũ? ℞. ꝙ ſic, vt no. Bar. ĩ d. aut. ex cõplexu, imo tenenẽ de æquitate canonica [e] eos alere ſcḋm facultates eorũ, & tã pater, q̃ mater, tum quia tales non ſunt in poteſtate patris, nec matris, Inſti. de nup. §. itaque, & §. aliqñ, & l. vulgo concepti, ff. de ſta. ho. tũ quia alimenta debentur inſtinctu naturæ, [f] quę ſic matrẽ obligat ſicut patrem, vt not. Inn. in c. 2. de regula. & Pa. in d. c. cũ haberet; ſecus de iure ciuili, vt in d. auth. ex complexu. Vñ dicit Bald. in l. fin. §. ſi a ſocero, ff. de his q̃ in frau. cre. ꝙ de æquitate canonica poteſt pater donare ſpurio, vt habeat pro alimẽtis, & ſimiliter legare pro alimentis, [g] no. Bar. in l. fin. ff. de his qui. vt indig. & Cin. in l. non omni titulo. C. de admi. tut. dicit, ꝙ ẽt ſpuria dẽt dotari, vt no. Imol. in l. Lucius, la 2. §. 1. ff. de leg. 2. Limita [h] prædicta, niſi eẽt in nimia quãtitate in fraudem legata. & conclude, ꝙ præfati contra prædicta [i] a patre recipiẽdo de eius bonis tenentur reſtituere etiã in conſcientia. [k]

5 Filius aliꝰ dr̃ nothꝰ, [l] vt not. in d. §. ſunt & aliæ perſonæ, qui aliquãdo dicitur naturalis tantùm, [a] quãuis ſpurij etiã ſine naturales tãtum, & talis eſt ille, qui eſt natus ex coitu neque damnato, neque approbato de iure ciuili, vt eſt filius concubinę ſolutę in domo retẽtę a ſoluto, quæ poſſet eſſe eius vxor legitima, puta qa nõ eſt conſanguinea, nec affinis, vt in l. in cõcubinatu, ff. de concu. & iſte ſuccedit patri ab inteſtato in duabꝰ vncijs [b] totius hæreditatis, dũmõ non exſtant filij legitimi, vel vxor legitima, vt in auth. liceat patri, C. de na. li. qa filijs legitimis exiſtentibus, vel nepotibus nõ põt niſi vnã vnciã relinquere ei, & matri, & non vltra, vt l. matre, C. de na. li. Sed ſi nihil reliquerit ei, in nullo ſuccedet; ſed tamẽ debet alimentari a legitimis.

6 Sed nunquid, ſi nõ habet filios legitimos, poterit tales hæredes inſtituere? ℞. ꝙ ſic ẽt in totum, legitima tñ reſeruata parentibus, ſi habet, vt no. in d. aut. liceat patri, & licèt Goffr. teneat, ꝙ non ſuccedat, cũ hodie talis coitus [c] ſit reprobatus vt in aut. de leno. co. 3. poſt prin. & in aut. ſcęnicas non ſolùm, poſt prin. coll. 5. (in his duobus locis oſtẽdit imperator amare caſtitatẽ, & C. de concubi. l. vnica) tamen ego teneo cum gl. in d. c. tanta, & in ca. niſi cum pridẽ, de renũ. ꝙ ſuccedũt ẽt de iure canonico, qa ex quo ius canonicũ nõ ſtatuit oppoſitum, non debemus in hæreditatibus recedere a diſpoſitione iuris ciuilis, facit. c. p venerabilem, in fi. qui fi. ſint legi. & ſequitur Pa. [d] in d. c. tanta.

7 Filius aliꝰ dr̃ legitimus tm̃, & iſte eſt adoptatꝰ, vel arrogatus. Et dñr legitimi tm̃, qa nõ natura, ſed legis inſtitutione ſunt filij, vt de cog. le. in rubro & nigro. Et iſti ſi nõ ſunt legitimè emãcipati a pater adoptãte ſuccedũt patri legi. ſimul cũ filijs legitimis naturalibꝰ, vt C. de ado. l. pe. §. neq;. n. cũ ſeq. & Inſt. de hære. quæ ab inte. defe. §. itẽ adoptiuos [e] & in l. ſi pr̃, [f] ff. de ado. Vide ſupra, Adoptio. §. 1. & 2.

8 Filius alius dr̃ ſpũalis, & legitimus, ſicut eſt ſuſceptꝰ de baptiſmo, vel chriſmate. Et iſte ĩ nihilo ſuccedit, qa cum ſit ſpiritualis, nõ extendit ſe ad temporalia.

9 Filius alius dr̃ [g] ſpũalis tm̃, ſicut ſunt oẽs Chriſtiani Papæ, & de diœceſi Epi, & de parochia pſbyteri, vt in c. oẽs. 30. q. 2. & iſti ſimiliter in nihilo ſuccedũt parentibus ſuis iſto modo.

10 Filius alius naturalis, & legitimus, naturalis dr̃, qa naturalis eſt generatus, legitimus, qa ex legitima parentũ coniunctione approbata p leges, iſti ſuccedunt ab inteſtato parentib. omnibus alijs excluſis, vt in aut. de hær. ad inte. venientibꝰ. §. ſi quis igitur. Limita niſi in caſu, in quo aliqui ſpecialiter admittuntur, vt dictum eſt in filijs adoptiuis & ſunt quaſi domini [h] viuẽtibus parentibus, ſolũ eis deeſt adminiſtratio, vt Inſ. de hære. qua. & dif. §. ſed ſui. Vnde ex conſuetudine lege iuuata filij comitum appellantur comites, & filij regum reges, etiam in vita parentum, vt. 24. q. 1. c. fi. & p Bar. ĩ l. fi. C. de digni. li. 12.

c Quod nõ] Idẽ tenet Bar. in d. l. ſi gener. Allegat Azo. C. de le. hæred. Bald. in authen. licet, C. de natu. libe. & Bartol. in l. 1. in fine prin. ff. de contra tab.
d Ex iudicio patris] Et in d. l. is qui, & Bald. in l. eam quam, C. de fidei. in pen. col. dicit, ꝙ frater ĩdiſtinctè poteſt inſtituere fratrem ſpurium: alle. gloſſ. ſing. in §. fin. in authen. quib. mo. na. ef. fi. leg. & ibi Ange. dicit idem, & Bal. conſi. 5. lib. 1. & Bald. in d. l. eã quã, Limi at q̃ hic dicit Bart. & idem facit ĩ d. l. is qui, & Imo. Sed Pau. de Caſ. tenet cum Bart. vide eos.
e Canonica] Bal. in auth. ex cõplexu, limitat q̃ dñr hic non procedere in inceſtuoſis, vel natis ex coitu nefario; vide tu Abba. conſil. 116. 2. parte.
f Inſtinctu naturæ] Et hoc conſuluit Areti. vt refert Inſti. de iure naturali in principio &c.
g Alimẽtis] Hoc mõ, Relinquo filio ſpurio meo in vita ſua fundum pro alimentis, & poſt mortem ſi filiorum ſuorum, Quibus poteſt relinqui, vt l. fi. C. de natura. li. & idem in dote &c. l. cum poſt, ff. de iure do. in. §. gener, & ita dixit Bartol. de facto, vt ibi aſſerit Bartol. in l. vxore. §. pater naturalis, de leg. 3. Et Bald. in l. final. C. de do. promiſ. & in l. mater, C. de iurę dotium.
h Limita] Quia pręſumeretur fraus, vt l. 1. C. de natura. libe. Vide Bal. in l. eam quam, C. de fideicõ. 15. col. Vnde dicit patrẽ filio ſpurio nõ poſſe relinquere vltra legitimum modum; aliàs euellitur à ſpurio.
k In conſciẽtia] Sed pone, ꝙ qs ẽ rogatus reſtituere hęreditatẽ ſpurio. Quid dẽt facere ĩ cõſcĩa. Reſ. Bar. in d. l. ſi gener. 3. co. ꝙ ſalua rõne theologorũ debet fiſco reſtituere ſcḋm cõſciẽtiam, nec poteſt dare ſpurio, vel retinere, qḋ patet, quia tenẽdo dicuntur malæ fidei poſſeſſores. l. eũ, ff. de his qui. vt indi. & ibidẽ Bart. dicit, ꝙ hæres tenetur rñdere poſitioni, an fuerit rogatus reſtituere hæreditatem ſpurio, quod not.
l Dicitur nothus] Hoſt. dicit, ꝙ manzer eſt natus de ſcorto, qui dicitur aliàs vulgo quæſitus. Spurius verò propriè natus de adulterio, vel alio coitu damnato. Spurius enim eſt, qui patrem oſtendit, ſed talem, quem nominare nefas eſt. l. vulgo, ff. de ſta. ho. Nothum dicit eſſe natum de non ingenua; & non extra domum, dictus a nota. i. infamia. d. Anto. in c. niſi. §. perſonæ, de renun. & ibi glo. latius.

a Dr̃ naturalis tantũ] Largo mõ inceſtuoſi, & adulterini, & ſimiles dñr naturales, vt p gl. & Pa. in c. per venerabilem, qui fi. ſunt le. Sed ppriè naturales ſunt, Vt hic dr̃ de filio cõcubinæ; ita Spec. in tit. de ſucc. ab inte. §. 1. ver. Nũc de naturalibus.
b In duabus vncijs] D. Ant. in c. niſi. §. perſonæ, de renũ. Idẽ dicit.
c Talis coitus] Et de iure ciuili hodie qlibet coitus extra matrimonium, eſt reprobatus, vt declarat Ab. allegãdo Ho ĩ d. c. tãta.
d Et ſequit Pa.] Nec gl. illa, nec Pa. loquuntur in cauſa teſtati, ſed ab inteſtato, vt patet, caſus tamẽ eſt, prout hic. in d. aut. licet patri, C. de natu. li.
e §. item adoptiuos] Aliàs ſed ea oĩa. Et declarat optimè Ang. Aretin. in d. § ſed ea omnia.
f Et in l. ſi pater] Sunt ibi tria iura incipientia, ſi pr̃. Et nullum iudicio meo facit.
g Filius in ſacro eloquio non naſcendo, ſed imitãdo vocatur, ait D. Hier. in quęſt. in 2. Paralip. ca. 24. P. V.
h Quaſi dñi.] L. in ſuis. ff. de li. & poſth. Hinc vidẽmꝰ, ꝙ ęſtimũ pr̃is cenſetur æſtimũ filij, gl. eſt not. in l. 2. C. qui ęta. li. 10. quã ad hoc reputat ſing. Bal. in l. dix imus. §. ſi pater, ff. de excu. tu. & in cap. q̃ in eccleſiarũ, circa fi. de conſt. ſequitur Bal. in l. fi. ad fi. C. de impu. & ali. ſub. Et per eã dicit idem Bald. in l. 1. §. illud, C. cõia de ſucceſ. ꝙ habitatio patris cenſetur habitatio filij, & in l. etiam. pen. col. C. de exec. rei. iudi. dicit, ꝙ pater & filius quãtum ad æſtimum cõis pro vno capite computantur. Et Bar. in l. 1. §. dñi, 2. ar. illius text. ff. ad Sillania. dicit, ꝙ liber, ſeu cataſtrum patris prodeſt filio ſiue in poteſtate, ſiue emancipato. Et per d. gl. determinat Bal. in l. ſciẽdum, in prin. §. col. qui ſatiſdar. cog. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ nullꝰ poſſit eſſe prior in ciuitate, niſi ſit æſtimatus ĩ mille, & pater in libris cõis ſit æſtimatus in mille, prodeſt filio, & ĩ d. c. q̃ in eccleſiarum, in fi. plꝰ ſubdit, ꝙ ſtante pdicto ſtatuto, ꝙ ſi pater habet plures filios, iſtud ęſtimũ de mille pdeſt oĩbꝰ. Imo plus not. Bar. in l. cũ ſimus, circa mediũ de agric. & cenſi. ar. filius tex. li. 11. in ver. patres, vel fratres. Qḋ ſtãte ſtatuto, ꝙ ñ allibrati nõ audiantur, nec ĩ ciuilib. nec in criminalib. ꝙ

libra patris vel aliorum conſortium de domo pro derit, non allibratis, facit quia pater, & filius cenſet vna & eadem perſona. l. ſi. C. de impub. &c Et vox filij cẽſet vos patris, & ecõtra. §. ei q. Inſti. de inu. ſti.
a Licet Bar.] Vtrum dicit, inſpecto iure ciuili, Inſti. de nupt. §. aliquando.
b Et hoc teneas] Ad hoc gl. or. in c. ĩnotuit, de ele. quam ibi tenet Io. And & eſt in ver. coniugata.
c Quia licèt per diſpẽſationem] Pone exemplũ, Quando contrahitur matrimonium in gradu ꝓhibito, vel alio obſtante impedimento. Idem dic de nato ex aliquo Saraceno & Chriſtiano, quia ex quo tempore Natiuitatis non poterat eſſe matrimonium 28. q. 1. Caue, meritò ſequens matrimonium non legitimat, q̃cquid dixerit Gaſpar Calderin.
d Inſtrumẽtum dotale] Ibi dicit Bald. Sed canoniſtarum ſimplicitas non curat de iſta ſolennitate.
e Moderniores canoniſtæ] Vide plenè per Alexãdrinum in c. tanta, qui fil. ſint le. 2. col. & qõ. 2. & latiſſimè. q. 10.
f Secundùm cõmunem opi.] Tenet hoc But. Cardi. Zaba. & Card. Alexand. allegat ad hoc l. nuper, in fin. C. de natu. libe. & in aut. q. mo. na. ef. ſui. §. ſi quis igitur, vbi inſpicitur tẽpus natiuitatis, nõ cõceptus. Tñ Io. An. ɔ̃. Et vide plenè Alexãdrinum in d. c. tanta 4. quæſtio.

11 Vtrũ filius naturalis tãtùm, efficiatur legitimus ꝑ ſequens matrimonium inter patrẽ, & matrẽ eius? ℞. Pa. in d. c. tanta, ꝙ ſic, quicunque ſit filius naturalis, ſi tpe, quo genitus fuit, poterant eſſe legitimè vir, & vxor in matrimonio parentes eius, & licèt Bar. [a] in l. in concubinatu, ff. de cõcu. velit ſolũ hoc eſſe verũ in concubina in domo retenta, poſtea ꝓ vxore capta, tñ canoniſtæ cõiter tenent ɔ̃rium, & hoc teneas, [b] ſec[9] eſſet, ſi tpe generationis nõ potuiſſet eſſe matrimoniũ inter parentes, quia licèt ꝑ diſpenſationẽ, [c] vel alio mõ ſit poſtea ɔ̃ctũ matrimoniũ, non tñ erunt legitimi, ſm Io. An. in quadam apoſtilla. Bal. li. feu. tit. ſi de feud. cõtro. fue. §. naturales, ver. nota generale, vult, ꝙ niſi interueniat inſtrumentum dotale, [d] vt volunt iura Inſti. de nup. §. aliqñ, & Inſti. de here. quę ab inte. defe. poſt prin. & in aut. quibus mod. natura. effic. §. ſi quis igr̃ dotalia, & in aut. de inceſ. nup. §. dubitatum, quãuis ſequat̃ matrimoniũ, nõ legitimatur. Sed ego teneo ɔ̃rium, ſicut tenent moderniores Canoniſtæ [e] cõiter, & in practica ſequuntur legiſtæ, imò plus dico, ꝙ licèt tpe conceptus non potuiſſet eſſe vxor eius, ſi tñ tpe part[9] contrahit legitimè cũ ea, fili[9] erit legitim[9] ſm cõem opi. [f] in d. c. tãta, ſimiliter non nocebit filijs natis ex concubina, q̃n ſint legitimi, licèt pater intermedio tpe habuit vxorem aliã, & ea mortua poſtea accepit concubinam in vxorem, ſm Bar. in l. cum mihi decem, [g] ff. de ſol. & Bal. in l. pe. ff. ſol. matrim. §. item ſi ignorans.

12 Vtrũ filij nati [h] ex clandeſtino matrimonio ſint legitimi? ℞. gl. in c. qđ nobis, q. fi. ſint le. ꝙ ſi nullũ eſt impedimẽtũ, poſt approbationẽ matrimonij erunt legitimi, ſiue ſint nati añ approbationẽ mr̃imonij, ſiue poſt & hoc ſequuntur oẽs, vt refert Ab. in d. c. qđ nobis, & probatur in c. 2. de clan. de ſpon. Nã approbatio retrotrahit̃, & perinde eſt, ac ſi a principio fuiſſet ɔ̃ctũ in faciẽ eccleſię, imò plus dicit Alanus, ꝙ licèt clandeſtinè ɔ̃hentes non præſumantur coniuges, vt dicit gl. in c. lator, q. fi. ſint le. tñ hoc procedit reſpectu nubentiũ, [i] ſed reſpectu filiorũ præſumunt̃ coniuges, qđ eſt notandum, ex quo infert Pan. in d. c. lator, ꝙ natus ex viro, & muliere ſimul cohabitantib. p̃ſumit̃ legitim[9], q̃a fauore legitimationis p̃ſumit̃ inter eos mr̃imoniũ, ꝓ quo facit. l. in liberæ mulieris, [k] ff. de rit. nup. & maximè procedit, ſi vocabant ſe cõiuges, vt no. Inn. in c. ex parte. 3. col. de reſt. ſpo. dicit ẽt Ho. [l] ꝙ ſi multo tpe ſimul tanq̃ cõiuges cohabitarunt, p̃ſumendũ eſt eſſe matrimoniũ, facit quod no. ipſe in c. illud, de p̃ſu. ſi aũt erat impedimentũ, tũc ſunt opi. Io.

g In l. cum mihi decem] Vbi hr̃, ꝙ actus medius interueniens facto hominis, qui impediret negotium, retrotrahitur. Vñ Bar. dicit. Pone, Titius hẽt ex concubina filium, poſtea ducit vxorem, ex qua filium ſuſcipit, deinde moritur vxor, & ille accipit concubinã in vxorẽ. Quęritur, q̃s præferatur vti primogenitus in regno, vel ducatu? dicit Ric. Malum. diſputaſſe hãc qõ. quam poſtea Io. An. in c. ratihabitio, in Mercu poſuit. Ex quo conſidera, ꝙ præſupponit, ꝙ legitimetur, licèt itermedio tpe habuerit vxorem &c. Concludo ergo ſecundũ Ab. in d. c. tanta, in fi. ꝙ vbi coitus nõ poterat eſſe vxorius, obſtante aliquo impedimẽto non reuocabili ſine diſpenſatione eccleſię, nõ legitimantur filij per ſubſequẽs matrimoniũ. Anchar. con. 410.
h Adde quid hodie dicendũ ꝑ Con. Tri. de ref. matri. decr. ſeſſ. 24. c. 1. P. V.
i Reſpectu nubentiũ] Quia p̃ſumitur ſtuprũ cãaliter. 30. qõ. 5. & hoc, vt inducant̃ ad palã cõtrahẽdũ. Vide de hoc Anc. con. 410.
k L. ĩ liberæ mulieris] Credo, ꝙ iſta. l. ſit correcta per. §. qñ, in aut. qui. mo na. effic. le. Vel ſaltem ſtãdum eſt iuri canonico. Vide Pa. in c. illud, de præſumpt. in fi.
l Dicit ẽt Hoſt.]



Vide ibi Pa. vbi latè, & in c. lator, qui filij ſint leg.
a Ioan. An.] Quia matrimonium omnia præcedẽtia purgat. c. tanta, qui fil. ſint leg.
b Ioan. Cal.] Ratio, quia ad hoc, ꝙ matrimoniũ ſequens legitimet filios præcedentes, oportet, ꝙ tpe cõceptionis, vel ɔ̃cti matrimonij potuerit eẽ matrim. d. c. tanta.
c Ex tractatu parentũ] Pone caſum, q̃a. ſ. pater & mater tractãt eum vt filium, & oportet, ꝙ ſint verba directa, & non enũciatiua. Vt optimè declarat Ab. in ca. per tuas, de probationibus, vbi reprehendit Bart. in l. 1. §. idem ꝑ ɔ̃rium, ff. de lib. agno. vbi dicit, ꝙ ſi dico, Benè veniat fili[9] me[9] & hmõi, ꝙ conſtituitur fili[9] in quaſi poſſeſſiõe filiationis. Dicit tñ ibi Bar. & benè, ꝙ tractat[9] ẽt ſine verbis conſtituit filium in poſſeſſione filiationis.
d Pa. vbi ſupra] Scilicet in c. per tuas, tamen parũ ibi dicit, ſed vide in c. ꝑ tuas, de proba. & in c. trãſmiſſæ, qui filij ſint legi.
e D. Ant. ĩ d. c.] Dicit tamen ibi Pa. circa finem, ꝙ hoc videt̃ durũ, ſ. ꝙ ſola fama probet quem eſſe filium in præiudicium veniẽtium ab inteſtato. Vnde vide, ꝙ no. in c. illud, de præſump.
f §. defuncto] Vbi dicit text. ꝙ ꝑ eſſe ꝙ mulier ſit adultera, & tamen filius ſit le. Ad hoc Bal. in rub. C. de proba. in l. ſi vicinis, C. de nup. in l. ſi a matre, de ſuis, & legi. & con. 52. 3. par.
g Secus, ſi fuiſſet abſens] Puta per biennium, reuerſuſque inuenit puerulum duorum mẽſium, Idem, ſi fuit infirmitate grauatus &c. Ita probat. l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Quę lex eſt notabilis ſecundùm Bar. ibi quæ etiam probat illum debere pro filio haberi legitimo, qui natus eſt tempore, quo vir, & mulier in matrimonio conſiſtũt. Et vide ibi Bart. ad materiam, quõ quis põt probari eſſe filius. Et de hoc in l. nõ ignorat, C. qui accuſ. non poſſunt. Vide etiam text. & Bar. in l. 1. ff. quorum bono. Ex illo tex. d. l. filiũ, mouẽt doctores quæſtione, Pone ꝙ conſanguinei dicunt talem nõ eſſe filium Titij, ex quo Titius ẽc aſſerit. Tu non es filius meus, an noceat filio? Et tenent ꝙ non, q̃a dictũ patris põt prodeſſe, & non obeſſe. l. 1. §. ſi q̃s ff. de Carb. edic. Vnde ſubdit Bar. ꝙ regina quædã habuit filium de quodam milite, qui tamen habebatur vt filius regis, & regnũ obtinuerat, tamẽ regina veniens ad mortem dixit filio, ꝙ militis cuiuſdã erat filius, & non regis. Qui renũciauit regno, ſed ſecũdùm eos malè fecit. Hoc vide ſupra, Adulterium §. 5. Abb. in ca per tuas, de proba. & in cap. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legitimi. Qualiter autem probetur filiatio, vide Bal. cõ. 69. & 169. 2. par. & Anchar. conſilio. 236.
h Reſpo. Panormitan.] Et vide not. per Cyn. in l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maie. Et in l. quicunque, de ſer. fug. In primo loco tractat, an in diſpoſitione pœnali veniãt naturales

Ioã. An. [a] & d. Ant. tenent, ꝙ poſt approbationẽ legitimãtur, licèt poſtea ſeparẽtur. gl. tenet, ꝙ hoc eſt verũ in natis poſt approbationẽ, ſed nõ in ante natis. Ioan. Cal. [b] tenet, ꝙ nullo modo legitimantur; & hoc putat Pa. verũ de rigore iuris, facit. c. fi. in. §. ſi q̃s, de clã. de ſpon. Et hãc teneo propter præfatum. c. fi. §. ſi quis, vbi, eſt tex. apert[9] vide, de hoc ſupra clandeſtinum, quando dicatur, in prin.

13 Vtrum natus de ſponſa de futuro ſit legitimus? ℞. Pa. in c. per tuas. 3. not. qui fil. ſint legi. ꝙ ſic, ſi nullũ ſit impedimentum; alias ſecus, ſecundùm qđ dictum eſt in pæcedenti q.

14 Vtrum filius, qui communiter reputatur filius viri, & vxoris, teneat̃ credere vxori dicẽti eum illegitimũ, vide ſ. Adulteriũ. §. 5.

15 Vtrũ ex tractatu parentũ [c] q̃s ɔſtituatur filius? ℞. Pa. vbi ſ. [d] ꝙ ex nominatione filij, & tractatu vt filij ɔſtituitur quis in poſſeſſiõe filiationis, etiam ſi ſit natus extra domum. Vnde ibidẽ dicit d. An. quẽ ſeq̃tur Pan. vbi ſupra, & no. But. in l. q̃dam, ff. de proba. ꝙ tractat[9] parẽtum, puta quia illi tractabant eum vt filium, & ipſe eos vt parentes, ꝓbat aliquẽ filium alterius, glo. in c. Michael. de fi. presby. imò plus vult gl. in c. tranſmiſſę, in ver. indicijs, q. fi. ſint leg. ꝙ probatio huius tractat[9] præfertur negationi parentum. Item d. Ant. in d. c. [e] vult, ꝙ etiam ſola fama probet filium, ſi nihil probetur in contrarium.

16 Quid ſi ꝓbetur, ꝙ vxor eo tpe commiſit adulteriũ, quo talis ɔceptus ẽ? ℞. Pa. in d. c. tranſmiſſæ, & ca. per tuas, e. ti. ꝙ ſi pater, ſeu marit[9] cohabitabat eo tpe cũ vxore, reputabit̃ legitimus, quia cum poſſit eſſe filius vtriuſque, debemus fauore filiorum præſumere, ꝙ ſit filius mariti potius, quã adulteri, ꝓ hoc ẽ tex. ĩ l. miles. §. defuncto, [f] ff. đ adul. facit l. qui ſemper, ff. de in ius vocã. Idem dic de filio nato de concubina retẽta in domo, vt ſemper præſumatur filius concubinarij, vt habes gl. ſingularem ĩ c. Michael, de fil. presb. ſec[9], ſi fuiſſet abſens [g] tanto tpe ꝙ non potuiſſet eum generare, vt ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. filium.

17 Vtrum filius natus ex illis, q̃ poſt mr̃imoniũ ɔ̃ctũ de communi conſenſu fecerunt votum, vel quando alter intrauit religionem, & reperitus fuit, ſit legitimus, Vide ĩ. Matrimoniũ. 3. Impedimentum. 5. §. 3.

18 Vtrum appellatione filiorũ veniant naturales tantũ? ℞. Pa. [h] in c. in p̃ſentia, de ꝓb. 5. col. ver. nunc attẽ

de ꝙ aut apparet de tacita voluntate diſponentis ſiue ex verbis poſitis in diſpoſitione, ſiue quia eſt eadẽ rõ, de legitimo, ſicut de naturali, & tunc veniunt ẽt naturales, ſiue tractetur de pęna, ſiue de commodo, ſiue in legib. ſiue in ſtatutis, vel teſtamentis, & hmõi, ſi verò non apparet de mente, tũc, ſi tractatur de commodo, veniunt etiam naturales, 35. quæſtio a. 7. c. nico, [a] & hoc ex benigna [b] interpretatione potius, quã ex ſignificatione propria, quia ex propria ſignificatiõe nomine liberorum, vel filiorum veniunt ſolummodo naturales legitimi, nõ adoptiui, vel naturales tantùm, vt in l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. non veniũt ẽt, vbi tractatur de commodo ſpurij ex coitu damnato nati.

19 Vtrum filius denominetur a patre? ℞. ꝙ ſic de iure, vt in ca. 2. de cõuer. in fi. & Inſtit. de leg. tu. §. 1. & hoc, quia ſequitur familiã, & agnationem patris, vt in dictis iuribus. Nec obſtat c. Rainutius, de teſtament. quia ſecundùm Io. And. illud erat [c] per ſuperbiã, qa mater erat nobilior, vel fortè quia pater dudum deceſſerat, vnde filius ſequitur priuilegium patris in trib. Primò quoad honores. Secundò quoad curialẽ cõditionem, C. de decur. l. eos [d] l. exemplo, [e] & l. nullus. 2. li. 12. Tertiò quoad originem, [f] ff. ad munici. l. 1. vide gl. in ca. dicat. 32. q. 4. & glo. in l. cum legitimè, ff. de ſta. hom. de illegitimis dic, vt in. §. ſeq.

20 Vtrum illegitimus fili⁹ ſequatur conditionem ſimiliter patris? ℞. ꝙ non de iure, ſed matris ſecundũ glo. quam ſequuntur communiter doct. in c. 1. de coniu. ſer. quæ vult, ꝙ partus ancillę erit penes dominum, ancillæ. l. & ſeruorũ, ĩ prin. ff. de ſta. homi. pro quo facit text. in l. partũ, C. de rei vendi. & no. in ca. vnico, de na. ex li. ventre, & in c. fi. de ſer. non or. & Inſ. de iu. per ſona. §. fi. nec obſtat cap. liberi. 32. quæſti. quarta, vbi dicitur, Semper qui naſcit̃, deteriorem partem ſumit, ſed expone deteriorem, ſcilicet matris, quæ fragilior eſt, [g] & debilior, hoc tamẽ limitat. Panor. in capitu. licet, de coniu. ſer. verum, niſi cõſuetudo, vel ſtatutum habeat aliud, ſicut hodie eſt, quod natus ex ancilla non eſt ſeruus, ſi pater eſt liber, Quod nota.

21 Vtrum pater, & mater teneant̃ alere filios? Reſp. ꝙ ſic, de quo vide ſupra, Alimẽta. §. 1. niſi in 5. caſibus, quos no. Panormitan. in c. cum haberet, de eo, qui du. in ma. quam po. per adulte. Primus, ſi filius eum accuſauit, vt l. ſi quis a liberis. §. item iudex, ff. de liberis agnoſcendis. Secundus, ſi pater eget ipſe, quia non tenetur vltra quàm poteſt, dicta l. ſi quis. §. ſed ſi filius. Tertius, ſi filius cõmiſit crimen ingratitudinis contra patrem in gloſſ. ꝗ l. cum patrem, C. de alend. liber. Quartus, ſi filius habet artem, vel aliud, vnde viuat dicto. §. ſed ſi filius, & §. alimenta, ibidem. limita. tamen hoc ſecundùm Bartol. in tractatu alimentorum, niſi ſit filius nobilis, quòd eum dedeceat in tali arte operari.

rales. In ſecundo an ex identitate rationis ſtatutũ debeat extendi. Adde aliũ modum coniecturãdi volũtatem diſponentis ꝑ Bar. in l. pronunciatio, ff. de ver. ſig. & in l. fi. C. de fidei. ꝙ aut diſpoſitio loquitur per verba ſignificantia naturalitatẽ, & veniunt naturales, aut per ſignificantia agnationẽ, & ñ veniũt.

a C. vnico] Vide gloſſ. ibi.

b Et hoc ex benigna] Adde tex. in l. generaliter. §. 1. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. Et non apparente de mẽte teſtatoris, in diſpoſitione pœnali, & odioſa non veniunt naturales, quia interpretatio benigna, de qua hic, ceſſat in odioſis, & maximè in ſtatutis, c. in noſtra, de iureiu. & l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & vide bonam gl. in l. filij, ff. de ver. ſig.

c Matris nomine quandoque vt illuſtriori, quis vtitur, D. Hier. de q. Hæbrai. in li. 2. paralip. ad fin. & maternam originem quidam populi cõſecuti priuilegio ſunt. l. 1. D. ad muni. P. V.

d L. eos] Ibi dr̃, ꝙ qui non ſequitur conditionem patris, ſequitur conditionem matris, & hoc procedit ſecundũ glo. quia pater erat naturalis, aliàs ſequeretur patris conditionem.

e L. exemplo] Ex illa l. no. Bar. ꝙ non valet reſcriptum principis ſpeciale, nec cõſuetudo, quòd quis ſequatur cõditionem matris vel ꝙ quis dicat̃ nobilis, vel ignobilis ex ꝓgenie materna.

f Tertiò quoad originem] In diſpoſitiõe, vbi fit mẽtio de filio talis, non habetur reſpectus ad patrem, vel ad matrem, ſed dr̃ demõſtrationis cã. Quare, ſi Titius dicat, relinquo filio Martini. 10. non videtur relictum contemplatio ne patris, ſed illud, Martini, poſitum videtur propter demonſtrationem ſecũdùm Bart. in l. cũ aliquis. C. de iu. deli. & in l. fi. C. d̃ vſufr. vbi optimè diſtinguit. Vide Abb. in c. Rai. in ſ. not. deteſt. Cui non placet illud membrum ſi in diſpõne filij reliquatur filio ſub cõmemoratione patriæ ptãtis. Tamen videt̃ probari in l. filio, ff. de condit. & demon.

g Quæ fragilior eſt] vt no. glo. in c. fi. de ſer. nõ or. Fallit in filijs ꝓcreatis a Chriſtiano, & Iudæo, quia ſequuntur conditionẽ Chriſtianitatis, vt in capitulo. Iudæi. 28. quæſtion. 1.

Quintus



Quintus ſunt [a] omnes cauſæ, ex quibus pater poteſt exhæredare filium, ita & negare alimenta, de quibus vide ſupra, Exhæredatio, & j. Ingratitudo. §. 3.

22 Sed ſi diuortium fiat, apud quem debet tali, & cuius expenſis? Reſpon. quòd æſtimabit iudex pẽlatis circunſtantijs, puta quia minor triennio apud matrẽ, & huiuſmodi, vt not. in l. vnica. C. de diuor. fa. & apud quem li. edu. & in authen. ſi pater, ibidem poſita, vbi dicitur, quòd ſi pater fuit cauſa diuortij, nutrietur apud matrem expenſis patris, ſi modò mater non conuolauit ad ſecundas nuptias. ſi verò mater dedit cauſam, apud patrem expenſis matris locupletis, [b] niſi pater minus idoneus ſit, quia tũc apud matrem locupletem, niſi alter eorum eſſet infidelis, quia apud fidelem ſunt alẽdi, vt paret per ea, quę dixi. ſupra. Baptiſmus. 6. §. 11.

23 Vtrum filius magis teneatur ſubuenire patri, quã extraneo? Reſpond. patri etiam infideli, quàm extraneo fideli (cęteris paribus) vt not. glo. 30. diſtinctio. capitulo primo, & 42. diſtin. quieſcamus, & 86. di. non ſatis, vide ſupra, eleemoſyna. §. 2.

24 Eſt filius, qui non habet niſi vnum panem, & habet patrem qui fame perit, & filium ſimiliter, cui debet ſubuenire? Reſpon. Ci. in l. 2. C. de pa. qui fi. di. quod potius patri, quia poſſet eum vendere. Ego addo, quia ius diuinum ſic eum obligat, quod dicit. Honora patrẽ &c. & qñ dicitur, ꝙ amor magis deſcẽdit quàm aſcẽdat. l. iſti quidẽ, §. fi. ff. quod me. cau. l. liberorum. ff. de ver. ſi. & l. liberi, & ibi gl. ff. de inof. teſt. ℞. Iaco. ibidem, ꝙ verum eſt quò ad ordinẽ dilectionis, non tamen quò ad effectum obligationis. Nam ꝑ natiuitatem filiorum nõ debet conditio aut fieri deterior, quia iam habet filium obligatum. Sed in contrarium facit, quod not. Bar. in l. ſi quis à liberis, in. §. ſi vel parẽs, ff. de libe. agnoſç. vbi dicit poſt gloſſ. quòd pater tenetur alere filiũ de iure naturali, [c] & filius tenetur alere patrẽ de iure gentiũ; & ſic videtur fortius vinculum, quo tenet̃ pater filio, quàm quo tenetur filius patri. contrarium [d] tamen determinat in l. 1. in. §. huius ſtudij, ver. quęro, vtrũ educatio, ff. de iu. & iur. facit etiam cõtra, quod no. Bar. in l. non quẽadmodum, ff. de lib. agno. vbi vult, ꝙ ſi quis habet patrem, & filiũ diuites, & ĩdignet alimẽtis, quod poti⁹ debet petere à patre ſuo, quàm à filio ratione prędicta. [e]

25 Vtrum [f] filius poſſit nubere ſine licentia patris? Reſpond. quòd ſic tam maſculus, quàm fœmina, quanuis non expediat, vide ſupra, Dos. §. 4. & quomodo tenetur eam dotare, quæ nupſit ſine ſcitu patris, ibidem. §. 4.

26 Vtrum poſſit vouere, vide infra, Votum. 2. §. 5.

27 Filiusfami. viuente matre emancipat⁹ acquirit vſumfructũ in maternis bonis ꝓ virili. i. pro media parte, ſi eſt vn⁹ filius, & pr̃ pro alia poſt mortẽ mr̃is, caſus eſt. C. de bo. ma. l. ſi viua mr̃e. Idẽ dic ĩ nepotib. & ꝓ nepotib. Idẽ dic, ſi ſũt plures filij, qa ꝓ virili parte ſimul cũ patre, ſed ſi aliq ſũt emancipati,

Et fallit in caſu capitu. cum multæ. 15. quæſ. vlt. de procreato a ſacerdote, quia efficitur eccleſię ſeruus; not. gloſ. in dicto cap. liberi, & eſt finalis, & d. c. de ſer. non ordi.

a Quintus ſũt] Alios duos caſus particulares ponit ibi Abb. ſcilicet ſi filius ſit minor triennio, vt ſupra, Alimenta, vel ſi ſit ſpurius de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ſupra eodẽ. §. 4.

b Matris locupletis] Gloſſ. in d. authen. dicit, quòd in corpore non eſt illud verbum, tamen vel ſit, vel non ipſa exponit.

c De iure naturali] Et ideo non valet pactũ in contrarium, vt per Ioan. An. in Spec. qui filij ſint legitimi. Et ſequitur Petrus de Anch. in c. canonum ſtatuta, circa medium, de cõſti. Ex quo dicebat Spec. vbi ſupra. § 1. verſic. ſed pone, ꝙ non valet pactum, quòd pater nõ teneatur filium alere. Et idem erit in dote danda filiæ, ſecundùm Ro. in l. 1. ff ſoluto matrimonio.

d Cõtrarium tamẽ determinat] Bartol. vtrobique dicit, quòd educatio parentum non eſt de iure naturali, ſed naturali æquitate, vt ſcilicet benefacienti benefaciamus, Et ſic de iure gẽtium, quãquam dixerit eſſe contra ius naturę, & fortè malè.

e Ratione prædicta] Tene, ꝙ filius tenetur alere patrem de iure naturali ꝓpter illud præceptum, Honora patrem. &c. quod eſt de iure naturali ſecundùm Scotum in tertio, diſtinct. 37. & in 4. diſt. 17. Ideo magis filius tenetur patri, quàm filio ſuo, cũ illa multa dilectio cauſetur potius ex inſtinctu naturali, vt habetur diſt. prima, cap. ius naturale, & inſtit. de iure natura. in princip. Et ſic tene opinionem Ci.

f Approbat. S. Conci. Trident. ſeſ. 24. de refor. matri. c. 1. P. V.

g Et pro nepotibus] Scilicet non exiſtẽtibus filijs, quia pater concurrit cũ eis, ſicut cum filijs.

a Vt no.glo.] Illa glo. dicit idē, ꝙ glo. in d. cap. queritur,& illas ſequitur Calde. Sed declara, vt ꝑ Pa. ſcilicet ratione peccati, vide Ro.in fin fol. 17.vbi de hoc.
b Et impetrata] Ibi vide glo. & Bartol.vbi de hoc, idem in filijs adoptiuis.
c Huc adde Catec.in præceptū, Honora pa.cap. 1.& 2. P. V.

cipati,aliqui in patria poteſtate, pro virilibus partibꝰ veniēt omnes, ſed vſusfructus emācipatorum remanebit apud patrem,vt in d. l.ſi viua.

28 Sed nunquid idem erit in alijs bonis aduentitijs? ℞.ꝙ non,ſed ſolùm in maternis,vt no gl.in verb.prę ſcripta,in d. l. ſi viua.

29 Vtrum filius poſſit agere ꝯ patrem?℞. Pa.in c.nō eſt ī 1.& 2.nota.de ſpon.ꝙ ſic ratione peccati,aliàs nō eſt admittēdus,vt not.gl.[a] in c.ſi eccleſia.23.q 4.Sed gl.in c.q̄ritur.2. q. 7. tenet ꝙ poteſt ſm canones conqueri tam in ciuili, quàm in criminali negocio, ſed ſm leges non poteſt niſi in caſtrenſi cā ciuiliter,non in alia.ff.de iudi.l. lis nulla, & etiam in quaſi caſtrenſi,vt ff. de fur.l. ſi quis vxori,primo reſponſo, non tamen de furto,ſed actione in factum.C.de bo. ma. l.ſuperſtite,& hoc non exiſtens emancipatus,ſed emancipatus benè poteſt agere petita venia, & impetrata.[b] C.de in ius vo. l. vlti. ſed in criminali cauſa non auditur. 2.q.1.prohibentur,niſi iniuriam in ipſum commiſerit,vt C.de pat.poteſt.l.congruētius,hęc omnia in gl.d.c.conqueritur.

30 Ad quid tenentur filij [c] parētibus?℞. vt colligo ex Alex.de Ales. in 3.part.ſum. in tractatu de 4.præcepto, ꝙ ad tria de ꝑcepto.Primum eſt,ꝙ tenentur eos diligere.Ratio,quia cum filius ſit obligatus aīæ patris, & matris,ex cuius operationis virtute generatus eſt, tenetur ei rependere, quod non pōt in alio niſi amando,quia ſic conſolatur eos, cum hoc perpendunt, & hoc eſt quod dicit Hie.li.de honore parētum,redde amoris vicem,& Io.14. vt cognoſcat mundus &c.q.d. exemplum capiēdo,ꝙ diligo patrē,& nō ſufficit ꝙ ꝯſiſtat in corde,ſed oportet oſtēdatur in ſigno, nec debet eſſe amor, quo obligamur,oēs diligere,ſed ſpālis & ꝑcipuus,& ꝓpterea non excuſo à mortali filios, q̄ nunq̄ ſigna amoris oñdunt parentib. imò ſem ꝑ loquuntur durè,& vident̃ eos habere exoſos. Secundū,ad qd̄ tenent̃,eſt obedire in his, q̄ pertinēt ad diſpoſitionē rei familiaris,& multomagis in neceſſarijs ad ſalutē,vt ſūt ea, q̄ pertinent ad bonos mores. In his ſciēter contēnentes obedire,mortaliter peccant. Secus,ſi ex inaduertentia, vel raró ſine ꝯtemptu,q̄a vr̃ veniale.Ad alia aūt obedire eſt de conſilio ſolum.Tertium eſt,ꝙ debēt eis in neceſſarijs ſubuenire, ſiue ſint infirmi, vel alia neceſſitate, vnde mortaliter peccant,qui cum poſſint, eorum neceſſitatibus nō ſubueniunt,niſi fortè eſſet quid minimum.

31 Vtrum malitia patris nocet filijs?℞.ꝙ ſic,quantùm ad pęnam temporalem, vt patet.C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis,& in c.cū ſm, de hęr.li.6.& in c.niſi cum pridem.§.1.de renun.46.di.nunquam,& c.naſci. Item ēt ad pęnam ęternam ꝑꝑ malum exemplum, vel malam curam, vt de Heli.1.Reg.1.facit c.ſi gens.56.di.Similiter malitia filij inducit pręſumptionem contra patrem.6.q. 1.qui crimen.37.di.legant.

32 Vtrum poſſit filius intrare religionē, & an teneatur ad eius miniſtrationem ingreſſus,vide infra,Religioſus.§.11.& §.31.

33 De filijs illegitimis ordinandis, vide infra ordo.3.§.12.cum duob.ſe.

34 Quomodo filij acquirunt ſibi, & nō alijs fratrib. vide infra, peculiū,quaſi ꝑ tot.

FINIS aliquando inſpiciendus eſt, aliquando medium,aliquādo principiū, vide multas allegationes in c.ſcientes, de cenſi.& eſt quęſtio brocardica.

FISCVS eſt burſa Cæſaris, vel principis, 16.q.7.maiores,vel poteſt dici,ꝙ fiſcꝰ hodie eſt ſaccus ſine conſcientia, qui imburſat oīa quæſita malè.ff.de cal.l.in hæredem,& ff.de inof.teſt.l.Papi. meminiſſe.

1 Vtrum fiſcus præferatur alijs creditoribus vide infra,reſtitutio.2.§.16.

2 Fiſcus turpia lucra etiam ab hæredibꝰ extorquet, licèt crimina ſint extincta. d. l. in hæredem,in prin.

FLAGELLA quomodo ſunt ſatisfactoria,vide infra.ſatisfactio §.8.

FLETVS de mortuis improbatur.13. q.2. quàm prępoſterum.

FOMES eſt languor naturę, qui carnis ꝯcupiſcentia appellatur.15.q.1 §. vtraque.Qui quidem non eſt peccatum,ſed pęna peccati,ibidem.§.1.





a Conc. Trid.& Cate.in proprijs cuiuſque locis. Pet. Vend.
b Ita dicit Pa.] de hoc multę sūt opi.vt in gl. in l. iuriſgentiū.§.ſed ſi fraudādi, ff. de pac. & Bar. dicit ibi,ꝙ idem ſit,ꝙ dolus. Alia gl.q̄ ſequitur Pa.in c. ex tenore, dicit fraus eſt dolꝰ adhibitus ad commodum propriū & ad deceptionē,alterius,facit tex.in l.fraudis, ff.de reg. iuris.

FORMA eſt, quę dat eſſe rei ſecundùm Innoc.in rubric.de conſecra.eccleſ. vel alta.

1 Quid ſi [a] omittatur forma in ſacramentis?℞.ꝙ nihil ſit.1.qō. qui perfectionem,in gloſſ.

FORNICATIO eſt omnis illicitus coitus,vt 32.q. 2.§.qui ergo,& in capitulo meretrices,ea.cauſa. qō.4. Sed propriè fornicatio eſt inordinatus concubitus naturalis, quo ſolutus ſolutā naturali vſu cognoſcit. Et intelligitur ſolutus quolibet vinculo,ſ.cōiugij, conſanguinitatis,affinitatis,ordinis,religionis,ſeu voti,etiam dicitur naturalis ad differentiam illius vſus,qui dicitur contra naturam, vt not. in d.c.maretrices,& ſic eſt propria ſpecies luxuriæ,vide infra,Luxuria. §.2.

1 Quid de clerico fornicatore, vide ſupra clericus 5.& 8.§.4.

2 Vtrum accedentes ad meretrices excuſantur propter ignorantiam neſcientes eſſe prohibitum?℞.ꝙ non,imò peccāt mortaliter accedēdo,& toties, quoties,quia ignorantia iuris naturalis, & diuini in tali caſu claro neminem excuſat.1.q.4.per totum.Item peccat mortaliter, ſi quis induxit aliquem ad eas,qui hoc non intēdebat, de pœ.di.1.noli,& 2.q.1.notum.

3 Quę differentia eſt inter fornicationē propriè,inceſtum,ſtuprum,&c. Vide infra Luxuria.§.2.

FORTITVDO vera eſt, per quā quis mediocriter timet, & audet ad hoc inclinatus ex habitu propter bonum finem, q̄ eſt conſeruatio boni communis in periculis mortis,vt elicitur a philoſopho.3.ethi. eſt autem fortitudo ( vt ibidem dicitur ) circa timores, & audacias quaſi cohabitatura timorum, & moderatura audaciarū, & quidem circa timores periculorū mortis eſt fortitudo ſimpliciter,circa verò alia eſt fortitudo ſecundùm quid. Actus enim fortitudinis principalior eſt ſuſtinere,ideſt immobiliter ſiſtere in periculis, quàm aggredi,quia 3.ethic.in ſuſtinendo triſtia maximè dicuntur aliqui fortes.

1 Vtrum homo teneatur ſuſtinere mortem,vide ſupra Charitas.§.5.

FORVS eſt exercendarum litium locus, a fando dictus.cap.forus,de ver.ſig. ſiue a Phoroneo,q̄ primꝰ Gręcis legē dedit.

1 Quomodo ſortitur quis forus? Reſpō. gloſſ.ī c.1.3.q.6.per iſtos verſus. Contractus,crimen,reus,res,religioque, Vir. Rō ſimilis,vel prouocat, atque recuſat. Excedit iuſſus,vel ſi conſentit vterque,& ibi vide expoſitionem cum alleg.

FRATRES quomodo diuidunt acquiſita per aliquem ipſorum, Vide infra, Peculium.

FRAVS non poteſt eſſe ſine dolo, ſed bene dolus ſine fraude. Ideo fraudi ineſt dolus,ſicut ſpecies generi, ita dicit Pan.[b] in c.ex tenore,de reſcr.

1 Fraus & dolus nemini debet patrocinari,tex.eſt in dicto capit.ex tenore,facit.16. quæſtio.6.c.1.20 q.3.conſtituit.30. quæſt. 1.dictum eſt.

17 Sed quæro, quid ſi hæreticus dãnatus per eccleſiam velit redire, nunquid ei parcetur? ℞. Io.An.in quadam apoſtilla in d. c.excommunicamus,tenet ꝙ ſic, & idem gl.ſingularis in c.excommunicamus, el 2. eo.ti.ſed licèt ſit humanum;tamẽ ego credo de iure contrarium. Nam, vt acceptetur, oportet ꝙ ɔtinuò poſt deprehenſionẽ erroris ad fidei catholicæ vnitatẽ ſpontè recurrat,& errorem ſuum ad arbitriũ prę ſidentis publicè abiuret,& ſatisfactionem condignã exhibeat, vt in c.ad abolendã, eo.ti.quod non facit, qui expectat condẽ-

nationem

a Cap in fidei fauorem] Dummodo ex coniecturis falſa teſtificari non prę ſumantur, vt ibidem,quas coniecturas iudex ipſe examinabit ſecundùm gl. ibi.

b Poſſunt contra eoſdem] Vel aliter de iure nõ habentes iuriſditionem.

c Vel eorum delegatis] Quãdo ad alios non poteſt haberi recurſus, nec req̃rentes ſunt excommunicati.

d Elident] Et ſi dicti hæretici reconciliarentur, tamen non inciderent in ſubiectionem, q̃ ſunt facti liberi. Idẽ dic de bonis, q̃a non recuperantur, ſm Hoſt. & Pa.in d.c.ſi.e.ti.



nationem, & dictum.c.excommunicamus,el 2.quod videtur contrarium,loquiť de deprehẽſo,non condemnato.Arch.tamen [a] in c.vt commiſſi,eo.ti.li.6.dicit,ꝙ relapſis duntaxat non parcitur,ſemel tamen lapſis parcendum eſt, ex quo volunt ad fidem redire, & vt dixi, hoc eſt mitius. [b]

18 Verum rediens ſpontè ad veritatem fidei,& reconciliat⁹ recuperet bona? ℞. ꝙ non,ſed ſolummodo euitat pœnã mortis.Et ꝙ olim debebat detrudi in ꝑpetuũ carcerem ad agendam pœnitentiam, hodie per inquiſitores vnà cum præſidente poteſt commutari,vt in ca. vt commiſſi,eo.ti.li.6. Et ſimiliter recuperabit bona,ſi ex miſericordia ei cõcedãtur,aliter nõ,vt d.c. vergẽ.

19 Tertiadecima pœna, ꝙ nullus clericus debet ei p̃bere eccleſiaſtica ſacramẽta,neque eleemoſinas, aut oblationes eorum recipere, aliter clericus priuand⁹ eſt ſuo officio, regularis ſua priuilegia in illa diœceſi,vbi contra fecerint,nõ ei ſeruentur,vt in ca. excõicamus,el.1.e.ti. Hodie tñ, quicũque tradiderit eccleſiaſticæ ſepulturæ,eſt excommunicatus ipſo facto,p.c.quicunque,e.ti.li.6.de quo ſupra,excommunicatio.7.caſu. 28. Sed hæc oĩa limita,niſi pœniteant,& ſigna manifeſta pñĩæ in eis appareant, quia tunc eccleſiaſtica ſacr̃a poſſunt,& debẽt dari, ẽt ſi forent relapſi,vt in c.ſuper eo,de hær.li.6.

20 Quartadecima, ꝙ nullus tabellio publica inſtrumenta, vel ſcripta pro hæreticis, credentib.fautoribus, & cæteris facere poteſt,nec aduocatus in aliqua cauſa, vel facto poteſt eis patrocinium præſtare, nec litigantibus ſub eorum examine. aliter ipſo facto ſunt ſuſpenſi ab officio, & perpetuò infames,vt in c.ſi aduerſus,e.tit.Intellige, ſecundùm Pa.ibidem, niſi reuertantur ad fidem, quia tunc poſſunt prædicta pro eis impendi.

21 Qua pœna puniuntur credentes, fautores,receptatores,& defenſores hęreticorũ? ℞.ꝙ 18.pœnis prima,q̃a ſunt excõicati ipſo facto,de quo ſ̃.excõicatio.5. Caſu 17.Secũda,ꝙ ſi poſt excõicationẽ intra annũ ſatisfacere contẽpſerint,ex tunc ipſo iure ſunt infames, vt neque ad publica officia,ſeu conſilia, ſeu ad eligendos ad hmõi aliquos, neque ad teſtimonium admittuntur,ſunt inteſtabiles ẽt, nec ad ſucceſſionẽ admittuntur,nullus eis cogitur reſpondere ſuper aliquo negotio,ſed benè ipſi alijs ſi ſunt iudices & dabunt ſententiam, nulla ẽ, nec aliquis poteſt cauſam agitare ſub eis.Si aduocati ſunt,non ſunt admittẽdi ad patrocinium,ſi tabelliones,inſtrumẽta per eos confecta nihil valent, ſed cum autore ſuo damnantur.Si verò clericus fuerit, ab omni officio,& beneficio deponatur. Hæc habentur in c.excommunicamus,el.1.e.ti. Ex quibus collige.xii.pœnas contra pręfatos.Adde quartam,quintam, octauam,nonam,tertiãdecimã,& quartamdecimam in præcedentibus.§.dictas.

12 Quis dicatur credens hæreticis? ℞.Archi.in d.c.quicunque,e.ti. li.6.ꝙ ille, qui ore proprio dicit ſe velle mori in fide talis hæretici, vel qui dicit ſe credere errorib⁹ eorũ,ad hoc de pœ.di.1.c.poteſt,ſimiliter qui adorauerit,reuerentiam ſuo more exhibuerit,cõſolationem, vel cõionẽ in morte, ſeu in infirmitate ab hæreticis receperit,vel ſimilia perpetrant,quę ad ritum eorum pertinent, credentes dicuntur, quia plus factis,q̃ verbis loquimur,ar. de ap.dilecti,el. 2.& loquor de his factis, in quib⁹ error exprimitur,quia in alijs factis,vt viſitare eos,vel alimoniam præbere, non eſt credere,ſed potius fauere, credentes tamen [c] in eorum erroribus hæretici ſunt.c. excommunicamus,el. 2.eo.

23 Quis dicitur receptator? ℞.Arc.vbi ſ̃. ꝙ ille,q̃ ſcienter [d] recepit hæreticos, & ſi non frequenter, quia licèt ſecũdùm grammaticum ſit verbũ frequentatiuum,tamen in iure ꝓ ſimplici verbo poniť,vt probatur ff.de recepta. l. ſi. in iure ciuili receptator

 dici-

a Arch. tamen] Nõ videtur mihi ꝙ hoc dicat apertè, tamẽ poteſt elici.

b Hoc ẽ miti⁹] Sed debent in ꝑpetuo carcer̃ detrudi, vt in d.c. excõicamus, 2. quamuis hodie poſſit commutari, vt in c. vt cõmiſſi, e.ti. lib.6. vt hic. § ſeq.

c Credentes tamẽ] Quid de eis qui audiunt eorũ prædicationes? Reſp. Arch. vbi ſupra, ꝙ ſi ſemel tñ audierint, nec poſtea redir̃ voluerint non ſunt credẽtes, quia non videtur approbaſſe,quod poſtmodum vitauerit; arg.c. conſtat.1. q.1. & c. ex ſtudijs, de præſumptio. & ſub.lit, ꝙ licèt de facili non debeãt credentes reputari, fatetur ſuſpitionẽ tamẽ eos nõ carere. Vnde eis poſſet purgatio indici.

d Qui ſcienter] Iſte eadem pœna punitur, qua & hæretici: vide de his Hoſt. eo. ti. §. qua pœna.

dicitur, qui latēter recipit, & celat, vt conſeruatus manus iudicis euadat, vt in l. 1. ff. ď recepta. & l. cōgruit, ff. de officio pręſidis, & l. vlti. C. de his, quæ la. occul. & ſic accipitur etiam de iure canonico, niſi ſolùm in caſu iſto hęreticorum, rō, quia ſpāliter oīs receptio ꝓhibetur, vt in c. ſicut ait, eo.

24 Qui dñr fautores? Reſ. Arc. vbi ſ. ꝙ ſi ſunt pſonę, quæ publica poteſtate fungātur, ex ſola omiſſione dicuntur fautores, puta ſi ab eccleſia condemnatos non fugant, vel non puniunt, ſicut debent, & præcipitur in c. ad abolendam, e. & in ca. excommunicamus, el 1. e. hoc probatur. 23 q. 3. qui poteſt. 2. q. 5. q. vicijs, & q. 8. præterea, & 16. q. 4. §. qui autem. Item dicit idem Archi. ꝙ ſi prælati non faciūt, carceres ad cuſtodiam hæreticorum, vel ſimilia, quæ ad eorum officiū pertinēt, ex auaritia, non dicunt fautores, quia id in fauorē hæreticorum non faciunt. Secus, ſi propter eos non faciunt. Si ſunt priuatæ perſonę, licèt non capiant hæreticos, ex omiſſione ſola non dicuntur fautores, ſed ſi celāt eos poſt, quā iurauerunt indicare, poſſunt dici fautores, cum peccēt mortaliter ī hoc celando veritatem. 11. q. 3. quiſquis. Idē dic de priuatis aſtrictis per iuramentum ad indicandum, & celant in caſu, in quo tenētur indicare, quod quando ſit, vide infra, Inquiſitio. §. 11. ſecus in alijs priuatis, non aſtrictis, quia niſi omittant doloſè, [a] non dicuntur fautores, ex commiſſione verò omnes dicuntur fautores, quia vel verbis excuſāt [b] eos, vel laudant, & huiuſmodi, vnde ſi prędicta verba prouocant ſimplices ad amorē hæreticorum, & deuotionem, quam habēt ad eccleſiam, habeant minuere, & talia non dicantur ex lubrico linguæ, qa lubricū linguæ ad pœnam nō debet trahi. ff. ad l. Iuliā maie. l. famoſi, tunc fautores dicuntur. 11. q. 3. non ſolùm. 2. q. 1. c. ſi. Multò magis fautores ſunt qui facto eis fauent, puta alimoniā miniſtrando, ipſos liberando, vel per quæ liberari pñt, dando, & ſimilis, ad hæc. 23. q. 3. eſt iniuſta. ff. ď furtis l. ſi pignore. Et idem dicit in eo, qui precibus eos liberat, ar. 13. q. 6. eo. titu.

25 Qui dicātur defenſores? ℞. qui ſupra. Arc. ꝙ quicunque defendentes error hæreticorum, & tales dicuntur hæreſiarchæ. [c] Item dicuntur defenſores illi, qui perſonas ipſorum defendunt reſiſtendo viribus, vel potentia, nè ad manus iudicis veniant puniendi, vel examinandi, & de hoc. 21. quæſt. 5. ſi cuſtos, vel nè fiat executio, vt in capit. in ex literis, de officio delegat. not. tamen, ꝙ defendens hæreticum, nè lædatur a priuato, vel qui in iudicio eidem patrocinat, credens eum habere iuſtam cauſam, nō dr̄ defenſor, vel fautor, etiam ſi poſtea appareat, quòd non erat iuſta cauſa, quia hæc eſt iuſta defenſio, quę talibus reſeruatur. Sec⁹, ſi contra conſcientiam ei patrocinatur, qa defenſor eſt, ita not. Card. in Clementin. 1. de poenis.

26 Quomodo hæretici, fautores, credētes, defenſores, receptatores eorum, & etiā infamati de hæreſi recipiantur ad pœnitentiā? ℞. ꝙ ad arbitrium epiſcopi prius debēt abiurare errorē, & promittere per ſcripturā, ꝙ tenebunt firmiter fidem catholicā, & hoc publicè, vel priuatè, ſicut crimen ē publicum, vel priuatū. 1. q. 7. quoties, de ꝯſec. di. 2. ergo Berengarius, & d. c. ad abolendā. poſtea debent abſolui ſecundū eccleſiæ formam, de qua habetur. 11. q. 3. cum alijs, de ſen. exc. cū deſideres, & poſtea imponi, qđ talibus ſolet iniungi, vt in dictis. c. quoties, & ego, ſi tamē tempus [d] non adeſt, & ſigna pœnitentiæ in extremo demonſtret, pñt abſolui ſine ſolennitate præfata ſecundùm Hoſt. & Innoc. in c. a nobis, el 2. de ſententia excommunicationis.

HERMAPHRODITVS dicitur, ille qui habet vtrunque ſexum, ſcilicet virilem, & fœmineum.

1 Vtrum poſſit eſſe teſtis in teſtamēto? ℞. glo. 4. q. 3. item idonei, ver. hermaphrodita, quòd non, ſicut nec mulier, Inſtitu. de teſta. §. teſtes.

a Niſi omittant doloſè] Argu. c. quātæ, de ſen. ex. cum ibi notatis.

b Excuſant] Puta quādo dicerēt iſti homines non ſunt, vt dicūtur.

c Hæreſiarchę] Et ſic peiores ſūt ipſis hæreticis. c. qui aliorū. 24. q. 3. & 11. q. 3. c. qui conſentit. Vñ & deberent plus puniri, ſicut aliquādo magis punitur conſulens, q̄ faciens, quod conſultum eſt. l. vtrum, ff. de paricid. Exemplū in medico, q dedit filio venenum, vt venenaret patrē⁹. l. frater, ff. de paricid. & quod ibi no. gl. Et Archid. vbi ſ. refert aliquos dicere, illos prælatos fore hæreticorum defenſores, qui eos punire negligunt.

d Si tamen tempus] De iſta materia pleuè Hoſt. in ſumma tit. de hære. per totum. Sed de pœnis &c. in §. qua pœna, & in §. quæ pœna.



§. teſtes, in iudicio tamen ſic eo modo, quo mulier. Et hoc intelligo, quando magis habet de fœmina, quàm de viro. Secus eſſet, ſi ſexus virilis magis incaleſceret. ſi verò eſt parilitas, gloſſa prædicta non determinat, ſed dicerem non admitti, niſi quatenus mulier admittitur.

2 Vtrum poſſit ordinari? ℞. ꝙ non, quia eſt monſtruoſus, ar. 36. di. illiteratos, & 49. diſtinct. c. vltimo. Si tamen ordinatur, & ſexus virilis magis incaleſcit, recipit characterem, aliàs non etiam ſi æqualiter incaleſceret ſecundùm Rodo.

3 Vtrum poſſit contrahere, & an debeat contrahere cum viro, vel cum muliere? ℞. gloſſa prædicta, quod ſexus magis incaleſcens debeat attendi, & ſic determinari.

HIRONIA eſt mendacium in verbis, vel factis dictum, vt quis minus æſtimet, quam ſe ipſum æſtimet, vt puta cum aliqs aſſerit de ſe aliquod vile, quod in ſe non recognoſcit, aut negat aliquod magnum, qđ tamen æſtimat in ſe eſſe, & eſt aliquādo peccatum veniale, quando id, quod dicit, vel oſtendit in ſe eſſe, vel non eſſe, non eſt ſcandalum nec propriæ famæ, vel alterius. Aliquando eſt mortale, quando eſſet in ſcandalum proprium, vel aliorum, vel quādo hoc fieret ex inordinata ambitione, vt præficeretur alicui prælaturæ ſpirituali, puta quia vadit malè veſtitus & deſpectus propter hoc ſolùm, vt præficiatur, & deliberatè, & intellige, ſi eſt indignus, vel ſi propter honorem ſolùm, & huiuſmodi, ſecundùm quod dixi ambitionem eſſe mortale, de quo vide ſupra, Ambitio, & de tali dicit̄ eccleſia. eſt q nequiter ſe humiliat, interiora autem eius plena ſunt dolo, aliàs eſſet veniale peccatū talis ambitio cum tali hironia, & ſic intellige & dictum Auguſtini in ca. cum humilitatis. 22. qō. 2. minora tamen de ſe dicere ſalua veritate, & maiora abſcondere ꝓpter humilitatem, non eſt hironia, nec peccatū ſecundùm genus ſuum, ſecundùm S. Th. 2. 2. quæſtione. 113.

HISTRIO quis dicatur? ℞. ꝙ ille, qui de perſona ſua ludum facit.

1 Vtrum ſit peccatum? ℞. S. Tho. 2. 2. quæ. 148. ꝙ non, ſi fiat moderatè, & loco, & tempore perſonis congruis, & geſtibus vel verbis honeſtis, vt pro ſubleuatione animi alicuius, vnde, & licitè tales recipiunt aliqd pro mercede, & ſic nō intelligitur de iſtis, cap. donare, & c. qui veneratoribus. 86. di. nec capitulo. pro dilectione, de conſe. diſt. ſecunda, aliàs autem ludum facere de perſona cum geſtibus inhoneſtis, aut turpib⁹, ſeu in loco, aut tēpore prohibito, eſt mortale peccatum, vt patet d. cap. pro dilectione, in quo denegatur ei corpus Chriſti, & talibus donare eſt peccatū mortale, ſi fiat pro eorum ludo exercendo, ſec⁹ ſi fiat propter neceſſitatem ad naturam ſubſtentandam, vel nè ab eis infamarentur ſecundùm Rodo.

1 Vtrū tales hiſtriones prohibiti poſſint ordinari? ℞. ſm gl. in d. c. donare, ꝙ non, vt in c. maritum. 33. diſ. quid infames ſunt. 4. q. 1. c. 1. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. vlt. limitat tamen Pa. in c. cum decorem, de vit. & hon. cle. verum, quando bis exercuit artē illam in publico, facit l. palam, ff. de ri. nu. 25. q. 2. ita nos. Inno. verò in d. c. cum decorem. vult, vt ſit infamis, ꝙ habeat hoc officium in curia, vel ꝙ aſſueſcat ſe in illo actu, aliàs non ſit infamis, & eſt opinio magis pia, & mihi placet.

HOMAGIVM eſt, quando quis facit ꝓmiſſionem alteri genibus flexis, & manibus intra manus illius poſſitis, ita ꝙ efficitur homo illius, nullius alterius fidelitate ſalua, & talis appellatur homo ligius, & fit ſolùm imperatori, vel regi, & homini, qui non habent ſuper ſe ſuperiorem, & talis homo ligius differt a vaſallitico, in quo reſeruatur ſaltem imperatoris fidelitas, vel autoritas, nec poteſt quis eſſe homo ligius duorum, ſed benè pōt eſſe homo ligius vnius & vaſall⁹ alterius, vel pluriū, de quo homagio no. in glo. Cle. paſtoralis in. §. rurſus. ver. homoque ligius, de re. iu.

1 Vtrum ſit ſimonia pro re ſpirituali, puta beneficio eccleſiaſtico, homagiū exigere? ℞. ꝙ ſic, vt eſt tex. in c. ex diligenti, de ſim. & in c. ſi. de re. iur. rō, qa homagiū eſt, ſeu cōtinet tpale commodū illius, cui pſtatur, qa efficitur eius ſubditus, & obligat̄ ſibi ad certa ſeruitia, fidelitatis āt iuramētum benè pt̄ exigi ſine ſimonia, qa tātū obligat, vt ſibi ſit fidelis, & præſtatur potius dignitati, quam perſonæ, & hoc verum, qñ eſt in tali dignitate, cui debetur fidelitas talis,

aliàs

aliàs eſſet ſimonia ſecundùm vnam lecturam, in d. c. ex diligenti.

HOMICIDIVM. I. dicit voluntarium, qđ animo, & intentione occidendi hominem perpetratur cum effectu, vnde dicitur homicidium, hominis ab homine facta occiſio, & iſtud cõmittitur facto, p̃cepto, conſilio, defenſione, & permiſſione, nec nõ cooperatione, animatione, & auxiliatione. Pro quorum declaratione multa dubia ſub inferuntur.

1 Vtrum homicidiũ [a] volũtarium ab homine factũ, vt eſt homo, ſit peccatum mortale? ℞. ꝙ ſic ſemper, quia contra præceptũ, Nõ occides, Exo. 20. imò terribile peccatum, vt patet. l. di. c. ſi quis voluntate, vbi vult text. ꝙ imponatur ei pœnitentia, vt ſemper, ſ. horis ſtatutis iaceat ad ianuã eccleſiæ, & cõmmunionem in exitu vitæ ſuæ non recipiat, dicit gl. ſi non fecerit p̃dictam pœnitentiam, & notanter dixi eſſe mortale peccatum homicidium voluntarium ab homine, vt homo eſt. Non autem ab homine, vt a lege, ſiue vt eſt legis miniſter, quia non eſt peccatum, dũmodo non deſit iuſtus ordo, iuſta cauſa, iuſtus anim[9]. deeſt iuſta cauſa, quando aliquis ſine demerito occidit, iuſtus animus, cum ex liuore vindictæ occidit, iuſtus ordo, cum occidit ille, cui lex non cõmittit, vel cũ occidit nõ eo ordine, quo lex ſtatuit, de quo. 22. q. 5. in c. reos; & per totam. q. ibi glo. in ſum.

2 Vtrũ liceat alicui [b] occidere ſeipſum, aut mutilare? ℞. ꝙ non ſine mortali [c] peccato, q̃a nemo mẽbrorũ ſuorũ eſt dñs. 23. q. 5. ſi nõ licèt, & in l. liber hõ, la 1. ad l. Aq. ꝓpterea dicit Aug. in d. c. ſi nõ licet, His ergo exceptis, quos vel lex iuſta generaliter, vel ipſe fons iuſtitiæ de[9] ſpãliter iubet occidi, q̃ſquis hominẽ vel ſeipſum, vel quẽlibet occiderit, homicidij crimine tenetur, hæc ille. Fallit hoc in mutilatione, quæ fit cauſa medicaminis, q̃ licet. Et de hoc. 55. di. cap. ſi quis, el 2. & 3.

3 Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum, nè aliquis cogat eum ad peccatũ? ℞. ꝙ nõ, vt in d. ca. ſi non licet, & 23. q. 4. diſplicet. Vnde Hieron. in c. non eſt noſtrum. 23. q. 5. dicit, vnde & in perſecutionibus non licet mihi propria manu perire abſque eo, vbi caſtitas periclitatur, hęc ille. Et licèt aliqui ex hoc dicto dixerint, quod vbi caſtitas impugnatur, licèt ſe occidere, hoc eſt falſum, vt patet in pręallegatis ca. Et ideo hęc dictio, Abſque, ponitur incluſiuè, ſicut ibi, Pulchræ ſunt genę tuæ, abſque eo qđ intrinſecus latet. Sic & dictio, vſque etiam incluſiuè ponitur. ff. de pigno. act. l. 1. 13. q. 2. Ebron. Et quod legitur de Sãſone, qui ſe interfecit, & idem de aliquo alio, dicendũ ꝙ hoc fuit ex ſpeciali reuelatione Dei, vt dicitur in d. c. ſi non licet.

4 Quid ſi iudex occidat maleſactorẽ ordine iuſtitiæ non ſeruato? Reſpond. ꝙ peccat mortaliter, ſicut & quando ex animo vindictę, vel ex cupiditate occidit, quia iuſtè quòd iuſtum eſt, exequeris dicit text. in Deut. & no. in d. c. reos (quod credo verũ) niſi ex aliqua vigenti cauſa hoc faceret, & notoriè conſtaret occiſum dignum morte. Et pro hoc facit. capitulũ. de occidentis, & capitu. officia, ſed melius cap. non fruſtra. 23. quæſtio. 5.

5 Vtrum liceat occidere furem? Reſpon. gloſſ. in cap. cum homo. 23. quæſtio. quinta, quòd latronem inſidiantem in itineribus, & nocturnum depopulatorem agrorum licet cuilibet occidere. C. quando liceat vni. ſine iudi. l. prima, & ſecunda. latronem, ſeu furem nocturnum ſimiliter licet, diurnum verò non, niſi armis ſe defendat, vt in capitulo ſi perfodiens, de homici. Limitat tamen Paul. in capitulo. 2. primo, & ſecundo not. de homici. & prædicta gloſſ. verum, quando aliter non poteſt comprehendi. Facit. l. furem, ff. de ſica. & capitulo. 2. de homicid. Limitant etiam ſecundò dicentes, quòd quando fur nocturnus, vel diurnus cognoſcitur, & res poſſunt rehaberi per iudicem, quòd non licet occidere, & facit quod not. Bartolus. [d] in dicta l. furem, aliter

ſic,

a Homicidiũ qđ Aetetur, catec. in præcep. non occides. c. 1. eſt nefarium peccatũ, ibi. a quib. committens dicatur, ibid. P. V.

b Catec. in idem præcep. c. 1. P. V.

c Non ſine mortali] Quia eſt cõtra legẽ naturalẽ quia vnaquęque res appetit conſeruationem ſui eſſe. Itẽ quia contra charitatem, Matthę. 22. diligens proximum tuum &c. Itẽ q̃a contra bonũ cõmunitatis, nam quilibet eſt pars communitatis, quartò quia in deum peccat, ſi interficiens ſeruum alienũ, peccat in dominũ.

d Qđ no. Bart.] Idem per docto. in l. ſi vt allegas, C. de ſica.



ſic, [a] & non ſolũ per eum, cui furatur, ſed etiam poteſt occidi per quemlibet irregularis tamen erit tam iſte occidens, quàm etiam iudex, de quo in præcedenti dubio dictum, eſt etiam ſi ſeruaret, ordinẽ iuſtitiæ.

9 Vtrum vxor a viro, filia a patre committendo adulterium ſimul cum adultero poſſit occidi? Reſpond. quòd pater in ipſo actu in domo propria, vel ĩ domo generi poteſt interficere vtrumque. ff. de adulterijs. l. nec in ea. §. ius, & l. ſequenti. Marito etiam ignoſcitur, ſi occidat adulterũ quò ad mitigationem pœnæ. C. de adulterijs l. Gracchus, ſi modo eum adulterum deprehẽdat in domo ſua cum adultera, vt l. marito, ff. de adult. aliàs nõ de iure antiquo, ſed de iure nouo poteſt poſt tres denũciationes factas vbique occidere, vt in autẽ. vt liceat matri, & auię. §. his quoque. Dicit tamen glo. in c. inter hæc. 33. q. 1. ꝙ licèt tales, & ſimiles excuſentur a pęna ciuili, non tamẽ excuſantur à culpa, ſeu a peccato homicidij, vnde in capitulo quicunque percutit. 23. quæſtion. vltima, dicitur, qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, periurum, vel quẽlibet crimino ſum interfecit, trucidauerit, aut membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur, & tantò grauius, quantò non ſibi a deo conceſſam poteſtatem vſurpare non timuit. Aduerte tñ ꝙ aliud eſt, quando lex aliquid permittit non puniendo, vt in occidendo adulterũ, & ſic non licet ſine mortali peccato, aliud eſt, quando lex concedit, ſicut quando diffidat aliquem, vt in capitulo, pro humani, de homicidio l. 6. & ſimilibus, quia tunc ſi aliquis talem occidit non animo vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, ſic non peccat ſecundùm Io. Andr. in addi. ad Spec. quia facit vt miniſter legis, quod licet. 23. quæſtion. 5. non eſt crudelis, & ſic concordia iſtud, quod hic dicitur cum eo, quod dicitur in dubio præcedenti, ille autem, qui aliquem occidit defendendo ſe, vel proximum, nõ propriè dicitur homicida, de quo dic, vt infra, homicidium. 4.

7 Vtrum ſit homicida, qui percutit mulierem prægnantem? Reſpond. quòd ſi partus erat iam formatus, & ex percuſſione interijt, homicida eſt, ſecus, ſi non erat formatus. [b] hæc probantur. ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis.

8 Vtrum læthaliter aliquem percutiens, quia percuſſus poſtea ab alijs occiſus eſt, ſit homicida? Reſpond. ꝙ ſic, [c] vt eſt text. in capitul. ſignificaſti. el 2. eod. titul. ſimiliter ſi non appareat, an læthaliter percuſſerit, vel nè, tamen homicida eſt. Item homicida eſt, ſi animum occidendi habuit, & percuſſit, quanuis non læthaliter, ſi poſtea ab alijs percuſſus interijt, vt in dicto capi. ſignificaſti.

9 Mandato, ſeu pręcepto commiſſum homicidium imputatur non ſolùm mandatario, ſed etiam mandanti, quia, vt dicitur in capitul. mulieres, de ſent. exc. Is verè committit, cuius mandato delictum committi probat, & ideo ſic peccat mortaliter, nec excuſatur, ſicut ſi ipſe faceret, & perinde determinandum eſt de mandatarijs quò ad irregularitatem, ſicut de mandante percuti clericum quò ad excommunicationẽ, vt ſupra, excommunicatio. 5. caſu. 1. §. 31. & tribus ſeq.

10 Vtrum prælatus habẽs iuriſditionem temporalem, qui iniungit ſuo officiali; ꝙ ſuper tali maleficio inquirat, & iuſtitiam exequatur, ſit irregularis, & homicida, ſi officialis mãdatum exequens aliquem occidi faciat? Reſpond. ꝙ non, quia dicit tex. in capitulo, epiſcopus, nè cle. vel mo. libr. 6. quod licèt clericis non liceat cauſas ſanguinis agitare, eas tamen cum iuriſditionem habet temporalem, debent & poſſunt, metu irregularitatis ceſſante, alijs delegare, hęc ibi.

11 Cõſilio etiam efficitur quis homicida, quando ex conſilio ſequitur homicidium, nec ſolùm quando conſilium eſt directè de mortale alicuius, ſed etiam quando conſu

litur

a Aliter ſic] dicit Bal. in d. l. ſi vt allegas, ſi cognoſcerem furem, cũ veriſimile coniectare poſſem eũ receſſurum, & ſic nõ potero habere res meas, tũc licitè poſſum occidere, & ponit exemplũ de debitore fugitiuo, de hoc dic, vt infra homicidiũ. 3. §. 1.

b Et nõ erat formatus] Si dubiũ erat, an eſſet formatus, vel an ex tal p̃cuſſione interierit abſtineat a ꝓmotione, vel a miniſterio, ſi ꝓbabiliter hoc credit, nę periculo ſe exponat. Temerariè autẽ credens, aut deponat ſcrupulum, aut abſtineat.

c Reſp ꝙ ſic] Vi de Cep. conſ. 11. Et Alexan. conſ. 115. 2. lib.

litur in cauſa propinqua ad mortem ; ſcilicet aliqd, ex quo ſequitur mors, vt notat. Panormi. in c. ad audientiam, eod. tit. & hoc intellige quò ad cauſam propinquam, ſecundùm Innocẽ. ibidem, vbi conſulitur res illicita, ex qua mors ſequitur ; ſed vbi conſulitur res licita, puta conſuluit, vt maleficus capiatur, vel vt exponat ſe pro patria, vel fide Chriſtiana, quia licèt homicidium ſequatur, non imputatur ei, facit. 23. quęſti. 8. omni timore, & melius capitulo hortatu, & precibus Adriani, & ſic non eſt homicida ſecundùm eum, ſed contra eſt, quòd notat Hoſti. in capitul. ex literis, de exceſ. prælato. & per Panormitan. in cap. 1. de fur. & eſt text. in capitul. ſi quis viduam. l. diſt. & in capitu. ſicut dignum, eod tit. & ibi determinatur, quòd clericus, vel alius interrogatꝰ de pęna delicti, ſi reſpõdet, quòd eſt mors, eſt homicida, ſi caſus imminet de præſenti, per dicta iura. Sed ego concordando dico, ꝙ dicit verũ Inn. quò ad peccatum, ſed quò ad irregularitatem dicit verum Inno. quando eſt in conſulendo rem licitam, & non homicidium, & quando homicidium poſſet non accidere, licèt veriſimiliter [a] debeat euenire, Sicut dictum eſt ſupra, Bellum. §. quarto, ꝙ licèt prælatis dicere, Pugnate viriliter, & huiuſmodi. Et dictum Hoſti. & Pan. intelligitur quò ad peccatum in eo, qui conſuluit ſuper morte, quæ infallibiliter exequetur, quia dicũt, quòd ſi non imminet caſus de præſenti, quòd licèt clericus conſulat quod eſt pœna mortis puniendus malefactor, non propterea eſt homicida, ſcilicet quò ad irregularitatem, nec etiã quò ad peccatum, niſi malo animo [b] hoc faciat, vt infra irregularitas. 1. §. 4.

12 Vtrum conſulens alicui, vt alium interficeret, qui volens interficere interfectus eſt, ſit homicida? Reſpond. quò ad peccatum mortale eſt indubitatum, quò autem ad homicidium quidam, vt Innoc. & Hoſ. in d. capitu. ad audientiam, referunt, quod ſi veriſimile erat, ꝙ non poterat interfici ab illo, non erit homicida, nec conſequẽter irregularis. Si verò veriſimile fuit, ꝙ poterat interfici, ſic erit homicida. Sed Ioan. An. in c. fi. eo. tit. li. 6. & Panormi. in d. c. ad audientiam, tenent indiſtinctè talem conſultorem homicidam cenſeri quò ad pœnã irregularitatis. Et in iſtud magis aſſentit etiam Innoc. & eſt verius.

13 Quid de eo, qui conſuluit in genere, ꝙ adulteri ſunt occidendi, vel alij, qui tamẽ de iure [c] non ſunt occidendi? Reſpond. ſecundùm Rodo. ſi reputabatur iuriſperitꝰ, & errauit non in apicibus iuris, ſed in iure claro, & certo, ſic eſt irregularis, ſi conſultus ex ſuo conſilio conſiſus aliquem occiderit. Si verò non erat reputatus peritꝰ, ſed ſimplex, vel idiota, aut errauit in ſubtilitate aliqua, in qua ſunt opinio. diuerſæ, ſic non erit irregularis, dummodo caſus non immineret de pręſenti, vt ſupra dictum eſt.

14 Vtrum conſulens alicui, vt aliquem interficeret, quanuis ille, cui dedit cõſilium, per multum tempus ſteterit ante, quàm interfecerit, ſit homicida? Reſpon. ſecũdùm Innocen. vt Panorm. recitat, & ſequitur in d. capitu. ad audientiam, quòd ſic, quia debebat reuocare conſilium. Et ſi putabat amicum non deſiſtere, debebat hoc inimico intimare, vt caueret, aliàs non euadit, quanuis doluerit de conſilio, non credo tamen, quòd debebat reuelare ſpecificè illum, cui dedit conſilium, ſed bono modo, ſeruata eius fama auiſet inimicum, dicendo vt ſibi caueat, & ſufficit, ex quo conſilium reuocauit.

a Licèt veriſimiliter] Dicit tamẽ Inn. ꝙ ſi quis directè conſiliũ in mortem alicuius dederit, ſemper eſt irregularis, facit. c. ſententiam, nè cle. vel mo. Et concor. ſo. & addit idem ſi de voluntate ſua turbata proceſſerit, puta parentes clerici verberati dicunt hoc ſe velle vindicarẽ, nec clericus expreſsè cõtradicit, facit. ca. Matthæꝰ. de ſim. Si autẽ expreſsè hoc prohibeat, ſecus eſt, de ſim. c. ſicut tuis, & ca. Petrus, eod. ti. Si aũt ex corde non faceret, in cõſpectu Dei caderet.

b Niſi malo animo] Vide de his Spec. ti. de leg. §. iuxta propoſitionis, verſi. quid ſi iudex.

c Qui tamẽ de iure] Quæritur, qđ ſi aliquis conſuluit, ꝙ infirmꝰ verteretur, vt citius moreretur? Rñdeo, ꝙ ſi ex tali verſione citius moritur, irregularis eſt, qui conſuluit, & qui fecit, nec poterit ꝑ epiſcopum diſpẽſari, licèt à peccato abſolui poſſit. Additur tamen, ꝙ ſi ex cauſa citius nõ moritur, nõ incurritur irregularitas, licèt debeat pœnitere de peccato, & mala intentione. Similiter dicẽdũ eſt de iſtis vetulis ſortilegis, quæ ponũt ad caput ferrum, vt citius qs moriatẽ, quia ſic debẽt pęnitere de peccato, cum talia ſortilegia non operentur ad mortẽ alicuius.

Quid



15 Quid de cõſulente alicui, vt ſe exponat pro patria, vel iure ſuo? Reſpond. Innocent. in d. capitulo ad audientiam, quòd non eſt homicida, nec irregularis, etiam ſi interficiatur. 23. quæſtiõ. 3. pro membris, & quæſtio. 8. hortatu. Si tamen ſciret [a] eum ibi moriturum, ſic videtur homicida, & irregularis ſecundùm Innocent. & Hoſtien. ibidem, quos limita, quando conſuluit pro iure proprio ita ſe exponere, ſed ſecus eſſet, ſi conſuluiſſet, quòd pro Chriſto mortem ſuſtineret, vel pro eccleſia, etiam pro patria, quia licèt ſciat moriturum, non eſt homicida, nec irregularis. Et ſic intellige. Innocen. & Hoſti. vbi ſupra.

16 Defenſione cõmittitur homicidium, puta aſſociando homicidam ad factũ homicidij, vt eum, ſi oporteat, defendat, & talis, quanuis etiam ei homicidium diſſuadeat, tamen ſecundũ Ho. in ſum. eo. ti. §. qua pœna, verſic. quid ſi quis, homicida erit. Facit. c. Henricus, de cle. pu. ĩ due. Nec in hoc diſtinguitur, an aliàs eſſet facturus vel nè quò ad irregularitatem, ſed quò ad reſtitutionẽ benè eſt diſtinguendũ, quia ſi aliàs erat facturus, non tenetur.

17 Permiſſione etiam committitur homicidium non prohibendo, cum poteſt, vt patet in. c. non inferenda, & c. ſeq. & c. fi. 23. quæſt. 3. Sed licèt glo. in d. capitul. non inferẽda, hoc referat ſolùm ad prælatos, tu tamen dic, ꝙ cum iura loquantur vniuerſaliter, Ideo eſt diſtinguendum in illis, q non ſunt prælati, nec habent ex officio, an doloſè omittant prohibere, & ſic credo homicidas, ſi aliquis occiditur. Si verò nõ doloſè hæc non prohibent, ſed ex negligentia, vel puſillanimitate, aut quia nolunt ſe immiſcere rumoribus, vel nolunt aliũ huiuſmodi rumoribus immiſceri, ſicut mater filium, vxor virum, & huiſmodi, non credo eſſe homicidas. Et ad hęc faciunt not. in c. quantę, de ſentẽtia excommunicatio. per Ioannẽ Andręæ, & ſequentes, licèt peccẽt, & fortè mortaliter, qñ ſine periculo [b] omni poſſunt obuiare per iura præallegata, non tamẽ ſunt irregulares non obuiãtes, niſi doloſè, vt occideretur, deſiſterent.

18 Vtrum cum quis vult aliquem interficere iniuſtè, niſi ego dem ſibi aliquã certã pecuniam meam, tenear? Reſpond. gloſ. in princip. 82. diſtincti. quòd quidam dicunt ſic, quidam non, ipſa videtur tenere ꝙ nõ, niſi ſit prælatus, ſed ego credo, ꝙ ſiue ſit prælatus, vel non, ꝙ tenetur, aliter peccatum mortale non euadit, ſi modo habet vltra neceſſitatem ſuę vitæ, & illorum, quibus tenetur prouidere, quia ſicut tenetur exiſtẽti in extrema neceſſitate ſubuenire, ſic & tali ex, quo alio modo non poteſt eũ a morte liberare.

19 Vtrum non reuelans tractatum homicidij ſit homicida, ſi ſequitur? Reſ. Panor. in capitulo Petrus, eodem titul. Aliqui dicunt, quòd non ſufficit, ꝙ prohibuerit. Io. Andr. diſtinguit, quòd aut doloſè non reuelat, & erit homicida, aut non doloſè non reuelat, & non erit homicida, & hoc placet Panormi. ibidem. Ego credo, quòd ſi non reuelat illis, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, quòd erit homicida, quantumcunque prohibuerit. Et de hoc vide Innoc. in d. c. Petrus.

20 Vtrum iniuriatus ab aliquo audiẽs amicos ſuos, vel parentes velle vendicare, ſit homicida, ſi non prohibeat expreſsè? Reſ. ſecundùm gloſſ. in dicto capitu. Petrus, ꝙ ſi homicidium ſequitur, erit homicida, niſi expreſsè contradicat, quia tractantibus talia ſi non contradicit, videtur conſentire. Similis caſus eſt 1. quęſtio. quarta, quia pręlatus.

21 Cooperatione etiam committitur homicidium, vnde in capitul. ſicut dignum. §. primo, eodem titul. dicitur, ꝙ illi, qui ad capiendum ipſum animo feriendi, aut occidendi acceſſerint, licèt manus in eo non impoſuerint, tamen, ex quo mors ſecuta eſt, homicidę ſunt. facit etiam, capitul. ſtudeant. l. diſtinctione, vbi percutiens aliquem, qui interijt ex percuſſione ſiue directè puta quia vulnus lætale fuit, ſiue occaſionaliter, puta qa ex percuſſione de equo cecidit, vel đ alio loco, ex quo caſu ĩterijt,

a Si tamèn ſciret] Si quis conſuluit fugiẽtem inimicum, vt remaneat ad pacificãdum eos, eſt irregularis, ſi ꝓbabiliter credebat eum moriturum. c. tua nos, eodem ti.

b Quando ſine periculo] Ait. n. Salomon Prou. 24. Erue eos, q trahunt ad mortem. Exemplum habes de Moiſe in Exo. qui occidit Aegiptium, qui ĩfẽſtabat Hebræum.

terijt, homicida eſt, & hoc ratione incertitudinis, vt dicit glo. ibi. Et ſic intellige de cooperatione ſimili in quocunque homicidio, vt puta, quia multi vulnerauerunt, de quo etiam. 23. qõ. vltim. c. fin.

22 Vtrum exhibẽs præſentiam ſuam in bello iniuſto animando, conſulendo, vel inimicis timorem incutiendo, ſit homicida, ſi aliquis ibi occiditur? ℞. Pa. in cap. ſignificaſti. 2. eodem tit. ſuper gl. 1. in fi. ꝙ ſic, ſecus eſſet in bello iuſto, vt ſupra, bellum, & in c. petitio tua in glo. eo. ti.

23 Vtrum exhibens præſentiam ſuam, vbi fit homicidium, ſit homicida, & irregularis? Reſpond. ꝙ ſic, ſi eſt prælatus ibi habẽs iuriſditionem, eſt homicida & irregularis, de exceſ. prę l. c. ex literis, & ibi Ab. no. in 1. notabili. Alij verò non, vbi ex ſola curioſitate ſtant ad videndum, peccãt tamen grauiter clerici, quia faciunt contra. c. ſententiam, nè cle. vel mo.

24 Vtrum inquiſitor hæreticorum ſciẽs, ꝙ cum pronuntiauerit talem hæreticum, occidetur, efficiatur irregularis pronũtiando? ℞. ſecundũ Ho. in d. c. ad audientiam, de ho. ꝙ nõ. 24. q. 8. legi. & q. 5. ſi audieris.

25 Animatione incurritur homicidium, vt patet in. §. qui verò, in d. c. ſicut dignũ. limitat tamen Pan. ibidem verum, quando incitatio, ſeu inanimatio eſt ad homicidiũ ſpecialiter, quia tunc tenetur, ſecus eſſet, ſi eſſet incitatio ad odium in genere, quia non tenetur de delicto poſtmodum inde ſecuto, idem dic, quando animatio eſt ad factum licitum, licèt homicidium ſequaẽ, ſicut cum prælatus hortatur in bello iuſto, vt viriliter pugnẽt, de quo vide ſupra, Bellum. §. 4.

26 Auxiliatione etiam committitur homicidium, vt in d. c. ſicut dignum. §. hi quoque, vnde dicit Pan. in d. c. ꝙ præſtãs quodcunque auxilium, quantumcunque modicum, in delicto committendo tenetur, etiã cuſtodiendo veſtimenta, vt fecit Paulus. Sed diſtingue, ſi vis bñ intelligere, ꝙ aut auxilium præſtatur ad perpetrandum factum legitimum, & iuſtum, ex quo tamen facto ſequitur homicidium. Et ſic nõ teneẽ de tali homicidio talis auxiliator quò ad peccatum. Sed quò ad irregularitatem, ſi auxiliatus fuit directè homicidio, bñ tenetur, ſecus, ſi indirectè, ſicut dictũ eſt de auxiliante pugnante in bello iuſto, & huiuſmodi. Aut pręſtatur auxilium ſuper facto illicito, ex quo ſequiẽ homicidiũ. Et ſic homicida reputatur, quantũcunq; auxiliũ ſit indirectũ, & ſic loquitur. d. ca. ſicut dignũ. Similiter ſi auxiliũ præſtatur ſuper homicidio perpetrando ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, incurriẽ irregularitas, ſi homicidiũ factũ eſt.

27 Vtrum clericus accommodãs arma alteri ſit irregularis, ſi ille interficit? Reſp. ꝙ ſi in bello iuſto, vel vt ſe defendat contra iniuriantem, non erit. Secus, ſi in bello iniuſto. c. fi. de hom. li. 6. de materia homicidij quò ad irregularitatem vide infra, Irregularitas. 1. §. 1. cum multis ſeq.

HOMICIDIVM. 2. cauſale dicitur, qđ præter voluntatem euenit, & ex caſu fortuito, de quo. l. di. §. caſu, cum multis capitulis ſequentibus.

1 Vtrum ſit homicida quò ad culpã, vel pœnam, qui a caſu hominem occidit? ℞. vt colligo ex gl. Ber. in c. ſicut, de homicidio, ꝙ aut dabat operam rei licitæ, & adhibuit omnem diligentiam, quàm debuit, Et ſic excuſatur, [a] ac ſi non feciſſet. c. ex literis, el. 1. & c. dilectus. e. ti. & 1. di. ſi duo. Si verò non adhibuit debitam diligentiam, imputatur ei quò ad culpam, & pœnam, ſ. irregularitas. l. di. clerico faciente, poteſt tamen diſpenſari cum eo, vt in ordine ſuſcepto miniſtret ſecundùm Ioan. in d. c. de clerico. l diſtinctio. Si verò dabat operam rei illicitæ, ſiue adhibuit diligentiam, vel non, imputatur ei, vt in c. quantum, [b] l. di. Ex quo patet, quid tenendũ de multis quæſtionibus.

2 Quid de clerico, quo rixam faciẽte ſuperuenientibus eius amicis occiderũt eũ, çum quo rixabatur? Ad quam reſpondendum eſt, quod eſt homicida, & irregularis: ita no. Pa. in ca. Petrus, eo. ti. vlt. no. & doc. ibidem, & facit text. ibidem limitat tamen Panormita. ſi rixam illicitè exercebat, aliàs non; puta, quia defendebat ius ſuum, quia

ſi fuit

a Et ſic excuſatur] Fallit, niſi ſcãdalum graue eſſet, vel tanta laboraret ĩfamia, ꝙ purgatio eſſet ei indicenda, vt dicit d. c. ex literis. Vide exemplum ibi.

b Vt in c. quantum] vide Inſtit. qui. & ex quib⁹, in §. in fraudem, in primo not. Et vide Hoſt. e. ti. in ſumma. § qua pęna, verſi. quid de ꝑsbytero, cũ. ſeq.



ſi fuit ſine culpa, factũ aliorum non debet ſibi imputari. c. ſignificaſti, el. 2. eod. ti. limita hoc etiam ſm Hoſ. in d. ca. ad audientiam, verum, ſi non prohibuit, quã tũ potuit. Similiter nõ eſſet homicida, nec irregularis, ſi inimici illius, cũ quo rixã faciebat; ſuperueniſſent, & occidiſſent, quamuis rixa fuiſſet illicita, quia non intuitu clerici eũ occiderũt, ſed ꝑꝑ inimicitiã, quã habebant contra eũ, ita no. doc. in d. c. ſignificaſti, el 2.

3 Quid de eo, qui percuſſit latronẽ, qui aſportabat res ſuas, ex qua percuſſiõe fugere non potuit, ex quo ab alijs poſtea occiſus eſt? ℞. ꝙ eſt homicida, & irregularis ſm cõiter doc. in c. ſignificaſti, el. 2. eo. ti. & ibi Abb. circa fi. ver. extra glo. & facit c. de cætero, ibidẽ, quia dedit operam rei illicitę. Sed ſi tenemus, ꝙ etiã clericus licitè pro defenſione rerum poſſit percutere non erit irregularis, dummodo lętaliter non percuſſerit, nec animo occidẽdi fecerit, & magis placet, q̃ opinio doc. quia dictum c. de cętero, loquitur de cauſa propinqua [a] homicidij, vt ſit irregularis. Sec⁹ in cã remota, vt eſt in caſu iſto. ex quo non habuit animũ occidẽdi. Et pro hoc facit. d. c. ſignificaſti, & c. exhibita, e. ti. & ff. loc. l. q domum, in fi & vr̃ ſenſiſſe gl. in d. c. de cętero, & in c. tua, de homic. niſi fortè dicas, ꝙ licet daret operam rei licitę tñ debuit cogitare ꝙ ſi vulneraret eũ, nõ valẽs fugere ꝙ occidereẽ, ex quo erat veriſimile, & ſic erit irregularis. Sed mihi nõ placet. Nã vt hr̃ in d. c. tua, cleric⁹ vulnerãs grauiter furẽ ingreſſũ ſuam domũ, licèt fur poſtea capt⁹, ſit duct⁹ ad officialẽ, q officialis mittens clerico ꝑdicto, vt exponeret, ſi qua ſciret de ꝑdicto fure ĩter ſigna, ſed nuntijs tribuens cultellũ, & ſotulares, quos a fure abſtulerat, ſi in nullo alio ſe ĩpediuit, licèt talis fur [b] occidaẽ, nõ eſt irregularis, ergo nec a fortiori ꝑdictus.

4 Quid de eo, qui videns latronẽ clamauit, ex quo clamore captus fuit, & occiſus latro? ℞. ꝙ eſt homicida, & irregularis, vt tenet Inn. & Ho. & ſequitur Pan. in d. c. ſignificaſti, el. 2. ẽt ſi non habuit animum [c] ad mortẽ, q̃a debuit cogitare de homicidio, qđ cõiter ſequiẽ ĩ tali clamore, & hoc credo verum ſm Pa. ibidẽ. ſi cõiter ſequiẽ, aliàs non, ex quo animũ non habuit, vt occideretur, ſimiliter non eſt irregularis, qñ clamauit pro ſua liberatione, quia ille volebat eum interficere. Secus, ſi pro rebus, vel alijs vt infra dicetur, homicidium. 3.

5 Quid de ludente cum prægnante, quę diſperdit? ℞. ſm Io. An. & ſequitur Pan. in c. ſicut ex literarum, eo. tit. ſi conditio ludi erat gracilis, & ludus fuit licitus rõne ꝑſonæ, vt quia maritus, frater, vel alia perſona coniũcta, non erit irregularis, quia nõ eſt in culpa aliqua, eo ꝙ ludus leuis non eſt prohibitus in prægnante, dummodo perſonæ conueniat ludenti cum ea, aliàs ſic.

6 Quid de clerico, vel quocunque alio, qui implorat officium iudicis pro recuperandis ſuis rebus, licèt ſciat pro certo, ꝙ ſine ſanguinis effuſione non poterit recuperare? ℞. ꝙ non eſt irregularis ſm Io. An. & ẽ tex. in c. 2. e. ti. li. 6. dummodo præmittat proteſtationẽ, [d] ꝙ non intendit ad vindictam ſanguinis, & hoc tene, licèt Vinc. tenuerit ꝯtrarium, quia ita declaratum eſt in d. c. 2. & credo verum, quando alio modo non poteſt recuperare, & ſic intellige præfatum. c. 2. quando mortem non intendebat, ſed recuperationem ſuã, quia ſi intentio erat maculata, erit irregularis, ſi mors, vel mutilatio eſt ſecuta ſecundùm Hoſti. eod. titul. in ſumm. §. qua pœna, verſi. verũ circa hanc materiam, & ſic intellige. ca. ex literis, de exceſ. præla. & 24. quæſtio. 5. ca. 2. & de pœniten. diſtinct. 1. cap. periculoſè. Idem tene, etiam ſi furem capiat, & iudici tradat ſm limitationem prædictam.

7 Quid ſi poſt ſuſpenſionem, ſeu occiſionem lætetur, & habeat gratum? [e] Reſpon.

quòd

a Loquitur de cauſa ꝓpinqua] Fortè, quia dedit opẽ, cõſiliũ, & hmõi. Et cauſa propinqua ẽ, ſi eũ lætaliter ꝑcuſſiſſet, remota, vt ſi ego, feci feneſtrã, ex qua quis ſe præcipitauit.

b Licèt talis fur.] non fuit occiſus fur, ſed q̃a fuerant ſibi amputata virilia, & oculi eruti, cibum ſumere noluit, & expirauit &c.

c Etiã ſi non habuit animum] Ratio eſt in §. 6. infra, eodem.

d Proteſtationẽ.] Quã proteſtationẽ dẽt facere redigi ĩ ſcriptis, ſecundũ ꝙ conſuluit. Ioan. An. ibidem nam aliàs multi poſſet clericos trucidare. Et intelligo, ſiue iudex occidat eum iuſtè, vel iniuſtè, quia ea, q̃ bono aĩo facim⁹. &c. 23. q. 5.

e Gratũ] Ho. in ſum. eo. ti. § qua pœna, ver. Quid ergo ſi placet, dicit, ꝙ poſſum⁹ gaudere, q̃a punita ſunt maleficia pro honore Dei. Et debem⁹ triſtari, q̃a imagini Dei euenit malum.

a Cap.ſi.eo.tit.]Et ibi pulcher caſus,& pondera,qa ſacerdos clamauit alta voce, vt omnes præcauerẽt, facit ſm Ab. ibi ꝯtra clamantes ſubmiſſa voce, vel poſt caſum contingentem, quia non excuſantur, in quo peccant ruſtici mulos ducentes, qui poſt percuſſionẽ dñt, Caue.

e Vel ex libidine]Pone exẽplũ ſecundũ Io. And. & ibi refert Pa.in d.c.ſi aliqs,qa fortè mulier talis eſt, cui ẽ dedec⁹ apparere prægnantẽ, quare ꝓcurat hoc fieri,vt poſſet vacare libidini aliq̃ fa iũt, vt pp pauPertatem euitent ſobolẽ, q̃ꝗ ſit ad hoc mr̃imonium conſtitutum.

ꝙ non erit irregularis, qa lex promotionis attẽdit factum. 15.q.1.c.ſi.

8 Quid de ſacerdote, qui pro ædificatione eccleſiæ, vel domus aduocauit aliquem in adiutorium, qui a caſu interijt? Reſpond. ꝙ non eſt irregularis, ſi nihil de contingentibus omiſit. c.ſi.eo.titu. a

9 Quid de ludẽte cũ alio, qui a caſu occidit ſocium? Reſp. ꝙ ſi ludebat cum perſonis, cum quibus erat licitum, b & ludo licito, & veriſimiliter ex conditione ludi talis caſus euenire non debebat, nõ eſt irregularis, vt patet in c.lator, eo.titu. vbi clericus ludẽs cum clerico (quod licet) & nihilominus vnus ipſorum alterum accipiens & proſternens ad terram cultellũ ſibi infixit, & mortuus eſt, & tñ proſtratus non eſt irregularis, quia conditio ludi non erat proſternendi, & ideo non fuit in culpa, ſed proſternens. Si verò nõ cõſiderauit conditionẽ ludi, ex qua tale q̃d euenire poterat, erit irregularis, vt in c.continebatur, eo.titu. vbi volẽs equitare ſup ſociũ, c qui habebat falcem in latere, occiſus eſt, & ſocius eſt irregularis, quia cõditio ludi erat, vt qui tetigiſſet baculum alterius ſuper eum equitaret, & ideo debebat deponere falcẽ, ex quo ludi iſta erat ꝯditio, ſi tñ prohibuiſſet, nè eũ equitaret, tenet Pa.in d.c. ꝙ non eſſet irregularis. Hoſt. tñ & alij tenent, ꝙ etiam propter ludi cõditionem, quia potuit euenire; ſed Pa. opinio magis placet. poteſt tñ epiſcopus diſpenſare in caſu, quo efficitur irregularis, vt in ſubdiaconatus officio miniſtret, ſi ſubdiacon⁹ erat, vt in d.c.continebatur.

10 Quid de eo, qui dat poculum amatoriũ, d ex quo ſequitur homicidiũ, quãuis non intenderet? ℞. ꝙ homicida ẽ, & irregularis, vt no. Pa. in c.ſi aliquis, eo. tit. facit l. ſi quis aliquid. §.qui abortionis, ff. de pœnis. Ratio, quia dat operam rei illicitæ; ſecus ſi non ſequitur homicidiũ, puta qa fętus nondum erat formatus, quia licèt peccet mortaliter, quicunq; dat aliq̃d ad potandum vel ex libidine, e vel odio, f & hmõi, vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles concepta, vt patet in d. c.ſi aliquis, tamen irregularis non eſt, g vt ibi glo.

11 Quid de eo, qui inſequẽs alium, qui ex fuga cecidit, & mortu⁹ ẽ? ℞. ꝙ eſt homicida, ſi fugiẽs timebat de graui malo ſibi infligendo, niſi fugeret; ſecus, ſi de leui & cã ludi. vñ Pa. in c.exhibita, eo. dicit, ꝙ ſi quis ꝓijcit lapidẽ, vt aliũ percutiat, dummodo percuſſio nõ poſſit eſſe grauis, & alius, nè percutiatur, fugiẽs cadat; & occidatur, nõ erit irregularis, vel ſi proijceret lapidem a remotis, & alius timens fugeret, & corruens interiret, ſimiliter non eſt irregularis; ſecus, ſi vt grauiter percuteret, vel iactus potuiſſet grauẽ ꝑcuſſionẽ facere, niſi alius fugiſſet, qa tũc tenet̃ de homicidio, quia tũc noxius eſſet ludus ẽt in pueris. h

Quid

b Erat licitum] Licitũ eſt. n. aliquã ludere, vt fecit Iſaac. 32.q.4. recurrat. luſit ẽt Ioſeph cũ fratribus ſuis. 22.q.2. ꝙ ait Ioſeph.

c Super ſociũ] Iſte fuit laicus, ex quo no. doc. ſecundũ vnũ intellectũ, ludũ eẽ prohibitũ clericis factum, ſcilicet cum laicis.

d Poculum amatorium] Iſti grauiter puniũtur. De hoc Ioan. de Ana.conſil. 1. & Barba.con.27. faciũt enim aliqui quaſdã incantationes dãdo aliq̃d ad potandũ, ſiue comedẽdũ, vt mulier, vł vir inclinetur ad amorẽ, vñ, ſi ſeq̃tur mors etiam ꝑter intẽtionẽ, de homicidio tenẽtur d l. ſi quis aliq̃d. §. q abortionis, vbi dr̃, Qui abortionis, aut amatoriũ poculum darent, & ſi dolo non faciunt, quia mali exempli res eſt, ĩ metallũ damnantur, honeſtiores in inſulã amiſſa parte bonorũ relegãtur, q̃d ſi ex eo mulier, aut hõ perierit, ſummo ſupplicio afficiant̃, hæc ibi. De quo ẽt ĩ l. 3. §.1.ff.d̃ ſica. vbi ẽt qui dat, vt cõcipiat, pp malũ exẽplũ punit̃, ſi deceſſerit, licèt ñ vltio ſupplicio. Et ibi not. Bart.

f Vel odio] Vt puta ſi dat, vt ab inteſtato ſuccedat vel vt inſtituat̃ hæres ab illo, q̃ abſq; filio recedit, vel vt vxor ſterilis ſit inuiſa marito.

g Non eſt] Rõ, qa lex reqrit factũ, & nõ eſt irregularis, ſ idiſpẽſabiliter, qa põt diſpẽſari cũ eo; & ita cõcorda ſecundũ Pa. in d.c. ſi aliqs, gl iſtã, & in c. periculoſæ, de pœni. di. 1. q̃ dicit clericũ, qui voluit facer̃ homicidiũ, & nõ fecit, eẽ irregularẽ.

h Pueris] Et ſic ꝓcedat opi. In. ĩ d.c.exhibita, & vide Cępo. con. 13. vbi de fugato, q̃ cecidit ſup lapidem, & mortuus ẽ &c. Et vide ẽt eũdẽ conſ. 30. & 31. & Anc. con. 285. Nã ludus noxius eſt ĩ culpa. ff. ad legẽ Aqui. Nã ludus.



12 Quid de illo puero, quo veſicam porci inflatã violenter fragente, ex terræmotu mulier grauida ex paueſcit facta fugiẽs diſꝑſa eſt? ℞. ꝙ non eſt homicida, nec irregularis per doctrinam Pa. in d.c.exhibita quanuis Inn. Abb. & Vicẽ. videãtur ſentire, ꝙ tam in iſto, q̃ in pręcedenti imputetur ei homicidium. Sed mihi videt̃ durũ, nec text. in d.c. videtur velle, vnde non quælibet cauſa debet attendi, ſed propinqua ad hoc, vt ſit irregularis, facit ff. ad leg. Cor. de ſica. l. nihil intereſt, in gloſ. Non. n. quia faber faciat cultellũ, eſt homicida, ſi tamen animo nocendi facit, & minorem diligentiam adhibuit, tunc conſideratur cauſa remota ſecundùm Ber. in ca. decætero, & c. pręsbiterũ, de homic. vnde, cum quis percutit alium vulnere non mortifero, tamen ex imperitia medici, vel incuria, vel expoſitione ad labores, & ſudores ille moritur, non eſt irregularis ſecundùm Ber. in c.exhibita, de hom. in gl. in ver. corruens.

13 Quid de clerico, qui venando, vel ſe exercendo iaculum proiecit, & alium a caſu interfecit? ℞. ꝙ tenetur de homicidio, & eſt irregularis, ſiue adhibuerit diligentiam vel ne, quia dabat operam rei ſibi illicitę capitulo. hi qui arborem. l. diſt. facit in argu.

14 Quid de cuſtodientibus infirmos, qui ad eorũ petitionẽ dederũt eis vinũ, vel aliq̃d hmõi? ℞. ꝙ ſi certũ eſt eos mortuos pp hoc & ipſi hoc potuerũt præuidere ꝙ irregulares ſunt, nõ debẽt tñ facere ſibi hac conſciam, ꝙ pp hoc ſint mortui ſm Ro. q̃ñ bono aĩo id fecerũt, niſi ſit euidens culpa, vel diſſoluta negligẽtia. Et ſi hñt cõſciam, debent deponere ad conſiliũ boni viri, niſi ꝯ præceptũ medici expreſsè dediſſent, qa nõ excuſarent, vt no. in d.c. tua nos, de homi. idẽ dic de vertentib. infirmos, vnde vel apoſtema frangitur, vel anhelitus obturatur, & ſuffocantur.

15 Quid de parentibus, qui à caſu proprios filios occiderunt? ℞. ſi ex culpa graui, vel leui, tenentur de homicidio, vt patet in gl. c.ſi. de his q̃ fil. occi. Nã dat̃ eis ꝓ culpa graui pñia. 7. vel. 5. annorũ, pro leui trium. Si aũt nulla culpa præceſſit, non tenentur. No. tñ ſm Ho. & Pan. & alios doct. in d.c.ſi. ꝙ ſi culpa ſit occulta, ſiue grauis, vel leuis, non debet dari pœnitentia publica, contra quod faciunt multi, qui impoſuũt publicã pñiam, de qua ĩ c. ĩ capite. l. di. & malè, quia fieri non debet talis pœnitentia, niſi crimen adeo fuerit graue, ꝙ totam commouerit vrbẽ. vt in d.c. in capite. collocare tñ apud ſe filios tenellos parentes non debent, aliter ſunt in culpa. 2. q. 5. conſuluiſti, & eis imputatur homicidium, ſi ſequitur, niſi fortè ita pauperes eſſent, ꝙ non poſſent eos pannis fouere contra frigora, quia tunc tenẽdo apud ſe in lecto, ſi debitã faciunt diligentiam, in reliq̃s non tenent̃ aliqua culpa qa duob. malis cõcurrentibus minus eligitur. 13. di. nerui, & ideo, ſi eſt minus periculum collocare penes ſe, quàm aliter tenere, excuſantur.

16 Quid de tenentib. animalia, puta vrſum, vel leonẽ, quæ aliquẽ interfecerunt? ℞. ſi non fuerunt in aliqua culpa, non tenent̃ de homicidio, alias ſic, puta qa erãt ferocia, & nõ tenuerũt ligata, & hmõi, ar. c. q̃ a boẽ, & c. ſæpę. l. di. & quod not. in c. de occidẽdis. 23. q. 5. Et hoc tene, licèt Ho. in c. ad audientiam, de hom. videatur tenere, ꝙ nullo modo ſit irregularis, a niſi fuerit in materia, vel lata culpa, ar. l. 1. §. in beſtijs, ff. ſi quadrup. pau. fecit. dicatur.

17 Quid de illo, qui vocat milites ad defenſionem ſui iuris, ſi aliquis ibi occidat̃? ℞. non tenetur de homicidio, vt in d.c. de occidẽdis, & q. 3. eadẽ cauſa. c. Maximian⁹.

18 Quid de medico, cui præter voluntatẽ infirmus mortuus eſt in manibus, ſeu ſub cura? ℞. ſi iſta quatuor concurrant, non habet culpam. Primum, ꝙ illud officium ſibi conueniebat, quia non erat ei prohibitum exercere, ſicut eſt clericis, & religioſis chirurgiam, in ca. ſententiam, & cap. non magno, ne cle. vel mon. Secũdum, ſi erat peritus b in arte. Tertium, ſi exhibuit omnem

a Sit Irregularis] Vide Innoc. in c. ad audientiam, eo. titul. & Ro. in fin. fo. 17. & per gl. in l. 2. ff. ſi quadrũ. pau. fe. dic. & inſt. eo. ti. §. ſi & videtur potius quod ſic, præcipuè in dolo, vł lata culpa.

b Si erat perit⁹] Et ſic non ſufficit, ꝙ vocet ſe peritum, ſed debet eſſe re ipſa, & facit. l. illicitas. §. ſicuti, ff. de offi. præſi. ſicut dicimus de conſulẽte, qui ſi per imperitiam conſulat, & ſequatur ex conſilio ſententia, ſi conſilium fuit erroneũ, tenetur parti læſę vt l. Idem iuris. ff. ad l. Aq. hæc Pan. in d. c. tua nos.

diligentiam ſm artē. Quartum, ſi informauit de his, quæ ſunt contraria ægritudini infirmi. Nam iſtis ſeruatis non imputatur ei homicidium, ita no. Pa. in ca. tua nos, e. ti. aliàs tenetur, de æta. & qualitat. c. ad aures, vbi de hoc.

19 Quid de eo, qui impellitur in alium, & ille moritur, vel de eo, qui declinās eum, qui volebat percutere, percuſſus eſt alius ex tali declinatione, & occiſus? ℞ ſm Hug. in c. ſæpe. l. di. nō ē irregularis, nec homicida, niſi in fraudē fecerit.

20 Quis de eo qui mandauit aliquem verberari inhibēdo, nè interficiat, vel mutilet? ℞. ſi mandatarius interficit, vel mutilat, ſeu interficitur, vel mutilatur ꝑꝑ talem percusſionē faciendam, homicida iudicatur mandator, qa mandando in culpa fuit, c. is qui, eo. ti. li. 6. qn̄ veriſimiliter hoc poſſe euenire debuit cogitare ibi. Idē dic de eo, q̄ mandat aliquē capi, qn̄ veriſimiliter [a] mors poterat cōtingere. & hoc quò ad eū, q̄ iuſtè & ex officio mandat. Secus in alijs, quia qualitercunq; mors ſequatur, irregulares sūt, quãuis veriſimiliter non debebat euenire.

21 Quid de illo, qui volenti fugere inimicos ꝑꝑ timorem conſuluit, vt remaneret, & pacē procuraret ꝑꝑ ꝙ remanſit, & occiſus eſt? ℞. non tenetur, qn̄ bono animo fecit, habens probabilem cauſam credendi, ꝙ ex remanſione non imminerer periculū, puta, quia inimici erant eius cōſanguinei, vel tales amici, ꝙ eos poterat cohibere, ſecus eſſet, ſi non habuit probabilem cauſam credendi, vel ſi habuit, non tamen fecit, quantùm potuit, quia ſic imputaretur ei homicidium, vt in capitulo tua nos, eodem.

22 Quid de eo, qui miſit puerū ad aquādum equum, monens, vt caueret a flumine, q̄ ſubmerſus eſt? ℞. ſi rōnabiliter poterat dubitari, eſt irregularis, aliter non. [b]

23 Quid de illo, qui cum corrigia, q̄ habebat gladium, verberans famulum interfecit? ℞. ꝙ eſt irregularis, qa probabiliter debebat credere occaſionem non remouēdo gladiū. c. ad audientiam, eo. ti. & c. præsbyterum, de quo infra, irregularitas. §. 6.

24 Quid de illo, qui interrogatus de maleſactore, ipſum eis oſtendit? ℞. ſi probabiliter potuit cogitare, ꝙ ad mortem eū quærerent, eſt irregularis, aliàs non. de hoc etiā habes infra, irregularitas. §. 14. Et ibi vide multos caſus.

HOMICIDIVM. 3. committitur, neceſſitate, [c] ſ. defenſionis, quæ quando & quomodo liceat, vide ſupra, defenſio.

1 Quid ſi violentia infertur rebus ſolū, Vtrum occidens [d] pro ipſis ſaluandis excuſetur? ℞. Pan. in c. ſignificaſti, el. 2. eo. ꝙ non clericus, nec etiā pro ipſis recuperandis, vt in c. ſuſcepimus, eo. Si verò eſt laic⁹, de iure ciuili eſt clarum, ꝙ poteſt impunè occidere, ſi aliter ſaluare [e] nō poterat eas, vt in l. furem, ff. de ſica. & in l. itaque, ff ad l. Aqui. & hoc habebit locum in omni foro contentioſo ſœculari. Sed quò ad irregularitatem tam clericus, quàm laicus occidens, vel mutilans pro ipſis ſaluandis erit irregularis, vt patet in capitul. ſuſcepimus, eod. Not. gloſſ. 2. 23. quæſti. 3. in principio. An autem peccet mortaliter occidē do pro rebus ſaluādis, dic vt ſupra, Defenſio. §. 2.

2 Quid ſi violentia infertur perſonæ ſolū, vel perſonæ, & rebus ſimul? ℞. Pa. in d. c. ſignificaſti, ꝙ aut poteſt euitare fugiēdo aggreſſorem, & ſic clericus tenetur fugere [e] per d. c. ſuſcepim⁹, in laico verò Bart. in l. 1. C. vnde vi, vr̄ tenere, [f] ꝙ non tenet̄ fugere, quia fuga eſt iniuria, vt l. itē apud Labeonem. § 1. ff. de iniur. & dicit Cin. in l. ſi ex plagijs. § tabernarius, ff. ad l. Aquil. ꝙ fuga reddit fugientem viliorem. Ergo ſicut licèt pro iactura rerum, multò magis ꝓ iniuria corporali, quæ eſt maior iniuria. l. in ſeruorum, in fi. ff. de pœnis. Tu dic ꝙ ſiue in clerico, ſiue in laico, ſi poteſt fugere, nō licet occidere, vel mutilare aliter incidit in pœnam irregularitatis ſm Rain. & Ber. Go. tn̄ tenet, ꝙ poſt peractam pœnitētiā poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtra-

re

a Quando veriſimiliter] Vide ſupra, homicidium. 1. §. 11. vbi videtur contra &c. Loquitur eñ ib de cōſulēte.

b Aliter non] Hæc Hoſt. eo. ti. §. qua pęna, ver. qd, de p̄sbitero.

c Trid. Sin. ſeſſ. 14. c. 7. d̄ re. P. V.

d Occidē:] Nunquid liceat mulilare, vel percutere pro ſaluādis reb⁹, vide ſupra, defenſio. §. 2. & excōmunicatio. 5. §. 13.

e Aliter ſaluare] Vide Cæpo. ꝯſ 40. & 46. & 52.

f Tenetur fugere] Vide Ale. cō. 77. & 129. 1. par.

g Videtur tenere] Iſta opini. eſt fortè de iure verior præiu. Pan. ibid. in d. c. ſignificaſti, ſed alia ſecurior.



re ſine diſpenſatione, ſed non aſcendere ad maiores & ita intelligit. c. de his clericis. l diſ. Si verò aliter nō poteſt fugere, nec euadere, niſi mutilet, vel occidat, ſic licitè tam clericus, quā laicus occidit, vel mutilat, & ſine oī pœna irregularitatis, vt in cle. vnica, eo. & ſine omni peccato ita, ꝙ ſtatim præsbiter poſſet celebrare ſecundū Io de Lign. tractatu de iuſto bello. Facit c. olim, el 1. de reſt. ſpo. dummodo nō facit animo vlciſcendi. Facit pro hoc capitu. 2. eod.

3 Quid ſi interfecit pro defenſione ꝑſonæ alterius, quā aliter non poterat ſaluare? ℞. ꝙ licèt hoc poſſit ſine oī pctō, qn̄ volebat iniuſtè talē perſonam interimer̄, tn̄ irregularis efficit̄, [a] vt no ī d. c. cle. vnica e vide s̄. cler. 10. §. vl.

HOMICIDIVM 4. ſ. ſpūale, cōmittitur in anima ſolū, multis modis. Primò p̄latus non arguēs. 43. di. Epheſijs. Secūdò adducens ſubditos in deſperationē ꝑꝑ auſteritatē. 45. di. recedite. Tertiò q̄cunq; defraudet res eccleſię. 12. q. 2. q̄ Chriſti, & c. q̄ abſtulerit. Quartò non ſoluēs legata defunctorū. 13. q 2. q̄ oblationes, cū duob. c. ſe. & dn̄r mēbra diaboli. 12. q. 2. cū deuotisſimā. Quintò de reb. alienis faciēs eleemoſinas. 14. q. 4. imolās. 16. q. 1. decimæ. Sextò alios ad malū ꝓuocans, de conſe. diſt. 4. quæris, ver. veruntamen rectè dn̄r, de poe. di. 1. noli. Septimò decimas debitas nō ſoluendo. d. c. decimæ. Octauò prouocans ad iuramentū, quē ſcit falsè iuraturum. 22. q. ille. vincit. n. homicidam iſte. Nonò odium alteri gerendo de pœ. di. 1. homicidiorū, 1. lo. 3. Decimò alteri detrahendo. d. c. homicidiorum, & 6. q. 1. ſum. iniquitas. Vndecimò morienti pecuniam negando. 16 q. 6. agnouimus. Duodecimò de ſe malā ſuſpitionē dando. 21. q. 3. non ſunt audiendi. Tertiodecimò oppresſionem, vel iniuſtitiā, aut iniquitatē exercendo, de pœ. diſ. 1. omnis. Quartodecimò cauſa libidinis explendę, vel odij meditatione, homini, vel mulieri aliquid faciendo, vel ad potādum dando vt non poſſit generare, aut concipere, vt in c. ſi aliquid, de homicidio.

HOMICIDIVM. 5. quò ad [b] pœnam. ſ. irregularitatis, & alijs de iure canonico. Vtrū omnis homicida ſit irregularis? ℞ ꝙ ſic quilibet, qui occidit poſt baptiſmum per induſtriā, [c] & per inſidias, vt no. Pa. in c. 1. de homicidio, & ibi patet ex tex. & ēt eſt irregularis [d] oīs homicida voluntariè occidens ſiue ex iuſtitia, [e] ſiue legis aut canonis permisſione, ſiue ex vindicta, ſiue ſine peccato, ſiue cū peccato, ſolū modo excipitur ille, qui occidit non valēs aliter euadere, & hoc intelligo, ſi hēt occidens vſum rōnis, quia oīs furioſus, infans, & dormiens, ſi occidunt, non ſunt irregulares, Cle. vnica, e. ti. Vnde iudex, quātuncūque ex iuſtitia procedit, eſt irregularis. 51. diſt. aliquantos, & accuſator, aut teſtis, vel etiam notarius ſententiam ſcribēs, vel proferens, aut atteſtationes ſcribens, vel legens, dū publicant̄, Aduocatus, intelligo ꝯ reū, vel ēt pro reo, ſi mors infligatur accuſatori, aſſeſſor, & quilibet ali⁹ officialis in cā mortis, vel mutilationis mēbri irregularis eſt, vt no. in d. c. aliquantos, in glo. & per totum extra, nè cle. vel mo. ſententiam. Et non ſolùm qn̄ quis interficit, vel mutilat ꝑ ſe, ſed ēt ex mandato, conſilio, defenſione, permisſione, cooperatione, aīatione, auxiliatiōe, ſm quod s̄. in 1. c. huius tituli declaratū eſt, fore homicidas, ſolùm excipio quò ad irregularitatem eū, qui nō obuiat, cū posſit, quia licèt ſit homicida, ſecundū qd̄ dixi s̄. non tamen, credo, erit irregularis, niſi ſm quod ſupra dixi, Homicidium. 1. §. 17. quia lex promotionis factū requirit. 15. quæſtio. 1. ſi quis non iratus. Et pro his omnibus facit capitulum, ſicut dignum, eodem titulo, etiam ſi occiſus, vel mutilatus ſit paganus. l. diſt. clericum. Homicida verò caſualis in caſu, in quo ei imputatur, ſimiliter irregularis eſt, aliàs nō. Et qui ſunt, dictum eſt in 2. ca. huius tituli. Homicida ſimiliter ex neceſſitate, niſi pro euaſione ſuę perſonæ, vt dictum eſt c. 3. huius ti. homicida verò ſpiritualis nullo modo irregularis efficitur, per baptiſ-

a Irregularis efficitur] Hoc tenuit glo 2. 23. q. 8. in ſumma ſub dubio fortè, ſed vide ſupra defenſio. §. 3.

b De homicidij pœna, & diſpenſatione. Sinod. Tri. ſeſ. 14. ca. 7. de ref. P. V.

c Per induſtriā] Hic induſtria capitur in malam partem. Et illud verbum per inſidias d̄clarat ver. per induſtriam ſecundùm Pa. in d. cap. 1.

d Irregularis] Hæc aūt irregularitas prouenit de iure diuino ſecundùm Pan.

e Siue ex iuſtitia] Et hæc prouenit de iure poſitiuo ſm Pan.

mum etiam tollitur irregularitas homicidij ante commiſſi, vt ſupra. Baptiſmus. 7. §. 3.

1 Vtrum cum homicida volũtario [a] ſolus Papa poſſit diſpenſare? ℞. ſm communiter doc. in ca. ſicut dignum, eo. tit. ꝙ ſic, quanuis gl. [b] in ver. conſilium, ver. & cum tali, tenuerit, ꝙ nec etiã Papa poſſit. Sed tu tene cum communiter doct. ꝙ põt, imo dicit Pa. ĩ c. ego N. in fi. de iureiurã. ꝙ clerici põt vti armis ẽt offenſibilibus de licentia Papæ, [c] quia ſolũ eſt prohibitũ de iure poſitiuo, ſed inferior nemo poteſt diſpenſare, q̃tuncunque ẽt ſit occultus. c. vlt. de tẽpo. ord. Vincent. tamen tenet, ꝙ ſi omnino occultũ eſt, & egit pœnitẽtiam, ꝙ non indiget diſpenſatione, q͛a eccleſiæ non eſt obnoxius, quia peccatũ occultum. 32. q. 5. Chriſtiana, nec deo propter pœnitentiam, qua ei ſatisfecit, & iõ celebrare põt, & vti ordinibus ſine alta diſpenſatione. Lau. verò & Ioann. concordant cum Vincen. ſi modò diſpenſatio epi interuenit. d. Ant. verò in c. ex tenore, de tempo. ordi. tenet, ꝙ ſi eſt omnino [d] occultum, prout occultum diſtinguit contra probabile. (i. q͛a probari non poteſt) ſic reſpiciẽdo legẽ promotionis [e] publicam ſic non indiget, ſed ſi aſpiciamus ad legem conſcientiæ informatam ex lege poſitiua, ſic indiget diſpenſatione, quod intelligo de diſpenſatione non Papali, ſed epiſcopali, vt ſatisfaciat conſcientiæ, & ad c. fi. de tempo. ordi. quod videt̃ contrarium, Reſpondetur, ꝙ loquitur de diſpenſatione non Papali, ſed epiſcopi quæ eſt neceſſaria, vt tenet Lau. & Io. & ſequitur Arc. I. di. de his, & videtur tenere etiam Pa. nè quis conſtituat ſe iudicem in cauſa ꝓpria exiſtimando omnino occultũ, qđ fortè non eſt, qđ no. quia facit ad multa.

2 Vtrum cum homicida caſuali, q͛ eſt in culpa, inferior a Papa poſſit diſpenſare? ℞. Pa. in c. continebat̃, e. ti. ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare in minoribus ſolum, vt in c. ad andiẽtiam, eo. ti. archiepiſcopus, verò vt commiſſarius Papæ põt in ſubdiaconatu verò, vel præſbiteratu ſolus Papa diſpenſat, vt in dict. c. continebatur.

3 Vtrum mutilatio membrorũ extra caſum infirmitatis pariſicet̃ quò ad peccatũ mortale, & quò ad irregularitatem, & eius diſpẽſationẽ homicidio? ℞. glo. ſingularis in cle. vnica. e. ti. ꝙ ſic facit. c. aliquãtos. I. i. di. cũ multis alijs ibi. & c. clericis, nè cle. vel mo. & ca. in archiepiſcopatu, de rap. c. is q de homi. lib. 6. & alijs allegatis. in d. gl. in ver. mutilet.

4 Vtrum epiſcopus poſſit diſpenſare cũ homicida circa beneficium? ℞. ſecundùm Hoſt. ꝙ circa ſimplex poteſt, ſed circa curatum non, ſed ſolus Papa; arg. c. ad ſupplicationem, de renunciatio. Not. Pa. in ca. fin. [f] de cle. pugnan. in duel.

a Vide Trid. Sin. ſeſ. 24. c. 6. de ref. P. V.

b Quanuis gl.] Hæc gloſſa habet pro ſe bonam rationem, quia irregularitas cauſata ex homicidio vr̃ de iure diuino, iuxta illud dominicum ad Dauid, Nõ ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinarius es, de conſ. diſt. 1. in princi. 1. q. 7. ſi q̃s omnem. Sed Papa non diſpenſat contra ius diuinũ. 25. q. 1. ca. ſunt quidam ergo &c. Sed dicũt doctores, ꝙ hoc debet intelligi quo ad difficultatẽ, q͛a de facili non diſpenſatur cum talibus, niſi fortaſſe aliqua neceſſitas, vel vtilitas ſuadeat, per Pa. in d. cap. Ego. n. de poteſtate Papæ, vide in c. propoſuit, de conceſ. præb.

c De licẽtia Papæ] Nõ deberet tamen facere niſi ex magna cauſa, vt ibi per eũ.

d Si eſt omnino] Dicẽdũ in hoc caſu, ꝙ ſi quis eſt irregularis occultè, non poteſt epĩſcopus diſpenſare. Secus, ſi poſt ordinẽ incurriſſet, & eſſet ſcandalum, & procedet opinio hic poſita, ꝙ epiſcopus poſſit.

e Legem promotionis] Scias, ꝙ ĩ promotiõe ad ordines dupliciter lex conſideratur. Prima lex conſcientiæ. Secũda lex iudicialis. Prima poteſt dupliciter informari, primò ex l. Dei, & tũc nullum crimen peracta pœnitentia impedit a promotione, quia omne peccatum pœnitentia deletur ſecundũ Inn. in d. c. ex tenore, & in cap. niſi. §. propter conſcientiam, de renun. Vnde dicimus omnes irregularitates eſſe de iure poſitiuo ſecundùm eum. Item ſecundò poteſt informari a l. poſitiua, vnde poſtquam pœnitentiæ arbitrariæ fuerunt, pœnitentia non commenſurabatur peccati grauitati, ideo non reputabant̃ peccata grauia, prout erãt a peccatoribus, ideo ſtatutum eſt, ꝙ in lege ꝓmotionis. ſ. in ſuſceptis vel ſuſcipiendis ordinib⁹ ſint impedimenta. Secũda eſt lex iudicij quæ eſt a iure poſitiuo, ſicut præcedens, ſed differunt, quia lex cõſcientiæ quieſcic in ſolo fine ĩpellendi, & ſtimulãdi conſcientiam ad abſtinendum a miniſterio ordinis ſuſcepti, vel ſuſcipiendi. hæc autem, iudicij præciſè cõpellit, quæ informatur probationibus extrinſecis. Prima ãũt informat̃ notitia priuata, per quã cõſciẽtia certificat̃, hæc d. Ant. in d. c. ex tenore, in. 4. column.

f No. Pa. in cap. fi.] Ibi dicit hãc diſpenſationem eſſe gratioſam ꝑ tex. in fi. ibi, miſericorditer, & de hoc vide Pa. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, de iudic.

Quid



5 Quid ſi nõ mutilat, ſed debilitat, an ſit irregularis? Reſpon. Pan. in c. de diacono, qui cle. vel vo. quòd nõ arg. 1. q. 1. ſicut vrgeri, quia licèt membrum debilitatũ ſit quaſi inutile quò ad operationem, tamen valet ſaltẽ ad decorem, & in pœnis facienda eſt mitior interpretatio. concor. Gaſpar. Cald. in d. c. de diacono. In cõtrarium tamen facit, qđ not. Ci. [a] in aut. ſed nouo, C. de ſeruis fug. Vnde Bar. in l. 2. ff. de publi. iudic. in fi. dicit, ꝙ mutilatio propriè eſt, qñ membrum læditur, ita, ꝙ non poteſt exercere ſuum officium. Hoc probatur in l. idem Ophilius. in princi. ff. de ædil. edic. Truncatio verò eſt, quando ex toto abſcinditur membrũ d. Cle. vnica. Non dicit trũcat, ſed mutilat. Et ideo intellige, ꝙ non eſt irregularis, quando quis non debilitat ex toto, ſed quando ex toto ita, ꝙ nihil poteſt facere, ſic teneo, ꝙ ſic irregularis ꝑ d. Cle. vnicam, & c. quicũque percuti. 23. q. vltima.

6 Vtrum trũcatio, vel mutilatio digiti ĩducat irregularitatem? ℞. domi. Cardi. in Cle. prædicta decima q. ꝙ non, ſed cum ſit in principalibus membris ſecundùm Lau. alleg. c. 1. de clerico pug. in duel. quod loquitur de mẽbro. Pro quo no. ꝙ mẽbrũ propriè ſumptum, & ſtrictè eſt ſm Bar. & Io. de Imol. in l. 2. circa fi. ff. de publi. iud. pars corporis [b] habens officiũ ſeparatum & diſtinctum, ſicut manus ad palpan. & pes ad ambulan. facit. capitul. ſingula. 89. diſt. iuncta glo. Facit tex. in d. cap. ſicut vrgeri videor, & in aut. prędicta, ſed nouo iure. Digitus autem non eſt propriè mẽbrum, ſed pars membri, [c] ſeu officium membri, vt in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hominum, & d. l. idem Ophilius. Et ideo optimè tenendum, non eſſe irregularem talem truncatorem, vel mutilatorem.

7 Qua pœna punitur pater, qui occidit filium, vel filius, qui occidit patrem? Reſ. Pa. in c. 1. de his, q fil. occi. ſm leges ponatur in ſacco de corio cum cane [d] ſimia, vipera, & gallo, & ſic proijciatur in flumine. Si non habetur, portatur in inſulam a feris deuorandus. l. vnica, C. de his q pa. vel fi. occ. & l. pe. ff. ad l. Pomp. de paricidijs. [e]

8 Qua pœna puniunt̃ alij homicidæ? clericus debet deponi, & ſine alia incorribilitate tradi curiæ ſœculari [f] hoc intellige, quando volunntariè occidit, Si verò a caſu, tũc gl. in c. fin. [g] de illis qui fi. occid. dicit, ꝙ ſi caſu, nulla culpa pręcedente ſic nulla pœnitentia imponitur, niſi fortè ad cautelam, quia bonarum mentium eſt culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt, capitu. conſilium. §. 2. de obſerua. ieiu. 5. diſt. an eius. Si verò culpa præcedente, dic vt ſupra, homicidium. 2. §. 15.

9 Ad quid tenentur homicidæ, vide infra, reſtitutio, primo. in ver. homicida.

a Quod no. Cy.] Vbi etiam Bal. tractat, ſi pro delicto ſit pœna manus, & illa ſit inutilis, an debeat amputari.

b Pars corporis.] Vide Pa. in d. c. 1. qui cleri. vel vouen. & in cap. Ego enim, de iureiurand.

c Sed pars membri] Largè tamẽ dicitur mẽbrũ, ſicut quilibet lapis eſt pars domus. Dens tamẽ non eſt membrũ ſecundùm Bartoluni vbi ſupra.

d Cum cane] Ponuntur iſta tria animalia ad maiorem pœnam, quia canis naturaliter fugit ſimiam, & ſimia gallum, gall⁹ viperam, & cum vipera nõ inueniat refugium, intrat corpus illius, & ĩponitur iſta pœna, vt ſic viu⁹ careat vſu omniũ alimentorum, vt ſupſtiti deſit cœlũ, & mortuo terra, de iure autem canonico nõ imponitur iſta pœna, vt in capi. ſententiam, nè cle. vel mona.

e L. Pomp. de paric.] Vide infra, paricida, & quæ ibi ſcribo, & nota contra matres occidentes filios ex illicito coitu conceptos.

f Vide ſ. in prin. qui Iti. tu. P. V.

g Curiæ ſœculari] Quando homicidiũ non eſt qualificatũ, clericus deponitur in c. cum nõ ab homine. Et quod ibi notat Pan. de iudi. Sed in qualificato, vt i eo, qui fecit eum interfici per aſſaſſinum, eccleſia imponit magnam, & grauiſſimã pœnam. Vnde diffidit cum cum bonis ſuis, vnde impunè poteſt occidi c. 1. eo. ti. li. 6. vnde conclude, ꝙ ſi eſt laicus, qui, commiſit tale crimen, ſuppoſitus eſt temporali iuriſditioni eccleſiæ, & tunc eccleſiaſticus mandabit iuſtitiam facere, vt in c. fin. nè clerici, vel monachi, libr. 6. Et talis punitur pœna legali, quia de iure canonico non reperitur talibus appoſita, ideo recurrẽdum eſt ad ius ciuile. c. 1. de oper. no. nuncia. Aut eſt clericus, & tunc etiã exiſtimo, ꝙ deponi debeat, & ſine alia incorrigibilitate tradi curiæ ſœculari. Nam ſi pro ſimplici homicidro ſit depoſitio, & detruſio in monaſterium, vt in capitu. cum non ab homine, de iudici. iuncto capi. tuæ, de pœnis, debet ꝑ iſto qualificato imponi gauior pœna, ſed grauior non inuenitur, ergo, cum non habent eccleſia, q͛d vltra faciat, relinquit eum iudici ſœculari. Hæc Panor. in c. 1. de his qui fi. occide.

g Tunc gl. in ca. fi.] Loquitur de parẽtibus opprimentibus filios in lecto. &c. Et ad hoc facit. ca. quæſitum, de pœni. & remiſ. &c.



Homo

HOmo conſtituitur ex anima, & corpore;altero iſtorum deficiente nõ eſt homo, vt patet ex.c.cũ Chriſtus, de hęre. & in c. quandam de cele. miſ. in capit. ſicut. 2.de homicid.

1 Vtrũ liber homo poſſit dari in pignus, & in ſubſidium aliarum rerũ deficiẽtium? ℞.ꝙ non. Facit.c.lator,de pigno.imò perdit recipiens eũ in pignus debitũ, & tãtundem de ſuo dare tenetur detẽto, vel eius parentibus, vt no.gl.in ca. ex reſcripto, de iureiur.& C.de act.& obli.aur.omnino.Vbi dicit,ꝙ tantundẽ reſtituat;rario, quia illa quæ non ſunt in noſtro commertio, obligari nõ poſſunt.l.1. §.eã re, ff.quę res pign.Sed liber homo nõ eſt dñs membrorũ ſuorũ. l. liber hõ, la prima. ff. ad l. Aquil. Et iõ pulchrè dixit Bal.in l. 2.C. de patribus,q fi.diſtra.ꝙ illa.l. 2.habuit ortũ à legi.antiq́s,ſm quas pater poterat occidere filios.l.in ſuis, in fi.ff.de libe.& poſt. quę hodie eſt correcta. Et ideò ſolũ ꝑmittitur venditio cauſa paupertatis,ſeu egeſtatis victus, quia filius ſic vẽditus poteſt ſe redimere ꝓciũ offerẽdo ipſe vel alius pro eo,vel mãcipiũ, vt in d.l. 2.

2 Vtrum liber, hõ poſsit dari in obſidẽ? ℞.ꝙ de iure non põt, niſi ꝑ papã, & imperatorem, vt not.in l.obſides,ff.de teſt. & l.diuus,ff.de iure fiſci, & per eum,qui non recognoſcit ſuperiorem, vt no.Bar.in l.famem,ff.de publi.iudi.& in l.hoſtes, ff. de capti.& in l. 1.§.de qua, [a] ff.de poſtul. Tñ conſuetudine vſurpatũ eſt contrariũ, ſm gl.in l. 2. C. de patribus, qui fi.diſtra. Et ſic de facto ſeruatur, vt etiam ciuitas, quę nec ognoſcit ſuperiorẽ;det obſides, & alij ſimiles,& hẽt talis ꝯſuetudo vim legis. l.de quib.de legi.imo vr̃ licere de iure cõidare obſides pro pace ſeruanda [b] ſm glo. in ver.obſides,in c.vt pridem. 23.q.8. ſed non pro pecunia, vt in d.c.ex reſcripto, & d.l. 1.§.eam rem, quæ res pigno. &c. quia liber homo non poteſt obligari,pro pignore nõ poteſt haberi in eo ius pignoris, ſed tantùm ius retentionis, vt dicit.d.glo.

HOnestas requiritur in omni negotio,quia eſt vnum præceptũ iuris, Inſti.de iuſti.& iu.§.iuris ꝓcepta sũt hæc, honeſtè viuere,&c.In matrimonijs,ff.de ritu nup.l.ſemp, in ꝯiunctionib⁹ nõ ſolũ qđ liceat, conſiderandũ eſt,ſ.de iure ſtricto, ſed & qđ honeſtũ ſit,ſ.de æq́tate. hęc ibi. In lege diſ.4.erit aũt,in voto.c.magnæ,de voto.In iuramento.22.q.5.de forma. nec fiſco rem,quam vendit retractare ꝑmittitur ꝑꝑ honeſtatẽ.l.vlt.C.nè fiſc⁹ rem, quã ven.euin.li. 10. Nec actio furti datur viro ꝯ̈ vxorẽ,nec patri ꝯ̈ filium, vel econtrario ꝑꝑ honeſtatẽ,ff.de furtis.l.ſi q̄s vxori, [c] in prin.& §.1.C.de fur.l.fi. Nec arrogato, [d] l.nec ei.§.pe.ff.de ado.ꝓpterea dicit tex.in l.ex damni infecti,in prin.ff.de dam.infec. honeſtus modus ſeruãdus eſt,& nõ immoderata cuiuſq; luxuria ſequenda eſt,ꝓpterea dicitur in l.filius qui,ff.de condi.inſti. nam quæ facta lædunt pietatem,exiſtimationem,verecundiã noſtram,& vt generaliter dixerim,quæ ꝯ̈ bonos mores fiũt, nec nos facere poſſe credendum eſt.hæc ibi.

HOnor [e] eſt maximũ exteriorũ bonorum,vnde potentatus,& diuitiæ ꝑꝑ honores deſiderabilia ſunt, 4. Ethic.

1 Cui debetur [f] honor? ℞.ꝙ ſolùm virtuti ſecundùm philo.4.Ethi.

2 An ſit honor [g] præferendus vtilitati? [h] Reſp.ꝙ ſic,ar.in l.Iul ff.ſi quis ob cauſa.te.

3 Vtrũ poſsit appeti honor ſine peccato? Reſp.ꝙ non.Vnde phil. 2.ethic.dicit,ꝙ nõ ſunt verè forte, qui propter honores faciunt fortia.Nec ob.ꝙ honor eſt prẹmium virtutis.4.ethic.& propterea ſit appetibilis,quia illud eſt verum, quod eſt prẹmiũ virtutis ex parte aliorum, qui ſcilicet non habent maius,quod retribuant.propterea dicit idem Phi. ibidẽ, ꝙ honor eſt propter virtutem, non virtus propter honorem. Nec ob.quod idem phi.dicit,ꝙ honorum amator

[a] L.1.§.de qua] Bar.ibi in fi.tractat de his, qui pñt famam reſtituere, & an ciuitates, ex quo hoc vr̃ principi reſeruatũ.Sed de obſidib.nihil. in l.verò hoſtes,tractat đ bellis,&c.

[b] Seruãda] vide Pa. in d.c. ex reſcripto. 2. col.2. verſi. vnde cum quęritur.

[c] Vxori] Vide ibi optimam gl. in verbo furti.

[d] Nec arrogato] Quia pauperiori ꝯceditur arrogare diuitẽ,ſi ſit affectio honeſta, vt hr̃ in d.§. pe. & ibi glo.in ver. ſobrietas, dicit ꝙ grauitas, & boni mores pl⁹ ad fidẽ attenduntur,q̃ facultates. l. ſcire oportet, i §.pe.ff.de tu.& cur.dat.ab his.

[e] Honorare quã vim habeat,Cat. in ꝓcep. Honora patrem.c.2.P.V.

[f] Qui honorãdi, eod. & c.1. & q.bus officijs, ibi. Deus in primis,ĩ præcep.Nõ aſſumes. P. V.

[g] Di.Ambro.de officijs li. 3.P.V.

[h] Vtilitati]vide aliqua Inſtit. de iu.natu.in §. ius aũt gentium, ſuper.gl.in ver.humano, ver. q̃ro, vltra tamẽ doc.



amator plus,quã oportet; vel vñ nõ oportet,vitupera bilis eſt. Ergo ſine peccato aliqñ ꝑt apperi,q̄a cõcedo, qñ non ꝑꝑ ſeipſum appetitur,ſed ad gloriam, & laudẽ Dei,vel ſalutẽ animarũ, aliàs ſemper peccatum eſt.

4 Vtrũ ſit mortale pctm̃ inordinatus appetitus honoris? ℞.ꝙ ſic,ſm ꝙ ambitio eſt mortale peccatum, de quo vide,Ambitio alias nõ.

5 Vtrũ oblat⁹ honor ſit ſuſcipiẽdus? ℞.ꝙ non niſi ſm ꝙ dr̃. 1.q.1.nõ eſt,ĩ fi. Quiſquis igr̃ ſacerdotiũ non ad elationis pompã,ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat, prius vires ſuas cũ eo, qđ eſt ſubitur⁹,onere,metiat̃, vt ſi eſt ĩpar,abſtineat & ad id cum metu etiam, cui ſe ſufficere exiſtimat, accedat, hæc Gregorius.

6 Vtrum quærenti ſit dandus? ℞.ꝙ non,imò auferẽdus,vt 1.q.6.c.ſicut his. Fugiẽti verò eſt dandus,ibid. & 8.q.1.in ſcripturis. [b]

7 Vtrũ doctor, q in docendo principaliter quęrit ſuũ honorẽ,peccet mortaliter? ℞.Henri.de Ganda.1.quolibet.q.34. ꝙ qui vtitur aliquo principaliter,ad quod non ordinat̃,in quo Deũ ꝯtẽnit,peccat mortaliter, & ſic concludit, ꝙ doctor, q principaliter quærit honorẽ ſuũ in docendo,& ſic prę fert honorẽ ſuum honori diuino, peccat mortaliter, q̄a,vt dicit Aug.li.1.de doctrina, Chriſtiana ad fidẽ, ſpẽ,& charitatem tota militat diuina ſcriptura, q̃ principaliter ordinat̃ ad honorẽ Dei. In quo Deus contẽnit̃,ſi principaliter ad alterius honorẽ ordinetur.Sed ſanè intellige,& limita verũ,qñ legit aliq̄d, quod eſt principaliter ordinatũ ad honorẽ Dei, vt cũ ꝑdicat, & hm̃õi,q̄a ſecus credo,qñ legit aliquid, quod non eſt principaliter ad honorem Dei,vt ſunt leges,& multæ ſcĩę,q̃ ad pacẽ hominũ, & vtilitatem principaliter ordinant̃,q̄a tũc non contemnitur Deus. Et ſic non erit mortale pctm̃. Et de hoc vide,vana gloria.

HOra canonica (ꝓut hic accipio) eſt officiũ diuinũ certa hora diei naturalis deo ꝑſoluendũ ab eccleſiaſticis ꝑſonis.

1 Quot ſunt horæ [b] canonicę? ℞.ſm gl. [c] in Clem.1.de cel.miſ.quod ſunt. 7.ſcilicet matutinum,prima,tertia, ſexta, nona, veſperę,& completorium.

2 A quibus debent dici? ℞. quòd ab omnibus eccleſiaſticis perſonis, facit ca.fin.92. diſt.vbi gloſ.1.

3 Vtrum omnes eccleſiaſtici teneãtur de præcepto ad omnes horas canonicas dicẽdas? ℞. ſm gl.in d.c.fi. ꝙ ſic. & eam videt̃ ſequi Inn.in c.1.de cel.miſ.ſed doc. cõiter in d.c.1. dicunt,ꝙ non omnes tenẽtur.Sed ſolũ triplex genus eccleſiaſticorum.Primũ genus eſt illorũ,qui ſunt beneficiati, [d] hoc patet ꝑ d.c.fi.vbi dicit, eccleſię deputati, ſ.per beneficium, & ſic ſoluitur opinio gl. prædicti.c.fi.Facit capitulum, cum ſecundùm,de præb.vbi qui altari ſeruit. Secundùm genus ſunt exiſtentes in ſacris, licèt non ſint beneficiati, probatur per d.c.primum,& in c.dolentes,eodem tit.& quod ibi Inn.& quanuis Pan.in d.c. 1. dicat eſſe tutius, ꝙ etiam exiſtentes in minoribus, quanuis non ſint beneficiati teneantur, ex quo in partem domini ſunt aſſumpti, tamen ego non credo,niſi de bono cõſilio. [d] Tertium genus eſt illorũ,qui per profeſsionem,vel votum ad id faciendum ſe obligauerunt,c.licèt,de voto.

4 Vtrũ clericus beneficiatus exiſtens in minoribus,cũ eſt abſens ex cauſa legitima, & deſeruit eccleſiæ per vicariũ, teneatur ad horas canonicas? Reſp. ſecundùm Panormita.in d.cap.1.quòd ſic.& hoc eſt de mente Innoc.in d.c.1.Ioann.And. & eſt tutius,

[a] In ſcripturis] Vide ibi bonam gl.ĩ ver.fugiẽtib.

[b] Hæ horæ etiã tꝑe Di.Hier.erãt in vſu,de q̄b.ipſe ſcribit in epi. ad lætã de inſtit. fil.ad Euſt.đ cu. vir.ad Demetriadẽ de vir.ſer.& ĩ epitap.Paulæ ad Euſtochiũ. Nup adhuc in lucem prodierũt autores antiqui ea de re.Nicep. hiſt.li. xij.c.47.De earũ antiquiſſima inſ. idem libr.13.capit.8. P.V.

[c] Secundùm gl.] Eſt ĩ ver. canonicas, ſed ipſa non enumerat eas, ſed allegat.ca.1. de cele.miſſ. vbi iſtę ſeptem horę numerant̃.Addit tñ d.gl. pithagorã dixiſſe duorũ tẽporũ curã habendã.ſ.mane,& veſpere.Adde,ꝙ in c.ſi q̄s ep̃s, el. 2.11.q.3. ſolũ fit mẽtio de matutino,& veſpertino officio.Idẽ in ca. fi.22.di.ſed glo. ibi dicit,ꝙ matutinũ intelligitur vſq; ad nonã incluſiuè,veſpertinũ verò reliquũ.

[d] Qui ſunt bñficiati.] Ad hoc a laicis dati ſunt redit⁹ clericis,vt ipſi in officio vices laicorũ ſuppleant,& iõ bñficiati tenẽt ad horas nõ ſolũ ex ſtatuto,ſed ẽt ex obligatiõe iuſtitię, & q̄a ordinem ſacrũ null⁹ dẽt conferre niſi bñficiato,vel ei, qui ad ſuũ patrimoniũ loco eccleſiaſticorũ redituũ voluerit ordinari. c.cũ ſm, de ꝓbẽ. & c.ep̃s, iõ quilibet hñs ordinum ſacrũ tenetur ad has horas canonicas,quia eccleſia ordinãdo ipſum ĩtẽdit ad hoc miniſteriũ obligar̃.

[e] Niſi de bono ꝯſilio] Et ſic ſeruat generalis cõſuetudo, q̄dã tñ dicũt officiũ beatæ virginis,& benè faciunt.



tius,

tius, licèt Abb. & quidã alij dicant, ꝙ nõ tenetur, quos credo dicere verum, ſi nullam vtilitatem in abſentia reciperet ab eccleſia, aliàs non eſt vera opinio, cũ nõ ſolùm beneficium detur, vt ſeruiat eccleſię, ſed etiam vt oret pro his, qui beneficium conſtituerunt, cõcor. cum hoc Cardinalis in dicta Clementina prima ſecunda quęſtione.

5 Vtrum clericus excommunicatus teneatur ad horas? Reſ. quòd ſi eſt minori excommunicatiõe innodatus, poteſt & debet dicere etiam cum alijs, ſecũdùm quod infra dicam. Si verò eſt excommunicatus maiori excommunicatione, [b] ſic ſolus tenetur dicere ſine, Dominus vobiſcum, [a] & etiam degradatus, ſi eſt in ſacris, vel ſi nõ eſt in ſacris, ſi tamen tenet beneficium. Facit quod legitur & no. in c. legi. 16. q. 1. in prima glo. & concord. communiter doctores in hoc.

6 Vtrum papa poſſit diſpenſare, vt pręfati non teneantur ad horas canonicas? Reſpon. ſecundùm Panormitanum [b] in dicto capitulo primo, quòd non, quin ſepties in die tenentur laudare deum. In modo autem dicendi diſpenſare poteſt.

7 Vtrum dimittens officium ex infirmitate excuſetur? Reſpond. ſecundùm Innocent. in dicto capitulo primo, quòd ſic, ſi eſt talis infirmitas, in qua directè, vel occaſionaliter ſibi obeſſet, vel obeſſe timeretur, ſi celebrationi intẽderet. [c] Dicit tamẽ Pa. in d. c. 1. ꝙ ſi nocumentum eſſe leue, vt ĩ febre quartana, vel longa, vel modica, non excuſaretur, ſi non diceret.

8 Quid ſi ex obliuiõe aliquam horam dimiſit? Reſ. non credo ſit mortale peccatum, debet tamẽ ſupplere, quod omiſit, & doleat de negligentia ſua. Innoc. autem in dicto capitulo primo videtur ſentire, ꝙ confeſſor poſſet ei imponere aliam pœnitentiam, etiam ſi voluntariè dimiſit, licèt conſulat, vt imponat, quod ſuppleat, quę omiſit, niſi quando videret nõ proficere, ſed hoc tene de bono conſilio, [d] & quòd confeſſor poſſit ei imponere aliud, quod ſit ad laudẽ Dei, puta. 7. pſalmos, & huiuſmodi, tenet Tho. in quoli. & Petr. de Pal. in 4. diſt. 15. etiam ſi dimiſit voluntariè.

9 Vtrum non habens librum, vel carens viſu, & huiuſmodi excuſetur, ſi nõ dicat horas? Reſpond. quod ſic, [e] ar. cle. ſi. de vi. & ho. cle. dum tamen ſuppleat per pſalmos, vel pater noſter, & huiuſmodi.

10 Vtrum præfati obligati ad horas peccent mortaliter ipſas omittendo ex negligentia? Reſpon. Henr. de Gand. in quoli. tenet, ꝙ peccant mortaliter omittendo, niſi ratione infirmitatis, vel alterius cauſæ legitimæ impediatur? Ricard. verò Angelicus in quolibe. dicit, ꝙ ſi dimittat ex negligentia, non auderem dicere, ꝙ mortaliter peccarent. ſi verò ex faſtidio diuini cultus, vel contemptu, ſic mortaliter peccant. Credo etiam, ꝙ conſuetudo in huiuſmodi dimiſſione ſit mortale peccatum. Hęc Rica. quæ opinio eſt humanior, & ſubdit ſm Iuriſtas binus actus conſuetudinem inducit. Sed opi. Henrici videtur tutior.

11 Vtrũ clericus bñficiatus non dicẽs offm teneat reſtituere fructus, quos interim recipit ab eccleſia? ℞. Ioann. Cald. in d. cap. 1. dicit ꝙ ſic, [f] quia propter officium datur beneficium, vt in c. diuerſis, dè cle. coniuga. Et ideò cum aliquid datur propter cauſam, cauſa non ſecuta repetitur, ff. & C. de condi. cauſa da. cauſa non ſe. per totum. dominus Card. tenet contrarium, & Panor. dicit, ꝙ prima ẽ nimis rigida, ſed ego credo, ꝙ licèt ſit rigida, tñ eſt vera, & ideò ſequẽda. Et rñſio Pa. ad motiua Calde. non eſt valida, qa licèt dent reditus, vt viuat vt licit, c. diaconi ſunt, 93. di. & c. 2. de pbẽ. nõ qdẽ tamẽ ſimpliciter, ſed vt viuat ſecundũ cultum dei; & facit ꝓ hoc. c. cleric[9] victũ. 91. di. arguẽdo à maiori, & hoc tenet etiã Laudun[9] in clericis, q non implent officia ſua, ſed voluptatib[9] vacant, quòd tenentur fructus reſtituere.

a Dominus vobiſcum] Idẽ Pa. in c. 2. de cleric. excom. mi. quia, Dñs vobiſcum, non eſt verbum priuatæ pſonæ, & no. ꝙ peccaret non dicendo officium, quia delictũ non debet ſibi præſtare immunitatem, vt l. & ſi neceſſe, de donati. inter vi. & vxor. & l. relegatorum, ff. de interdi. & relega. & ſic per modũ orationis dicet. idem ſupra, excõmunicatio, vlti. §. 3. idem dic in degradato, vide ad hoc. c. ſi quis epiſcopus, cum ſeq. 11. q. 3.

b Reſpon. ſecundùm Pa.] vltimo nota, quãuis Io. An. de Ligna. in Cle. 2. de ce. miſ. aliter ſenſerit, & male, vt puto.

c Intẽderet] Forte ẽt nõ tenetur talis ad audiẽdũ, & dicit ibi Inno. ꝙ qui omiſit officiũ ex infirmitate, non tenetur ad aliquid, ſed q omiſit ex culpa tenetur ad ſatiſfaciẽdum ꝓ peccato omiſſionis, vt in § ſeq.

d De bono conſilio] Hoc ẽt põt defendi de iure ciuili ſtricto, qa in obligatiõe facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulatiões non diuiduntur, ver. Celſus, ff. de verb. ob. & l. ſi q ab alio, in ſi ff. de re. iud. quia operæ vnius diei ſũt diuiſa ab alijs l. ſi vſuſfructus in bñe miũ, ff. de vſufru. leg. & l. ſi nõ fortem. §. libertus, ff. de condit. inde. hæc Abb. in d. cap. 1.

e Reſ. ꝙ ſic] Nã eccleſia non hẽt præciſè modum ſpecialẽ in dicendo officiũ, patet in monachis, clericis, & alijs religioſis, qa diuerſi modè perſoluũt horas.

f Quod ſic] Idẽ tenet Bal. in l. 1. primo no. per illũ text. C. de his qui. vt iudici. & ſubdit, ꝙ tanquã indigni tenentur reſtituere fruct[9], idem Io. Cald. in c. cum tu, de vſu. ver. circa diuinũ officiũ. Auc. conſ. 228. incipit, primò inquirẽdum eſt, & tex. in c. cũ ex eo, de ele. ĩ 6. Ge. in c. ſi. ĩ prin. de reſc. vbi text. Iaſ. in l. pe. C. de teſt. mi. & Pano. dicit, quòd hoc eſt tutius.



12 Quid debeat dici ꝓ hora; ℞ Car. in Cle. 1. de cel. miſ. in prin. 7. q. Laudun[9] dicit, ꝙ ſi eſt conſtitutio, vel cõſuetudo, illa ſeruetẽ. 12. diſ. nouit, qa nec hoc, vel illud dicere eſt in pcepto, dũ diuerſi diuerſa dicãt, de cõſe. di. 5. In die reſurrectionis. Verũ eſt, ꝙ clerici ſęculares debẽt dicere ſecũdũ ordinẽ Romanę eccleſiæ, d. c. in die, vel ſecũdũ eccleſiam metropolitanam. 12. di. c. ſi. nec reprobatur vſus alicuius eccleſię antiquus ſecũdũ Landunũ vbi ſupra, Vbi clerici ſunt contenti tribus pſalmis, licèt eccleſia Romana, vel metropolitana hoc non ſeruet. Secus eſſet ſi priuata perſona hoc ſibi faceret; Aduerte ẽt, quia dicit directo li. 1. tit. 8. ꝙ clerici ordinati ad titulum ſui patrimonij poſſunt dicere, quodcunque officiũ volũt. quia non obligantur ad iſtã, vel illam eccleſiã. In regularibus verò dicit ſeruandam eorũ regulã, vel ſtatutum in hoc. 12. diſt. ca. ſi. Et hoc verũ, niſi ſint priuilegiati, vt clerici, & religioſi, qui ſunt cõmenſales domeſtici alicuius Cardinalis, ſeu epiſcopi, gratiã & communionẽ ſedis apoſtolicę habentis, qui licitè ſe eis conformare debent, vt in Cle. ſi. de cele. miſ.

13 Quid de eo, qui ex diſpẽſatione eſt beneficiatus in duabus eccleſijs? ℞. ꝙ debet dicere officium ſecundũ illam, in quã tenetur facere reſidentiam, quod ſi ad nulli[9] reſidentiam tenetur, tunc credo, ꝙ põt ſe conformare illi eccleſiæ, in qua ſe reperit officia celebrare. Si verò dicit per ſe, tunc ſecũdũ Tho. in quolibet videtur, quod debeat dicere ſm ordinem illius eccleſię, in qua habet maiorem dignitatem, [a] quis fortè in alia habeat pinguius beneficium. quod credo de benè eſſe, non de neceſſitate fore verum, cum poſſit dicere, quod vult, vt ſatis patet per. nor. in. c. 1. de cele. miſ. per Inn. & alios doctores.

14 Vtrum peccet mortaliter, qui ad libitũ ſuum mutat officiũ conſuetũ? ℞. credo ꝙ ſic in clerico prębendato, & religioſo. Secus in alio ordinato ad ſuum patrimoniũ.

15 Vtrũ monachus prępoſitus eccleſię ſęculari, teneatur dicere officiũ monachale? ℞. ꝙ ſi perpetuò eſt aſſumptus, & ſic tranſlatus ſit, cum nihil habet commune cum monaſterio. 16. q. 1. nè pro cuiuslibet, non dicet monachale, ſed illi[9] eccleſię, ad quã trãslat[9] eſt, & placet Io. 16. q. 1. c. 3. & Gof. in ſumma de ſtatu mo. §. ſed nunqd abſoluitur, & Hoſti. in ſum. eo. ti. §. . verſi. ſed nunquid. Secus eſſet, ſi nõ eſſet translatus niſi ad tẽpus, quia debet dicere monachale, & hoc ſentit apertè gl. pen. in ſi. Cle. ſi. de cele. miſ. & facit tex. ibidem in argumentum.

16 Quid ſi dicendo officiũ in choro cum alijs ex aliqua neceſsitate intermiſit pſalmum, vel lectionẽ? ℞. ſecundũ Inno. [b] in c. dolentes, de cele. miſ. ꝙ non tenetur illud reaſſumere, licèt ſic cautius reaſsumat, dũ modo non ſubtrahat vocem ſuam ab officio chori imò plus dico, quòd etiã ſi aliquid omiſit ex negligentia ſua quod non debet ſupplere ſubtrahendo vocem ab officio chori, ſed poſtea [c] ſuppleat, ſi aliquid notabile omiſit. Si verò eſſet verſus, vel quid minimum, ſuppleat per aliquem pſalmum, vel pater noſter. Idem dic

a Maiorem dignitatem] Puta qa in vna eſt dicãs, in alia ſimplex canonicus.

b Reſ. ſm Inn.] Refert Pa. ibidem, ver. quærit hic Inno.

c Sed poſtea] Si is, q tenet ad horas, ex induſtria & negligẽtia ſola ommittat, mortaliter peccat, ca. dolẽtes, de cel. miſ. ſecus autem, ſi ex obliuione. vide ſ. § 8. vel alia neceſsitate. tñ non ſũt tot peccata, quot ſunt horæ omiſſæ, qa totũ officiũ diuinum vni[9] diei eſt vnũ totũ integrũ ex ſuis partibus; & iõ pręcepto vno præcipitur, & trangreſſor non trãſgreditur niſi vnum pceptũ, & hoc tãtò ampli[9], quãtò plures ptes eius omittit. benè tñ cõcedo, ꝙ pluribus vicib[9] omiſsio vni[9] officij plã facit peccata mortalia, qa hoc totũ integrale præcipit quotidie adimpleri; hæc ſupple. in ver. hora.

dic ſecundũ Henric. de Gã. in quolibet, ꝙ ſi quis non ex malitia, ſed cũ cauſa legitima non interſit in principio officij, vel fini, ꝙ non oportet a capite reincipere, vel finem perficere, ꝑꝑ perfectionẽ charitatis, qua vnum corpus reputatur, & quod vnus dixit, exiſtimať alter dixiſſe. Et hoc verũ, niſi chorus multum in principio proceſsiſſet, vel multũ de fine reſtaret, hæc ille.

17 Vtrũ teneatur quis dicere id, quod ſm̃ conſuetudinem chori aliquis ſolus dicit, vel aſſociatus, quãdo dicit officiũ in choro? Reſ. ꝙ non, ſm̃ Pet. de Palud. in 4. di. 15. quia id, qđ dicit vnus, reputatur dici ab omnibus, qſi ex aliqua rõnabili cauſa ita eſt conſuetum, vt ſolus tale quid dicat.[a]

18 Vtrum dicens officiũ, ſi prætermittat vnã horam ex obliuione, vel quid ſimile, puta lectionem, vel pſalmum teneatur iterum reiterare totum? ℞. vt colligo ex doctrina Inno. vbi ſupra, & ſequitur Laud. ꝙ non, ſed ſufficit ſupplere, quod omiſſum eſt, vnde qui dimiſit himnum, vel pſalmum primi nocturni, cum aduertit, & eſt in tertio nocturno, non oportet reincipiat diſturbando officium, vel qui dixit tertiam, & aduertit non dixiſſe, primam, non oportet dicat iterum tertiam, ſed poſt officium ſuppleat omiſſum, & doleat de negligẽtia, dicit Pet. de Pal. vbi ſupra, ꝙ qui notabiliter malè dixit officium, ſi vult euadere mortale, debet redicere totum. Sed ſi modicũ dimiſit, puta pſalmum, vel dictionem, tenetur illud repetere poſt officium, vel aliquid loco eius dicere, ſi vult euadere peccatum veniale.

19 Vtrũ debeat dicere, Pater noſter, poſt horas? ℞. ꝙ ſic poſt veſperas, & matutinũ, de conſe. di. 5. c. id ſemper, & de conſuetudine dicitur in fine omnium horarum, ꝙ matutinum accipitur pro omni officio vſque ad nonã, & pro veſpere omne aliud, quod reſtat, vt patet in d. c. id ſemper, &c. conuenit, ibidem.

20 Qua hora ſunt dicendæ horæ canonicę? ℞. debent dici tempore ſuo, ſ. matutinum in nocte prima in ortu ſolis, & ſic de cæteris, niſi ex neceſſitate, vt hic. 1. dicam. De hoc per Pa. in c. 1. de cele. miſ.

21 Sed nunquid in ſero poterit quis dicere matutinum ſine peccato? Reſ. vt ex prædictis patet, ꝙ ſic, ſi ex rationabili cauſa facit. quia ſecundùm Th. in quol. Melius eſt, ſi deo debitas laudes præueniendo reddamus, & alia honeſta officia poſtea faciam⁹, quàm ſi per vnum, aliud impediatur. Sec⁹ eſſet, ſi faceret non ex rationabili cauſa, quia ſic eſſet peccatum,[b] ar. cap. clericus, el. 1. 91. diſt.

22 Vtrum ſit mortale peccatum non dicere horis debitis ſine cauſa rationabili? Reſ. ꝙ non, niſi quis faceret in cõtemptũ Dei, vel eccleſiæ, cũ nullum ius præcipiat, ꝙ dicatur horis debitis, niſi Cle. 1. de cele. miſ. quæ videtur præceptiua propter verbum, Sancimus. ſ. ꝙ officium horis debitis in cathedralibus, regularib. & collegiatis eccleſijs deuotè pſallať,[c] & ideo credo, ꝙ peccarent mortaliter prȩlati, ſi in præfatis eccleſijs horis debitis non facerent dicere, & ẽt illi, qui vel ſunt beneficiati in præfatis eccleſijs, vel ſubditi prælatorum regularium, cum imponitur eis a prælatis, ſi nõ diceret. Nec accipias horam debitam ita ad punctum,[d] ſed groſſo modo & largo, ſicut dicere matutinum in aurora, vel quaſi cenſeatur in media nocte, & huiuſmodi. aliàs autem a particularibus perſonis, vel in alijs eccleſijs a prædictis non dicere horis debitis erit peccatum veniale ſine rationabili cauſa. Ex cauſa verò rationabili etiam in prædictis eccleſijs liceret, vt puta, quia proceſſio eſt fienda, vel prædicatio, & huiuſmodi. Et propterea præueniũt tempus debitum.

23 Vtrum matutinum ſit dicendum ante, quàm miſſa dicatur, vide infra. Miſſa. 52.

24 Vtrum idem ſit de prima, vide ibidẽ.

25 Vbi debent dici horæ canonicæ? ℞. ꝙ in eccleſia, vt no. gloſſ. 92. di. in cap. fin. ſed hoc intelligo quò ad clericos, qui in ipſa ſunt

a Tale quid dicat] Dicunt tamẽ aliqui, quod ea quæ a choro ſolent inſimul cantari, de neceſſitate ab omnib. debent dici, vt ſũt reſponſoria, tñ vnuſquiſque poteſt facere ſecundum, quod ſibi conſcia dictat.

b Quia ſic eſſet peccatũ] Puta, vt quieti⁹ ſomno, & voluptati vacet.

c Deuotè pſallatur] Hoc tenet Ho. in c. 1. eo. tit. refert gloſſ. in d. Cle. i ver. đbitis.

d Ita ad punctũ] In hoc ternari dẽt laudabilis ꝯſuetudo, ar. 12. d. c. illa tamen melius eſt præuenire, quã præueniri ſecundũ Ioan. And. & in c. 1. de ce. miſ. & ponũt exemplũ de vna bona portata ab Angelo, & marcida cuidam hæremitæ &c.



ſunt beneficiati ꝑpter verbum poſitum in d. c. fi. eccleſię deputatus, ergo vr̃ ꝙ clericus beneficiatus peccet mortaliter ſine rationabili cauſa ibi non dicens officium, quia dicit ibi tex. in d. c. fi. ꝙ qui nõn conuenerit, deponať a clero. Et quò ad eccleſias collegiatas, vel regulares, clarum eſt ꝙ eſt de prȩcepto, vt ibi dicãtur, vt patet in Cle. 1. de cele. miſ. no. Inn. in c. 1. de cele. mi. quò ad alias ñ credo.

26 Sed nunquid peccet toties mortaliter, quoties nõ conuenit[a] clericus beneficiat⁹, vel religioſus ad chorum ſine rationabili cauſa? ℞. ꝙ non credo, quia materia non videtur ita ponderoſa, ſed quãdo duceret in conſuetudinem, vel quando officium eccleſiæ pateretur iacturam in celebratione, tunc non excuſareť a mortali. Et ſic limito,[b] & intelligo. d. c fin. Ex aliqua tamen rationabili cauſa, licèt prælatis, & alijs ſe abſentare, dummodo officiũ dicant eundo, vel ſtando in domo ſua. Nec ob. c. eps, de conſ. di. 3. Quod vr̃ inuere ſufficere epo, ſi die dominico ad eccleſiam cõueniat, quia illud. c. non dat licentiam abſentiæ, ſed nõ vult, vt pro alia cã, q̃ infirmitatis, & ſimilib. abſit dieb⁹ feſtiuis. Et ꝙ alij diebus debeat intereſſe, facit. ca. peruenit[c] ad nos. 7. q. 1. & ca. eps vilem. 41. di. ceſſante intellige impedimento.

27 Quò ad attentionẽ, ſeu deuotionem quæritur; vtrũ peccẽt mortaliter nõ dicẽtes officium deuotè & ſtudioſè? ℞. gl. in Cle. 1. ĩ verbo, fruct⁹, de cel. miſ. tenet ꝙ ſufficit dicere ore, licèt non corde.[d] Et cũ ea concurrunt multi cãnoniſtę in d. c. dolentes, de celeb. miſ. Alij autem tenent, ꝙ eſt de præcepto, vt dicatur deuotè & ſtudioſè per d. ca. dolentes, vt ſic deuotio denotet attentionem, & ſtudioſitas modum dicẽdi.[e] Sed tu dic ſm̃ Pet. de Pal. in 4. di. 15. ꝙ attentio ad officiũ ſicut ad quodlibet bonum opus poteſt requiri duplex.

28 Primum vt officium ab intẽtione procedat, & iſto modo attentio reqritur ad officium, non ſolùm propter meritum, ſed ẽt ad euitandũ peccatum, quia nullum opus eſt meritorium niſi ex intẽtione procedat, aliter non eſſet humanum, cum homo ſit homo per rationem & voluntatem. Similiter ad euitandum tranſgreſſiones prȩcepti, quia prȩceptum datur hominibus. Et ideo oportet, ꝙ non procedat ex ſola imaginatione, quȩ communis eſt nobis, & brutis, ſed ex deliberatione, quæ requirit attẽtionem. Secundo modo, vt totum officium attentio concomitetur actualiter, & hoc non requiritur nec in officio, nec in alijs bonis orationibus, vel operibus, quia eſt impoſſibilis humanȩ fragilitati,[f] requiriť tamen ꝙ orans ſcienter non diſtrahat mẽtem ab officio, quia hoc non poſſet eſſe ſine mortali peccato, vel veniali, nam euagatio, quȩ eſt præter intentionem, & propter præcedentem occupationem licitam, non eſt peccatũ. Secus, ſi ꝑꝑ illicitam, ſed euagatio, quæ eſt aduertentis, & ſolũ ſm̃ actũ interiorẽ, licèt ſit temeraria & grauis forè non tamen eſt mortale niſi ꝑꝑ cõtemptũ, quia eccleſia non habet iudicare de interioribus actibus mere, propter quod miniſter eccleſię. licèt dicendo officium aliud cogitet, non videtur trãſgreſſor præcepti[g] ex natura facti, ſi autem euagatio mẽtis ſit ex hoc, ꝙ aliquis ſcienter ſe occupat in actu exteriori, qui non ſecum patitur attentionem, ſic videtur eſſe mortale peccatum & directè contra præceptum. c. dolẽtes, de cel. miſ. vbi ꝑcipitur, vt ſtudioſè pariter, & deuotè

a Nõ conuenit] Gl. in c. fi. in ver. vagandi, de reſc. li. 6. dicit, ꝙ clerici per horã nõ debent abeſſe ab eccleſia. 92. diſti. c. fi. & 46. di. clericum, & cap. his igitur. vbi text. aureus. 23. diſ. in fin. De religioſis dicit Gregor. in c. quia tua. 12. q. 1. ꝙ præ alijs debent diuinis officijs inuigilare, ſ. vt bonis operib. viuant, & canendis pſalmis inuigilent, hęc ibi.

b Et ſic limito] vide gl. ĩ d. Cle. vnica, de reli. & ve. ſan. ver orõnes, in 7. mẽbro.

c C. peruenit] Dicit gloſ. ibi, ꝙ epiſcopus q. ſex mẽſes poteſt abeſſe ſecundùm canones, c. ex tuæ, de cle. non reſi. ſecundùm leges per annũ, in aut. quomodo oportet epos. §. illud.

d Licèt non corde] Datur exemplum de eo, qui vadit ad ſanctũ Iacobum, q. non oportet ꝙ ſemꝑ cogitet de hoc.

e Modum dicendi] nè dicatur cũ ſincopa. ad idem Cle. 1. de celebr. miſ. ibi, cum deuotione. Et Hiere. Maledictus q. facit op⁹ Dei de ſidioſè. Ex corde. n. plus, quàm ore orãdum eſt. 92. d. c. 1. & 2.

f Humanæ fragilitati] Cor enim hominis vagum eſt, ſecundũ Boe. & recitat Pa. tit. in ca. dolentes.

g Tranſgreſſor præcepti] etiam de iure diuino debemus deuotè & attentè orare, & pſallere, pſalmo ſecũdo, Exultate ei cum tremore, & pſalmo. 96. Pſallite ei ſapiẽter, item etiam ius poſitiuum ſe extendit ad interiora in foro pœnitẽtiali, in c. conſuluit de vſur. Et patet in c. dolentes, de cele. miſ.

deuotè dicatur. hoc nõ obſeruant, qui occupantes ſe in actu exteriori ſcienter, ſibi attentionem ſubtrahũt. Idẽ Th. in 4. di. 15. dicit, ꝙ qñ aliquis mentẽ ex ꝓpoſito diſtrahit ad alia in orando, ſine culpa non eſt, & p̃cipuè ſi in alijs ſpõtè ſe occupat, q̃ mentẽ diſtrahunt, ſicut ſunt exteriora opera; & ſi mens ad ꝯtrarium euagẽt, erit culpa mortalis. Si aũt ſine hoc, qđ ꝑcipiamꝰ, mens ad alia euagetur, vel culpa caret, vel minima erit, niſi p̃cedens cogitatio, ex qua ꝯtingit euagatio, talis eſſe dicat̃ in culpa; hæc ille, & hoc teneas. limitando tñ dictũ Thomæ verum quò ad orationem, q̃ eſt de p̃cepto, ſicut eſt officiũ, & hmõi, non aũt quò ad orationẽ, quæ ex deuotione ẽ, & voluntate ſolũ. Aduerte tñ ẽm Tho. 2. 2. q. 82. ar. 1. ꝙ deuotio nihil aliud eẽ vr̃, q̃ volũtas quædã promptè ſe tradendi ad ea, quæ pertinẽt ad Dei famulatum. ſimiliter attende ẽm Tho. in 4. di. 15. ꝙ requirit̃, ꝙ attentio remaneat ĩ oratione nõ per eſſentiã actus; nec ſufficit ꝙ ſit in habitu ſolũ, ſed ꝙ ſit ẽm virtutẽ, [a] quæ eſt mediũ quid inter pꝛ̄dicta duo. Et tunc vr̃ manere ẽm virtutẽ, qñ accedit ad orationem cum intentione aliquid impetrandi, vel deo debitum obſequiũ reddendi, etiam ſi in proſecutione mens ad alia rapiatur, niſi tãta ſit euagatio, ꝙ omnino depereat vis primę intẽtionis. Et ideo oportet, ꝙ ſæpius homo cor reuocet ad ſeipſum. Et ex his patet, q̃d tenendũ dę confabulantib. & alias diſſolutiones faciẽtibus in officio, aut ipſum dicẽtibus faciẽdo aliquod exercitij manuale, qđ bñ no. [b] Et ẽm p̃dicta ĩtellige & limita d. c. dolẽtes, & do. ibi.

29 Vtrum clericus cantans in eccleſia officium diuinum, vt placeat populo, peccet? ℞. Pa. in c. vt quiſque. 2. nota. de vi. & hon. cle. ꝙ ſic grauiter. Vnde dicit Iſido. Deum moribus ſtimular, qui populum vocibus [c] mulcet, aliàs delectat. facit quod dicitur & no. 92. di. c. 1. & 2. de quo tamen, vtrum ſit mortale, vel veniale, vel nullum, Dic vt infra, Placere.

HORROR futuræ vitæ eſt filia luxuriæ, inquãtum reputat bonũ ęternũ, vt bonum arduum, quia propter delectationes venereas non appetit, imo faſtidit bona æterna, ac ſi non eſſent ardua & ſumma.

HOSPITALE, [d] quod alio vocabulo dicit̃ xenodochiũ. Aliud dicitur religioſum. Aliud non religioſum. hoſpitale religioſum dicitur, quando autoritate epiſcopi ædificatum eſt, cap. ad hæc, de relig. do. & tunc pertinet ad ipſum epiſcopum, non vt diſponat de reditibus ad libitum, ſed vt ordinet, vt diſpenſetur ad vſum deſtinatum, ar. Clem. quia contingit, de religio. domi. Hoſpitale, quòd non eſt religioſum, eſt illud, quod ſine autoritate epiſcopi conſtructum eſt, [e] nec epiſcopus poteſt ſe de eo intromittere, ſed patronus, qui ędificauit, ad libitum diſponet, vt in c. inter dilectos, & ibi per Inn. de dona. Et quamuis epiſcopus exercuerit ibi vnum ius [f] epiſcopale, non poteſt tñ per hoc alia exercere ẽm Fede. conſi. 225. quia de poſſeſſione vnius articuli non eſt inferendum ad alios articulos, vt in c. cum cõtingat, de deci. Nec ob. c. 1. de reli. do. quia locus, de quo loquitur, neceſſariò debebat eſſe ſubiectus alicui epiſcopo, & ideo pręſumitur pro eo, q̃ exercuit vnum ius in eo. Simile infert Io. An. in regula, quod alicui, li. 6. in Mercurialibus, ꝙ patronus, qui exercuit ius præſentandi, alio non apparente, [g] præſumitur patronus, ex quo ius patronatus ad aliquem dẽt pertinere, & alius non apparet niſi iſte, qui exercuit actus patroni, nõ ſic in caſu noſtro, quia hoſpitale neceſſariò

a Virtutem] vide ſ. Baptiſmus. 5. §. 8. cũ animo ibidem, & infra, miſſa. §. 12.

b Qđ benè no.] Peccare nanq; tales vñr mortaliter, cum ſtudioſè proijciãt attẽtionem; & vide Ab. in d. c dolẽtes, in fi. qui ponit tres dicendi modos, & ſubdit. credere quãtitatẽ reatus cõſiderandã ex qualitate, & quantitate contẽptus, & negligentiæ, hæc ille.

c Vocib.] Abb. ibi alleg. gl. in c. odi. 24. q. 1. quæ dicit ꝯ ſcholares qui vadũt ad eccleſiã, vt videãt dominas, q̃a corde potius orandum eſt, q̃ ore, & ad laudem Dei.

d Adde ex Con. Trid. hoſpitalia diligenter gubernãda, ſeſ. 7. c. xv. ſeſ. vlt. c. 8. ea obtinentes hoſpitalem exercere debent eo. c. 8. viſitanda, 22. c. 8. q̃ dantur in titulũ. 23. c. 17. 25. c. 8. eorum priuilegijs q̃ gaudeant. 24. c. 5. eorum adminiſtratio vltra trienniũ non concedenda, 25. c. 8. de ref. P. V.

d Cõſtructũ ẽ] Hoſpitalia pñt redir̃ ad hũanos vſus, ſi ſine autoritate ep̃i cõſtructa ſunt, & ſic nõ ſũt religioſa, Pa. in c. ad hæc, de relig. do.

f Vnũ ius] Puta quia viſitauit, vł officialẽ amouit.

g Apparente] Archi. tñ in c. 1. de iure patro. li. 6. tenuit cõtrariũ, & malè, ſecundùm Abb. in ca. 1. de religio. do.



ceſſariò nõ eſt religioſum vt patet. [a] Limita tñ hoc verum, ꝙ epiſcopus non poteſt ſe intromittere, qñ nõ eſt religioſum, ſecundũ Pan. in c. 1. & in c. de xenodochijs, de reli. do. verũ, niſi patronus, qui ipſum ędificauit, eẽt mortuꝰ, q̃a tũc ad curã ep̃i pertineret, vt voluntas defuncti pia mãdaretur executioni, vt vr̃ tex. in aut. de eccleſia. ti. §. ſi quis ędificatiõe, & §. ſeq. Vnde licèt talis locus non teneatur ep̃o rñdere in epiſcopalib. tñ ep̃s curã habere p̃t, [b] ex quo pius locꝰ eſt. Qđ verũ eſt, niſi teſtator, q̃ ipſum ædificauit, aliter expreſsè diſpoſuiſſet, quia illud ſeruandũ, vt ĩ d. §. ſi qs. Ex quo patet, ꝙ q̃libet põt hoſpitale ędificare ẽt cum oratorio ẽm Ho. & Pa. ĩ d. c. ad hæc, ſine alia autoritate. Sed in oratorio non põt celebrari ſine licẽtia ep̃i de conſ. di. 1. vnicuique, & d. c. inter dilectos, de don.

1 Quis p̃t præfici ꝓ rectore hoſpitalis? ℞. Pa. in d. c. d̃ xenochijs. ꝙ religioſi nõ pñt deputari, niſi talia [c] hoſpitalia habeãt curam aĩarum, vel niſi hoſpitale eſſet ſubiectum monaſterio, & monachus deputaretur ꝑ abbatẽ tanq̃ obedientiarius, ẽm Fed. con. 155. Clerici ſœculares pñt eſſe rectores, ſed non pñt habere in titulũ bñficij, vt in Cle. q̃a contingit, §. aũt, de reli. do. & Clem. ꝑ literas, [d] de p̃b. Laici oẽs pñt inſtitui rectores, dũmodo ſint viri idonei, & ꝓudi & boni teſtimonij, q̃ ſciãt, velint, & poſſint loca ipſa, & iura eorũ vtiliter regere, vt in d. §. vt aũt, in Cle. prædicta, quia contingit.

2 Quid debẽt facere prædicti rectores? ℞. ꝙ debẽt ad modũ curatorum, & tutorũ iuramẽtũ pręſtare, ac inuentariũ facere de bonis ipſorũ locorum, & annuatim [e] reddere rõnem ordinarijs, ſub q̃b. ſunt, vel ab eis deputatis alioquin collatio, prouiſio, & ordinatio talium eſt nulla ipſo iure, vt in d. Cle. quia ꝯtingit. [f] Verũ, ꝙ non extendit̃ hoc ad hoſpitalia militariũ ordinũ, [g] aut aliorũ religioſorũ. Præcipit̃ tñ oĩbus rectorib. ſub obteſtatione diuini iudicij, & per obediẽtiam. vt reditus in vſus pauperum conuertant, & non in alios. Rectores tamen militarium, & religioſorum hoſpitalium ſufficit prouideant ſecundùm eorũ ordinũ inſtituta, & antiquos obſeruãtias pauperibus. Quod eſt limitandum, qñ quod ſupereſt, exponunt pro fide, vel piè, aliàs non excuſantur, ſi malè expendunt in non pios vſus, q̃a negari non põt, quin tales reditꝰ ſint inſtituti propter pios vſus.

1 Quid de adminiſtratione ſacramẽtorũ, & celebratione in ipſis hoſpitalibus pauperibus ibidẽ? ℞. ꝙ debet ſeruari antiqua conſuetudo quò ad exercenda & miniſtrãda ſp̃ũalia ſupradicta, vt in d. Cle. quia cõtingit. §. fi. Præcipitur oĩb. ad quos de iure vel conſuetudine, vel ſtatuto, vel priuilegio pertinet cura hoſpitalium, ꝙ bona deperdita alienata indebitè in ſtatum debitũ reducant, & reforment, vt rectores iuxta facultates prouentuum inſiſtant ſuſtentationi, & receptioni miſerabilium perſonarum, in quo ſi negligentes fuerunt, ordinarijs iniungit̃, vt ipſi, ſi non ſunt exẽpta, autoritate ꝓpria ſi verò exẽpta ſũt, autoritate apoſtolica cõpellant ad p̃dicta faciẽda, per cenſurã eccleſiaſticã compeſcendo tñ eoſdẽ q̃ quoſcunque ꝯ dictores cũ dantib. auxilium, conſilium, vel fauorẽ, non obſtãtibus quibuſcũque priuilegijs q̃ ad hoc. d. Cle. quia contingit. §. nos in curiam.

HOSPITALIS quando debet eſſe clericus, Vide ſupra, Clericus 3.

Hoſtiarius

a Vt patet] Facit qđ no. Bar. in l. 1. §. ſi quis, ff. de iti. actu. quę pri. vbi dicit, ꝙ præſidẽs hr̃e iuriſdictionem in loco, tãtũ obtinet, quãtũ ꝓbat ſe exercuiſſe, & nõ amplius; vñ infert, ſi inferior à principe dicit ſe hr̃e poteſtatem exigẽdi vectigalia ex pręſcriptione, ſolũ obtinebit in illis rebus, in q̃bꝰ ꝓbat ſe exegiſſe; ita Pa. in ca. 1. de relig. domi. vbi dicit omnia, quæ hic ſunt in tex.

b Curam habere poteſt] de hoc per Pan. in d. c. inter dilectos, in fi. Nunquid autẽ hoſpitale poſſit per epiſcopũ viſitari, vide Feder. conſil. 16. aliàs. 156. & an poſſit epiſcopus exigere iura epiſcopalia, vide eundem conſil. 225.

c Niſi talia] Inquit Pan. niſi habeant eccleſiam curatam, ſed hoc debet intelligi vt hic, nam religioſi nõ poſſunt extra monaſteriũ intitulari niſi ꝓpter curam animarum. ca. ſuper eo, de regu.

d Clem per literas] oportet. n. ꝙ papa exprimat expreſsè per literas, vt ibi, aliter in generali prouiſione pro clericis non veniunt hoſpitalia.

e Et annuatim] Vide in l. orphanotrophos. in ti. C. de epiſcop. & cle. & in aut. de eccleſia. tit. in §. pecol. q̃ iꝰ leges loquũtur de ratione reddẽda pupillis, & orphanis, ſic tenentur rectores epiſcopis, vt hic, & in aut. de ſancti. epi. §. ęconomos collatio. 9

f Vt in d. Clem. q̃a contingit] §. illi etiam, vide ibi gl. optimas.

g Militariũ ordinum] Vt S. Ioã. Ieroſolomitani, & S. Mariæ Teutonicarum, & huiuſmodi.

HOſTIARIVS dicitur
idem, quod ianitor.
Nam veteri teſtamento 1.
Paralipo.5. Hoſtiarij electi
ſunt ad cuſtodiã templi, vt
non ingrederetur in illud
immũdus ſpũs in oĩ re, vñ
hoſtiarij dicti ſunt eo, ꝙ
præſint hoſtijs templi, ipſi
tenentes claues, oĩa intus
extraq; cuſtodiunt, atq; in-
ter bonos & malos haben
tes iudiciũ fideles recipiũt,
& infideles abijciũt. 21. diſ.
claros, ĩ fi. & 25. di. plectis,
circa prin. ver. ad hoſtiariũ.

HOSTI ſeruanda eſt fi
des promiſſa. 23. q. i.
noli. & 22. q. 4. Innocẽs, vbi
ponitur exemplum de Ga-
baonitis, Quod limita, vt
infra, Iuramentum. §. 17.

HVMILITAS [a] vera [b] requirit tria.
Primũ ſuijpſius nihilationẽ, hoc eſt
quod reputet ſe omnibus viliorẽ. Et licèt
cognoſcat ſe habere aliqua dona dei, quæ
alij non habent, tantò magis dẽt inuileſce
re, cogitans, ꝙ ſi deus talia alijs dediſſet,
gratiores deo eſſent, q̃ ipſe. Et ſic cum ve-
ritate poteſt ſe æſtimare viliorem omnib⁹,
& magis ingratum, & hoc eſt quod voluit
dicere Beda in homel. ſabbati iij. Domini-
cæ Quadrag. Cum alium, inquit, peccantẽ
conſpicimus, mox animum deorſum incli
nemus, & q̃ abiecti ex noſtra fragilitate ſu-
mus, ſi nos diuina pietas nõ ſuſtentet, hu-
militer inſpiciamus. Hæc ille, & Ioan. 13.
cũ feceritis hæc omnia, dicite, quia ſerui
inutiles eſtis. Idem Lu. 17. q. d. ex conſidera
tione humili obligationis, quã habemus,
quia cum augentur dona, rationes etiam
creſcunt donorum ſecundùm Greg. Secun
dùm promptam aliorum obtemperatio-
nem, vnde de renun. c. niſi cum pridem,
poſt prin. tunc veram humilitatem oſten-
dis, cum per eam locũ ſublimẽ effugies, &
tantùm per obedientiam nõ dimittes, nam
vera humilitas facit, vt quiſque, magis alijs
de ſe credat, quàm ſibijpſi, qa dicit Gre. ſi
ſe meliorẽ alijs non crederet, nequaquam
aliorum conſilia ſuę deliberationi poſtpo-
neret. Et hoc verum in omni dubio, quod
potius debet alijs credere, quàm ſuæ opi-
nioni; ſecus in alijs. Tertiũ, quod requirit
humilitas, eſt, vt dona dei, quæ in ſe habet,
abſcõdat, & ſe ſolùm vilem ab extra demõ
ſtret, niſi inquantũ honor dei, & bonũ pro
ximi aliud requirit, nam non eſſet humili
tas, quando pro ſalute proximi & ad ędifi
cationem animarum, poſſet oſtẽdere, & p̃-
dicare dona dei, quæ habet, ſi occultaret,
qa dicitur Matth. 5. Luceat lux veſtra &c.
Non tamẽ debet magis vileſcere in apparẽ
tia, quàm importet cõditio ſua, & qualitas
reſpectu eorum, cum quibus viuit, quia ſic
potius eſſet ſuperſtitio, quàm humilitas.
41. di. c. quiſquis rebus, in prin.

IACTANTIA [b] ꝓpriè importat, ꝙ
hõ verbis ſe extollat ſ̃m Th. 2. 2.
q. 112. ar. 1. Et patet ex ca. imita-
re. [c] 6. q. 1. Et procedit ſ̃m Gre. in
li. 23. moralium. Aliqñ ex ſuperbia, ſicut à
cã interius motiua, qa ex hoc, ꝙ quis per
arrogantiã interius ſupra ſe eleuatur, ple-
runq; exterius maiora q̃dam de ſe iactat,
& propterea ponit̃ a Gre. ibidẽ tertia ſpẽs
ſupbiæ, licèt nõ ſit idẽ, qđ ſuperbia, ſed eſt
tanquam a cã impellente. Aliqñ verò pro-
cedit ab inani gloria, ſicut a cauſa finali, in
quantum, ſcilicet iactator intendit, ꝙ per
ſuam iactantiam gloriam conſequetur. Et
ideo ponitur etiam a Greg. filia inanis glo
riæ ratione finis, vt no. Alexan. de Ales. 2. 2.
titulo eodem.

1 Vtrum Iactantia ſit peccatum morta-
le? ℞. vt colligo ex Alex. & Th. vbi ſupra,
quòd ſic quadrupliciter. Primi duo modi
ſunt, inquantum conſideratur ex ſe. Secun
di duo, inquantum conſideratur ex cauſa,
vel fine, Primò eſt mortale peccatum, qñ
iactator profert, quod eſt contra gloriam
Dei, ſicut ille, de quo Exech. 28. Eleuatum
eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, ta-
les ſunt, qui iactant ſe ſuis meritis habere
aliqua dona Dei, vel a ſe habere, vel illi, q
de peccatis mortalibus, quæ fecerunt, vel
non, iactant ſe, vt ſtrenui videantur, vel ẽt
laudant alios, & iactant de peccatis mor-
talibus, quæ fecerunt, vt no. gl. in cap. Sunt
plurimi. 6. q. 1. Secus eſſet de veniali, [d] qa
non eſt cõtra deum. Secundò eſt peccatum
mortale,

[a] Humilitas] De humilitate, vide S. Th. 2. 2. q. 151.
[b] De exẽplo imitãdæ humilitatis D. N. Ieſu Chr̃i, Cat. in art. fidei, Paſſus ſub Põ. Pila. c. poſtremo. Diu. Amb. d̃ offi. lib. 1. c. 18. P. V.
[c] Iactãtia] Eſt vitiũ, quo qs ſe extollit ſup illud, qđ eſt, vel qđ homines opinãtur, de eo vide S. Th. 2. 2. q. 112. cũ ſeq.
[d] Imitar̃] Et vid̃ Arc. flo. 2. par. ti. 4. c. 4. in princ. & idẽ dicit, qđ hic.
[e] Veniali] Sicut ſi qs laudaret aliquẽ, vľ ſeipsũ de mẽdatio iocoſo, vel officioſo &c.



mortale, qñ iactantia eſt
contra charitatẽ proximi,
ſicut cum quis iactando ſe
prorumpit in contumeliã
ꝓximi, ſicut phariſęus, Lu.
18. non ſum ſicut cęteri, ve
lut & hic publican⁹; aliàs
aũt iactare ſe de eo, quod
non eſt ꝯ gloriam dei, vel
charitatẽ proximi, ex ſe eſt
veniale. Tertiò eſt mortale
peccatum, qñ procedit ex
tali ſuperbia, vel vanaglo-
ria, quæ ſit mortale pecca-
tũ. Si verò nõ erit mortale
peccatũ talis ſupbia, vana-
gloria, ſic nec iactãtia ex eis
procedens. Quomodo autẽ
ſuperbia, vel vanagloria ſit
mortale, vide, ſuperbia, &
vanagloria. Quartò ẽ mor
tale, qñ ꝓcedit per appeti-
tũ lucri in dãnum proximi
notabile, ſicut cum quis ſe
iactat magnum medicum,
aduocatum, peritũ, multas
ſanitates facere, ſicut Cera
tani, & huiuſmodi, qui fal
sè in nocumentum proxi-
mi ſe iactant; ſecus, ſi non
eſſet in nocumentum pro-
ximi, qa eſſet veniale pec-
catum. Intellige ẽt, ſi ſit no
cumentũ alicuius importã
tiæ, qa id, qđ minimũ eſt,
rõ apprehẽdit quaſi nihil.
2. ph. niſi intenderet etiam
nocere in multo, ſi poſſet.

2 Vtrũ iactantia poſſit eſ
ſe in factis, ſicut in dictis?
℞. propriè nõ, ſed ęquiua
lenter ſic, ſicut cum quis [a]
in veſtibus, in equis, in do
mibus, in conuiuijs, in familia, in pulchri-
tudine, & huiuſmodi, vt appareat diues
de magna domo, & nobili proſapia, & hu
iuſmodi, & ſic erit mortale peccatum, ſi-
cut iactantia in dictis, ſi prędicta, quæ fa-
cit ſint contra gloriam Dei, & charitatem
ꝓximi, vel ex ſuperbia, & vanagloria mor-
tali, vel in deceptione proximi.

ICONOMVS [b] dicitur, cui res eccleſiaſti-
ca gubernanda mandatur, vt 89. di. quia
in quibuſdam. facit. l. iubemus, C. de ſacr.
ſan. ec. & idem eſt iconomus, quod ſindic⁹,
& debet eſſe clericus, non laicus, vt patet
in d. c. & c. iudicatum, ibidem, & in c. quo
niam in quibuſdam. 16. q. 7. de quo dic, vt
j. laicus. §. 1. Sed aduerte, ꝙ eſt differentia
inter actorem, procuratorem, & ſindicũ,
ſeu iconomum ſecundùm glo. in c. ſi quis
erga epiſcopum. 2. q. 7. quia actor conſti-
tuitur a nõ domino, & autoritate iudicis,
& ad pręſentes lites tantũ, procurator ve-
rò ſemp a vero dño ꝯſtituit̃, ſiue ad vnam
litem, ſiue plures, ſiue pñtes, ſiue futuras.
Sindicus aũt, ſiue iconomus ab vniuerſita-
te ꝯſtituitur, ſeu a collegio, & ad vnã cãm,
& plures & pñtes & futuras, & autoritate
epi. de iura. cal. c. imperatorũ. in fi. canõ tñ
oẽs adminiſtratores eccleſię vocat ꝓcura
tores. 1. q. 3. ſaluator. vide gl. ibi. in verſi. in
ſubiecto, & in d. c. imperatorum, cũ ſuis al
legationib. tenet tñ Pau. in d. c. imperatorũ
ꝙ ſi ad vnam certam cãm ſolùm conſtitui
tur, quia eſt res modici præiudicij, ꝙ põt
fieri ſine autoritate ſuperioris, aliàs non.

IDVLIA [c] eſt quędam reuerentia, ſiue
adoratio, de qua ſupra adoratio ꝑ totũ.

IEIVNIVM [d] ſ̃m S. Bo. in 4. di. 15. parte. 2.
ar. 1. q. 4. dicitur communiſſimè pro ab
ſtinentia ab oĩ mortali, Iſa. 58. nonne hoc
eſt ieiunium, quod elegi, diſſolue colliga-
tiones colli tui. Et de conſ. di. 5. ieiunium il
lud magnum, & generale &c. Dicitur etiã
cõiter oĩs afflictio, q̃ conſiſtit in vigilijs, fla
gellis, & diſciplinis [e] ꝓpriè ãt dr̃ ieiuniũ
afflictio carnis per ſubtractionẽ cibi, & po
tus [f] facta ſ̃m inſtitutionem eccleſię. Et ſic
diffinitur ieiunium ſ̃m Gof. eſt ſubtractio
prandij, & poſt cęnã cuiuslibet cibi priua
tio vſq; in diẽ ſequentẽ, & abſtinentia a car
nibus, & trahentibus ſementinã originem
ab ipſis, vt a lacte, caſeo, & ouis. Elicitur
hęc diffinitio. 4. di. c. denique, & ponitur a
Pa in rub. de obſeruatiõe ieiuniorũ. ꝓ cui⁹
declaratione quærunt̃ dubia infraſcripta.

1 Vtrum ſit aliqua hora determinata, in
qua in diebus ieiuniorum ſit comedendũ?
videtur ꝙ ſit cœna, ibi, Poſt cęnã, ergo vſ-
que ad cœnã eſt abſtinendum [f] ſed breui
ter notandum eſt, quod in iure nulla ho-
ra

[a] Cũ qs] De his vide ĩ ſum. Arc. Flo. tit. 4. & c. 4. vbi pulchrè.
[b] De œconomo inſtituendo ſede epali vacãte Tri. Sin. ſeſ. 24. c. 16. de ref. P. V.
[c] De Ieiunij virtute Tri. Cõ. ſeſ. 12. & 15. de delectu cibo vbi cõmẽdatur. Huc adde q̃ ſ. annotata ſunt ad vocẽ Gulæ. Petrus Ven.
[d] Et diſciplinis] Vel abſtinentijs ab aliquo delectabili. Aliud dr̃ ieiuniũ, ſ. moderata refectio, de quo de conſecr. diſ. 5. ſint tibi, & c. nõ dico. Et hoc quolibet die implendum eſt, & tangit Ric. in 4. di. 15. ar. 3. q. 6.
[e] Et pot⁹] Illud ieiunium a dño fuit inſtitutum ĩ paradiſo, vt patet Gen. ſecũdo, & poſtea ſanctificauit illud. 40. dieb. & 40. noctibus, & dr̃ ieiuniũ a quodã inteſtino ſic vocato, qa vt plurimum eſt vacuum, & exinanitum.
[f] Abſtinẽdum] Qđ gl. in ca. ſint tibi, de conſ. diſ. 5. damnat, dicẽs per illũ tex. quotidie prãdere, vnde, inquit, nõ dẽt ꝑ totũ diẽ abſtinerẽ, niſi fortè qđ faciũt Sarraceni.

ra eſt determinata pro cõmeſtione in die ieiunij, niſi ſolùm hora veſperorũ tempore quadrageſimali, vt in c. ſolent, de conſec. diſt. 1. quæ ideo deputata eſt, vt ſicut celebratis veſperis nõ reſtat aliud officiũ diurnũ, ſic fictione iuris videamur 40. dies ieiunare, de quo ꝑ Archi. in d. c. ſolẽt, & ꝑ Ia. in rubrica de obſer. ieiun. Et ideò ſeruãda eſt ꝯſuetudo circa horã comeſtiõis, quę cõiter eſt ĩ hora nonę, vel circa, ſm Ar. ĩ d. c. ſolet.

2 Sed nunquid frangit ieiuniũ, qui ante pręfatam horam manducat? ℞. videtur ꝙ ſic in 40. ꝑ tex. in d. c. ſolent, quod dicit, ꝙ non ſunt credendi ieiunare, q ante, quã veſpertinũ celebretur officiũ, mãducant in 40. ſed non credo etiã in 40. frãgat ieiuniũ, q ante ſtatutã horã comedit, ẽt ſi ꝑ notabile ſpaciũ ꝑueniat, niſi faceret ĩ fraudẽ ieiunij, qa ſiquis attẽdat ad verba pręfati. c. ſolẽt. poti⁹ loquiṫ de ꝑfectione, ꝗ de autoritate, & licèt gl. in ver. ieiunãtib⁹. 25. d. §. aliàs ea demũ, teneat, ꝙ ſit peccatũ mortale ante horã comedere, a tñ. c. 1. de conſe. di. 4. quod allegat b ꝓ ſua opinione, nihil facit pro ea. Melius fortè faceret pro ea. c. vtinã omni tpe. 76. d. ſm gl. ibi, qđ ĩnuit ꝯſuetudinẽ patriæ ęſtimandã legẽ, quod qdẽ admitterẽ, qñ talis cõſuetudo eſſet introducta ea mẽte, vt frãgeret ieiuniũ, q ante ꝑdictã horã comederet. qđ quidẽ nõ credo, niſi (vt dixi) qñ in fraudẽ ieiunij fieret. Et ideò cõcludo cũ Au. in d. §. aliàs ea demũ, ꝙ quotiẽs qs corpore ſanus alijs ieiunãtib⁹ prãdere voluerit, ſ. ante horã, qđ ẽ peccatũ veniale, & ſic tene. Si verò ex cã rationabili, nullũ peccatũ erit, quod quidẽ tenet ẽt In. in pręfata rubrica; Et ſic dicit debere intelligi. d. c. ſolẽt. aduerte tñ ſecũdũ doctrinã. S. Th. in 3. di. 15. ꝙ vbi hora comedẽdi in die, quando non ieiunatur, eſſet hora tertię. in die ieiunij hora comedendi eſſet ſexta, vnde dicit, quòd quia ieiunium eccleſiæ debet eſſe pęnale, & ſatisfactorium, ideo ſupra tempus communiter comedendi aliquid additur. Non autem tantum, quòd penitus humor cibi aſſumpti exiccetur, aut virt⁹ naturalis debilitetur, vnde paruo reſiduo tempore. ſ. a ſexta, vbi cõiter ſumiṫ cib⁹, nona occurrit, in qua cibus ſm inſtitutionẽ eccleſię ſumendus eſt in dieb⁹ ieiunij hęc ille. Ex quo patet, ꝙ ſi eſſet tertia veniret. 6. c qđ bñ no.

3 Vtrũ plus quã ſemel comedere ſit frangere ieiuniũ? ℞. ꝙ varia fuit docto. opinio Gof. & cõiter theologi in. 4. ſen. tenet ꝙ ſic, ſi comedaṫ ꝑ modũ cibi. Et ideò indiffinitiuè dicitur, Cuiuſlibet cibi priuatio. Secus ſm eos, ſi aliqdo ſumereṫ ꝑ modũ medicinę, ſicut ſunt electuaria & hmõi. Et ſm In. in rubrica de obſer. ieiu. ſolũ licẽt ꝓ remouenda infirmitate, vel fugiẽda. Sed pro ꝯſeruanda ſanitate, vbi nõ eſt ſignũ infirmitatis, non licet, niſi quatenus licet vti alijs cibis, Alij tenent, ꝙ nullo iure caueṫ, ꝙ ſolũ ſemel in die ieiunij comedamus. Et propterea dicũt licere pluries in die comedere ſine fractione ieiunij dũmodò fiat ex rõnabili cã d ſm ꝯſuetudinẽ illorũ, inter quos viuit. huius opinionis vṙ fuiſſe Pa. in pręfata rubrica. Ratio ſm eũ, quia cum nõ habeamus ius ſpecificũ, recurrendum eſt ad cõſuetudinẽ loci. Facit. c. vtinã. 79. diſ. & ad dictũ Ho. ĩ. c. 2. eo. ti. q dicit, ꝙ cõſuetudo in ieiunijs indictis ab eccleſia nihil põt facere, Dicit verũ, qñ ꝯſuetudo ex toto aufert ieiunium, e & non habet rationabilẽ cauſam in ſe, ſed fuit inducta, vt homines ſe ventri dedicent propter tẽporalia gaudia: aliàs ſecus, vt nota. gloſſa in. d. c. 2.

Et

a Ante horã comedere] Dicit etiã Rica. in 4. diſtinct. 5. ar. 3. q. 6. in corpore, ꝙ pręuenire notabiliter horã comeſtionis eſt frãgere ieiuniũ, ſecundùm inſtitutionem eccleſiæ.

b Quod allegat] Nõ allegat hoc. c. ſed d. c. ſolẽt, & de conſe. d. 5. quinque modis. Et facit. d. text. in ver. tempora præuenit.

c Veniret 6.] Pa. in d. rubri. dicit in ieiunijs eccleſiaſticis alijs à quadrageſima, cũ non ſit hora præfixa ab eccleſia, communiter tenetur, vt hora nona ſumatur cibus; & ita habẽt homines in obſeruantiã generali; ſed placet vt conſuetudo ſeruetur.

d Ex rationabili cauſa] Ric. tamen in. 4. d. 15. ar. 3. q. 7. in corpore in fi. dicit, ꝙ de determinatione eccleſiaſtici ꝑcepti eſt comedere ĩ die ieiunij ſemel tãtũ in die naturali. Et ibidem ad ſm dicit, ꝙ quamuis aliqui dicãt ꝙ bibere vinũ in mane, vel ceruiſiã, & comedere electuaria infero delectationis cauſa frangãt ieiuniũ, Credo tamen cõtrariũ, quia licèt aliquo modo nutrant, non eſt tñ principalis vſus eorum, aliàs frageret ieiunium bibẽdo vinũ, vel ceruiſiam in collatione, quia aliqđ habẽt de nutrimẽto. Hęc ille quaſi verbaliter.

e Aufert ieiuniũ] Vnde, quãdo conſuetudo interpretaṫ, qualiter ſit explendum ieiunium, benè valet, quia eſt optima legũ interpres, c. cum dilectus, de conſuetudine.



Et proptereà dicit idẽ Pan. putarem, ꝙ aliquid comedere pro collatione de ſero magis ad ſubſtentationem naturę, quàm ad delitias, non ſit peccatum, nec frangeret ieiunium, dummodo fiat ſm conſuetudinem loci, & tẽperatè; hæc ille. facit pro hoc, qđ not. Innoc. in d. rubr ꝙ prandere pluries in die ieiunij eſt ꝑ conſuetudinẽ approbatã eccleſię: & ſic videtur ſentire, ꝙ non ſit de iure ſpecifico. Item Inn. dicit ibidem, ꝙ Ciſtercienſes fecerunt ſtatutum, vt ſeruiẽtes alijs aliquid ſumant in die ieiunij, & licitè. Item ꝙ ſeruientes dominis, qui faciũt credentiam, a non frangũt ieiunium. Mihi verò videtur, ꝙ opinio, quæ tenet, ꝙ ſolùm ſemel debeamus comedere, ſit verior, ſi non verba, ſed mẽtem legis volumus amplecti, in ca. quadrageſima, b de conſ. di. 5. Et ideo concludo, ꝙ comedens plus, quã ſemel in die aliquid eorum, quæ communiter in cibum ſolent ſumi, vt panẽ, fructus, & hærbas (quia etiam ſancti hærbis vſi ſunt pro cibo) frangat ieiunium, c niſi comeſtio ordinetur poti⁹ ad medicinam, quàm ad cibum reſpectu intentionis comedentis, & principalitèr ex modo, & quantitate ſumptum ad id ordinetur, licèt conſequenter aliqualiter nutriat, vtpura quia indigens potu, & timens, nè dilauet ſtomachum, & noceat, aliquid ſumit, ſiue ſit electuarium, ſiue etiam panis, vel fruct⁹, & huiuſmodi pro euitando nocumento potus, non ad ſuſtentationem, quòd nõ frangat ieiunium. nec reſtringo me ſolùm ad electuaria (vt quidam) ſed (vt dixi) ad panẽ, fructus, & quodcunque aliud, quod ſumitur per modũ medicinæ, ar. c. ad eius. 5. diſt. & hoc etiam videtur tenere Pet. de Palu. in quarto. d Conuenientius tamẽ eſt a pane abſtinere, cum ſit principalior cibus in vſu, niſi ſit alteratus, e & niſi ſit carentia alterius rei. nec ob. ꝙ talia nutriant, quia ſm Tho. in 4. diſt. 15. eccleſia non attendit in ſtatuendo id, quod quocunq; modo nutrire poteſt, ſed id, quod principaliter ad nutriẽdum ordinatum eſt, hęc ille. Et ſic tene, quia finis legis non fruſtratur ex huiuſmodi ſumptione.

4 Vtrum pluries bibere vinum, vel aquã frangat ieiunium? Reſpon. Innoc. in prædicta rubrica quòd non, ſiue ante paſtum, ſiue poſt. Poſſet tamen ſecundùm Ricar. in quarto, diſtinct. 15. artic. 3. quęſtio. 7. frangere ieiunium, quando vellet quis in mane bibere vinum, vel ceruiſiam non ad extinguendum ſitim, ſed famem. Similiter etiam non frangit ieiunium, qui etiam ante paſtum comedit ficus, aut polẽtam, aut aliquid huiuſmodi per modum medicinæ, nè deficiat in die ieiunij ſecundùm Petrum de Pal. in 4.

5 Quibus cibis frangitur ieiunium? Reſp. ſecundũ Ric. vbi ſupra, f ꝙ per eſum carnium, & ſic tranſeunt communiter doc. in pręfata? ℞. Arch. in c. rogationes, de conſ. diſt. 4 Facit, d. c. denique, & c. cõſilium, eo. titu. De ouis verò, & caſeo, & alijs lacticinijs Goffre. in pręfata diffinitione videtur tenere, ꝙ ſimiliter frangant. Innocen. in præfata rubrica dicit, ꝙ poteſt ſtatui, vt propter penuriam piſcium vtamur iſtis g lacticinijs in alijs ieiunijs præter quadrageſimam. Tu dic ꝙ cum non habemus tex. expreſſum, qui oua, & lacticinia prohibeat niſi ſolùm in quadrageſima; vt in d. c. denique, ꝙ conſuetudo ſeruanda eſt in alijs ieiunijs extra quadrageſimam, ſecundùm Ricar. vbi ſupra. quæſtio. 5. & Pan. in d. rubrica. Facit d. capitu. vtinam, & eſt cõmunis opinio. Et ideo poſſunt comedi, vbi cõſuetudo eſt in omnibus ieiunijs pręter quadrageſimæ ieiunia; aliàs non licet, non tamẽ dicerem frangere ieiunium, qui

a Qui faciũt credentiam] Etiã ſi carnes guſtarẽt.

b Ca. quadrageſima] Qđ ſm Pa. facit, vt alijs diebus, ꝗ dominicis, ſemel comedamus ĩ ieiunijs.

c Ieiunium] Idẽ tenet Ri. in 4. di. 15. ar. 3. q. 6.

d Pet. de Palud. in 4.] Qui dicit ſicut ſi quis non ꝓp famẽ, vel voluptatem, ſed ꝓp timore, nè deficiat ꝓ anxietate die ieiunij, ficus, aut polentã prælibaret, vel huiuſmodi ante comeſtionẽ ꝑ modum medicinæ, ſic nõ eſt fractio ieiunij. & dicit Dire. ſecundùm quoſdã poſſe circa ieiunia eccleſiæ ſtatui, ꝙ bis, ſed parũ comedatur ĩ die. idẽ dic de portantib⁹ encenia, dum prandẽt, licèt ĩtermittant comedere, de his ĩ. §. 6.

e Alteratus] Rõ aũt ſecundũ Th. 2. 2. q. 147. qa potius ſumitur magis ad alterationem corporis, & digeſtionẽ ciborum, ꝗ ad nutritionem, licèt aliquo mõ nutriat. poſſunt tamẽ immoderatè bibentes peccaṙ, & meritum ieiunij ꝑdere, ſicut etiam immoderatè comedentes.

f Ric. vbi ſ.] q. 5. vbi ſup. & q. 6. vbi dicit comedendo cibos, qui cõiter interdicũtur, eſt frangere ieiunium.

g Iſtis] Vide Archi. poſt Tho. in d. c. Rogationes.

etiam comederet oua, [a] & lacticinia extra quadrageſimam, vbi conſuetudo non eſt, qñ nõ per guloſitatem, ſed ex aliqua rationabili cauſa faceret, nota etiã ſm Hoſt. in ſum. eo. ti. ꝙ cuicũque conceditur vſus ouorũ, & caſei intelligitur ꝯceſſum, ꝙ etiam poteſt vti ſagimine, i. lardo, [b] ar. cap. præsbiter. 82. di. & ibi gl.

6 Vtrum ieiunium cadat ſub præcepto? ℞. ſm Ri. in 4. di. 15. ar. 3. q. 2. 3. & 4. q̃a ieiunium aliquando accipitur largisſimè, prout eſt actus naturæ, & ſic quilibet ieiunatante, quã comedat, & iſto modo nec eſt actus virtutis, nec de præcepto. Secundo modo accipitur largè, prout eſt act⁹ virtutis abſtinentiæ, ſ. frænare delectationes guſtus ꝑ cõparationem ad cibum ſm regulam rõnis, ſiue ſemel comedat ĩ die, ſiue pluries. Et ſic cadit generaliter omnibus ſub pręcepto, [c] non intelligas tamẽ, ꝙ ſemper mortaliter peccet, quando excedit, ſed ſolùm quando ratio virtutis totaliter extinguitur, & hoc eſt in caſibus, qñ gula eſt mortalis, de quo vide ſupra, Gula. Tertio modo accipitur propriè, prout abſtinemus etiã ab illis, quibus vti poſſemus, ſaluo actu virtutis, & ſic accipitur in diffinitione præmiſſa, & omnibus ſuperioribus, & ſecũdùm communem intelligentiam vocabuli, & iſto modo cadit ſub præcepto in duobus caſibus, ſ. quando ex iuramento quis, vel ex voto ſe obligauit. Secũdò qñ ex præcepto ei indicitur ab eccleſia, vel ab alio prælato. Facit. d. c. vtinam, & de conſe. di. 5. c. ieiunia.

7 Sed quæro, qñ & quibus diebus ieiunium indicitur ab eccleſia? ℞ ꝙ infraſcriptis temporibus. Primò quadrageſima tota, exceptis diebus dominicis, vt in c. quadrageſima, de con. di. 5. vbi dicitur, ꝙ ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, & incipit in quarta feria, quæ præcedit primam dominicam quadrageſimæ quò ad ſœculares, vt in d. ca. quadrageſima. Quò autem ad clericos incipit ſecunda feria poſt dominicam quinquageſimæ, vt in c. denique. 4. di. Sed communiter tenetur, ꝙ eſt conſilium, non pręceptum, ſed ſolùm in quarta feria prædicta. Secundò quatuor tempora, vt in c. ſtatuimus. diſt. 76. Statuimus, inquit, vt quatuor tempora anni ab omnib⁹ hominibus cum ieiunio obſeruentur.

Prima tempora cadunt in quadrageſima, ſcilicet quarta feria, & ſexta, & ſabbato poſt primam dominicã quadrageſimæ. Secunda cadunt quarta, & 6. feria, & ſabbato poſt pente. Tertia cadunt. 4. 6. feria, & ſabbato poſt exaltationem ſanctæ crucis. Vltima cadũt. 4. & 6. feria, & ſabbato poſt feſtum ſanctæ Luciæ, vt patet. in c. de ieiunio. 76. di. & per totum. Tertiò omnes vigilię duodecim apoſtolorum ſunt in obſeruatione ieiunij celebrandæ, pręter vigilias apoſtolorum Philippi, & Iacobi, & B. Ioannis euangeliſtæ, vt dicit tex. in c. conſilium noſtrum, eo. ti. in prin. & ſunt hę. ſ. Vigilia ſancti Mathiæ, Petri, & Pauli, Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Iudæ, Andreæ, & Thomæ. Quartò vigilia aſſumptionis [d] dominæ, vt in c. 1. e. ti. Quintò vigilia Natiuitatis Domini noſtri in d. c. Sextò vigilia omnium ſanctorum, & ſancti Ioãnis Baptiſtæ, & ſancti Laurentij ſecundũ Inn. vbi ſupra, & cõiter doc. nullo tamen iure inuenitur expreſſum, ſed ratione conſuetudinis hoc dicunt, quia vt dicit Ri. in 4. diſ. 15. ar. 7. q. 8. ſi in aliqua regione eſt aliqđ ieiunium conſuetum, quod tamen non eſt pręceptum per ius ſcriptum, nihilominus obſeruandum eſt ab exiſtentibus ibidem. Facit pro hoc. c. conſuetudo, diſt. 1. & c. eccleſiarum, & c. in his rebus. 11. di. ſed dico ego verum, quando conſuetudo habet omnia requiſita, de quibus ſupra, conſuetudo. Septimò vigilia pentecoſtes, vt 76. di. c. de ieiunio, & licèt Gratianus teneat, ꝙ ſit de conſilio,

a Qui etiam comederet qua ] No. ꝙ quantò cib⁹ eſt delicatior, ſiue præcioſior tẽpe Ieiunij, tãtò minus licet, cap. denique. 4. di. ex quo videtur dicendum de vtentibus confectionibus. Dicit etiã Roſel. referendo Archie. Florẽt. ꝙ excuſatus a ieiunio tẽpore quadrageſimali, ſi vtitur lacticinis, vel carne ex voluptate, vel incuria, peccat mortaliter, quia facit contra præceptum eccleſiæ, Idem in alijs diebus ieiunij eccleſię ſine cauſa legitima.

b Ideſt lardo ] De hoc Pan. poſt gl. in c. admonere. 33. qõ. 2. & in ca. ꝓpoſuiſti. 82. di. Pa. in c. cõſuluit, de Iudæis.

c Omnibus ſub præcepto ] Item inquantum pertinet ad neceſſitatem coertionis peccati, vel ſatiſfactionis in pœnitentia, vel eleuationem mẽtis ad ſpiritualia ſecundùm Tho. 2. 2. quæſt. 147.

d Vigilia aſſumptiõis ] Dicit Pa. in d. rub. ꝙ in iure non reperitur aliud feſtum dominæ noſtræ habens vigiliam in præcepto, nã hoc feſtum eſt alijs celebrius, c. ſi. de ſen. exc. li. 6.



conſilio, in §. neceſſario, ea. di. Tamen verius videtur, ꝙ ſit de præcepto ſm gloſ. Io. ibidem in d. §. Et patet euidẽter in d. c. de ieiunio.

8 Quid ſi vigilia aliquarum pręfatarum ſolennitatũ veniat in dominica? Reſ. ꝙ in Sabbato pręcedenti ieiunanda eſt, vt in c. 1. & 2. de obſerua. ieiu.

9 Quando debet celebrari vigilia ſancti Mathię tẽpore biſexti, vide ſupra, biſextus.

10 Sunt & aliæ vigilię, ſeu ieiunia indicta ab eccleſia, ſed non de præcepto, vt cõmuniter tenetur, ſcilicet aduentus domini, de quo in d. c. conſilium, & rogationes, de quibus in c. rogationes, de conſec. diſt. 3. item. 4. & 6. feria, vt ĩ c. ieiunia, ea. di. & ſabbata omnia, vt in c. ſabbato. ea. di.

11 Vtrum ieiunia indicta de ꝑcepto ab eccleſia poſſint transferi de die in diẽ? ℞. ſm Inn. in pręfata rubrica ꝙ ſic, ſicut dicitur fieri ĩ Francia, vbi ſunt eccleſię ſancti Quintini, vbi vigilia omnium ſanctorum ieiunatur tertio die pręcedenti. [a] Limitat hoc Panor. in d. rubrica, dummodo fiat autoritate epi̅, ar. c. 2. de obſer. ieiu. in fin. & bene.

12 Vtrum pręfata ieiunia de præcepto ab eccleſia posſint redimi, vel in aliud commutari? Reſ. Innõ. vbi ſupra, ꝙ non niſi cã, vel neceſſitas in ieiunante ſubſit, [b] quod intelligo ab inferiore a papa. Secus eſt de ieiunio voti, vel pœnitentię, de quo ſupra, confesſio. 6. § 4. & infra, Votum. 4. §. 2.

13 Vtrum omnes teneantur ad ieiunia indicta ab eccleſia de pręcepto? ℞. Inno. vbi ſupra, ꝙ ſic omnes, qui ſunt ſanæ mentis, doli capaces, & potentes ad ieiunandum, cum peccare posſint, & peccata deflere, vt in c. 1. de delic. pue.

14 Vtrum ſemper peccent mortaliter pręfati, quando ſoluunt ieiunia eccleſię, quæ ſunt de præcepto? Reſ. gl. in §. aliàs autem ea demum, in ver. plus accipit. 25. di. & cõmuniter doc. tenent quòd ſic, ſi ſine rationabili cauſa quis ea ſoluat, do. Car. in c. 2. de obſeru. ieiu. tenet ꝙ non, niſi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, vtputa q̃a nõ vult ſe ſubijcere præcepto ſuperioris. Et dicit hoc tenere Archid. in d. §. Aliàs. Sed Arc. ibidẽ recitat Io. de Fantu. hoc tenentem. Sed ego diſtinguo ſecundùm ꝙ infra dicam, inobedientia. in princi.

15 Quę ſunt rationabiles cauſę excuſantes a ieiunio? Reſpond. vt colligo ex Ricardo, vbi ſupra, ar. 3. q. 4. cum quo concurrunt communiter doc. ꝙ ſunt. 5. Prima ætas, vt ſunt pueri, qui ( ſecundùm aliquos) vſque ad pubertatẽ excuſantur a ieiunio, ar. cap. ex literis, de deſpon. impube. vel ſecundùm alios vſque ad plenam pubertatem, quæ eſt in. 16. in muliere, & in 18. anno in maſculo, aut ſecundùm alios vſque ad. 25. annum, arg. l. ſi quis aliquid, C. de his qui ve. æta. impe. Ho. in c. 3. de obſeru. ieiu. & communiter theolo. tenent ꝙ vſq; ad vigeſimum, [c] alij vigeſimumprimum, de officio delegat. Intellige, quòd non tenentur ad omnia ieiunia, ſed benè ad aliqua eis commenſuranda ſecundũ augmentum & propinquitatem ad dictũ vigeſimũ primum annum, ſecundùm Tho. in 4. diſt. 15. Proptetea dico hoc remittendum arbitrio boni viri, vt pẽſata qualitate ętatis ita iudicetur, ar. ca. de cauſis, de of. delegat. & idem dico de ſenibus, licèt quidam dicant eos non teneri poſt annos. 55. ar. l. 2. §. fi. ff. de decurio. in text. & in gloſſ. ibidem. vbi excuſantur a muneribus perſonalibus poſt 55. annum, excepto a tutela, & cura a quibus ſolùm excuſantur. poſt. 70. annum. C. qui æta. l. vnica.

Secũda infirmitas, quia in eis natura debilis eſt, & cibum neceſſarium in vna vice ſi ſumerent, noceret, & idem dico de debilibus eadem ratione.

Tertia laborioſitas, ſicut in illis, qui laborando victum acquirunt, ſeu ratione itineris, vel alio modo non poſſunt ſimul cũ labore ſufferre ieiunium. aduerte tamen, quòd intentio maioris lucri non excuſat ſecundùm Aſten. ſimiliter non excuſantur.

a Tertiò die pręcedenti ] Ex quo infert Pan. in d. rub. 6. q. ꝙ idem poſſet fieri, quãdo accidit ieiuniũ in feſto principali alicuius ciuitatis, vel loci.

b In ieiunante ſubſit ] Vt puta debilitas perſonę ſuę proueniat ex defectu naturæ, vel exercitio exteriori, vt ĩ a. grimeſſorib⁹ &c. Vide de hoc Pa. in d. rub. 5. q. q̃a. n. tales longo debilitãtur labore, non poſſunt ita cõmodè ieiunare. Vnde licitè ſit eis commutatio. ar. ca. præsbiter. 82. di. in fi. & gl. ibi debet reſtringi ad caſum illi⁹ c. vide etiam in. 15. vbi ponitur, qui excuſantur.

c Vſque ad vigeſimum ] Sicut ante hanc ætatem erant apti ad pugnam, num. 2. ſic nec ad ſpiritualẽ pugnã. Itẽ quia talis ætas indiget cibo frequẽtato.

tur, qui nolunt conducere operarios, niſi ieiuniũ ſoluant, niſi cauſa ſit neceſſaria [a] ſm̃ Aſten. quæ feſtinãtiã requirit. Quarta mendicitas, quando cibum neceſſarium in vna vice habere non poſſunt. Quinta qualitas mulieris prægnãtis, aut nutriẽtis, ex appetitu extraneo, aut nutrimento fætus nõ poſſunt ieiunare ſine periculo vel earum, vel fætꝰ, ſeu pueri, non ſolùm excuſantur, imo tenentur ſoluere ieiunium ſecundùm Rodo. vnde dicit ſanctus Th. in 4. di. 15. ꝙ ſubtractio cibi per ieiunium, ſi impediret ea, quę neceſſariè ſunt agenda, cum quibus conuiuit ex ſocietate, vel officio tenetur, non eſſet licita, ſed diceretur rapina.

16 Sed nũquid ſeruientes menſis nobilium, aut legẽtes ad menſam religioſorũ qui aliquid prælibãt, nè deficiant in legẽdo, vel ſeruiendo, ſoluunt ieiunium? ℞. Ro. ꝙ non, ſi hoc faciũt poſitis menſis, vel parum ante, ita, ꝙ ꝑꝑ continuationem temporis dici debeat totum vna menſa, idem dicendum de illis, qui iam incæpto prandio portant encenium ad vicinũ, vel aliquid aliud faciunt, & poſtea redeunt ad comeſtionem perficiendam.

17 Vtrum vxores propter prohibitionem virorum excuſentur? Reſpõ. ſecundùm Inn. in Rub. de obſer. ieiu. ꝙ non a ieiunijs indictis ab eccleſia, ſed a volũtarijs ſic 33. q. vl. manifeſtum, credo tñ, ꝙ pręsbiter proprius ꝓpter ſcandalum [b] viri, cui aliquo modo nõ poteſt obuiari, poſſet diſpenſare cũ eis, ar. ca. conſtitueretur, in fi. l. di. quia præceptum iuris poſitiui nõ obligat quẽ eum ſcandalo, ar. 2. capitu. de noui ope. nun. & cap. nihil, de præſcriptio.

8 Vtrum peregrinãtes ex deuotione excuſentur? ℞. ꝙ ſic, ſi talis peregrinatio nõ poteſt differri, & ſimul cum ea ieiunare non pñt. [c] Nec ob. ꝙ præceptum dẽt præponi conſilio, qa ſecundũ Aſten. intentio dãtis huiuſmodi, præcepta non eſt excludere alias pias cauſas, & magis neceſſarias, ſecus eſt de præceptis legis naturæ, quæ prohibẽt hoc, ꝙ ſecundùm ſe eſt malum idem. S. Tho. vbi ſupra, & addit, ꝙ debet fieri cum diſpenſatione ſuperioris, idẽ dic de quacunque alia operatione bona, vtputa obedientia prælatis prædicatione, auditione confeſſionum, & huiuſmodi, [d] ar. cap. non mediocriter, de conſe. diſt. 5.

17 Quæritur, ſi aliæ cauſæ a prædictis poſſint aſſignari, quę excuſent a ieiunio indicto ab eccleſia? Reſpond. quòd ſic multæ. Et ideo tam in præfatis cauſis, quã in alijs eſt notandum, quod ſi cauſa ſit euidens, ex qua nõ poteſt ex toto ieiunare, licitè homo per ſeipſum poteſt frangere ieiunium præſertim conſuetudine [e] interueniente, vel quando recurſus de facili nõ poteſt haberi ad ſuperiorem, ar. præfati. capit. conſilium. Si verò ſit dubia, vel non ex toto tollit facultatem ieiunandi, ſed ſolùm in

parte,

a Niſi cauſa ſit neceſſaria] Refert Roſel. ꝙ factam eſt circa iſtos magna modificatio per do. Eugenium. 4. 1440. qui indulſit, ꝙ artifices laborioſa opera exercentes, & ruſtici, ſiue ſint diuites, vel pauperes non teneantur ad ieiunandum ſub præcepto peccati, & ꝙ abſolui poſſunt, & ꝙ inducãtur ad eleemoſinas, & ad alia bona ſpiritualia.

b Propter ſcandalũ] ſcãdalum aũt poteſt eſſe, ſi propter hoc vir procederet ad facta, puta ad verbera, vel ꝓpter hoc prouocaretur ad blaſphemandum deum, & ſanctos, & huiuſmodi, qđ ſciri poſſet ex retroactis eius factis, tunc ſaluæ ꝯſcientia poteſt talia ieiunia omittere, & obedire marito.

c Non poſſunt] Idem tenet Ric. vbi ſupra, ar. 3. q. 4. circa fi. vide Tho. in 4. diſ. 15.

d Et huiuſmodi] Quid de curſoribus? Dic ꝙ ſi non poſſunt itinerando ieiunare, excuſantur. Nam eorũ vſus eſt neceſſariꝰ dominis, & ciuitatibus, & hoc dum ſunt in itinere, ſecus, ſi quieſcerẽt niſi propter præcedentem laborem indigerent, vel haberent itinerare dẽ ꝓximo.

e Præſertim cõſuetudine] An cõſuetudo non ieiunandi excuſet nõ ieiunantes. Hoſt. in c. 1. e. tit. dicit, ꝙ nihil poteſt ꝯſuetudo in ieiunijs indictis ab eccleſia. Pa. dicit hoc verum, quã do cõſuetudo in totũ tolleret ieiunium, ſecus, ſi interpretaretur, quomodo ſit explendum quò ad cibos, & collationem, & huiuſmodi, quia eſt optima interpres legum, & ſubdit, ſi in ieiunijs ſolennibus papa ſciret, & tolleret etiam conſuetudinem cõtrariam non ieiunantium, ꝙ ipſi non peccarent, & dicit eſſe no. & glo. in d. c. 2. ꝙ valet cõſuetudo ieiuniorum relaxatiua. Idem Pan. ibi, & in ca. vir autem, dẽ ſe. nu. Can. hoc eſt gl. in §. leges. 4. di. vbi dicit, ꝙ non ſufficit conſenſus tacitus, papæ, ſed neceſſariꝰ eſt expreſſus, & licèt toleret, dico, ꝙ multa ꝑ patientiam tolerãtur &c. c. cum iam dudum, de præb. vnde dubito, ꝙ potius ſit corruptela, qa c. quadrageſima, ſe fundat ſuper ius diuinũ, ideo non valet per not. in c. fi. de conſuetu. Item non poteſt dici conſuetudo, cũ oẽs non conſentiãt, qa multi timorati ieiunãt, vide infra, inobedientia, vbi contraueniẽs iuri poſitiuo per cõſuetudinem cõtemnit interꝑtatiuè.



parte, vtputa debilitas, vel peregrinatio, aut labor, & huiuſmodi, debet ad ſuperiorem recurri, qui poteſtatem habet in talibus diſpenſandi ſecundũ Aſten.

20 Quis eſt ſuperior, qui poſſit in hoc diſpẽſare? ℞. Hoſt. in c. conſilium, de obſerua. ieiu. ꝙ eſt Epiſcopꝰ, nec ſufficit licentia ſimplicis presbiteri ẽt ex iuſta cauſa, niſi ſumma neceſſitas immineat, ita; ꝙ ad epm̃ non poſſit haberi recurſus ſine periculo. Rod. aũt dicit arbitrio boni viri limitandum pro quãta neceſſitate ſit frangendum, potius, q̃ per doctrinam generalem. & ſic cum proprius ſacerdos ſit ordinariꝰ iudex conſcientiæ, videtur, ꝙ ipſe poſſit. Ego verò credo, ꝙ ſi loquamur de diſpenſatione, quæ eſt quædam relaxatio iuris, ꝙ tũc pertinet ad epiſcopum ſolum, qui cauſa ſubſiſtente in ieiunare debente poteſt diſpenſare, & in aliud bonum commutare talia ieiunia. Et cauſa legitima eſt debilitas perſonæ, ſiue proueniat ex defectu naturæ, ſiue laboris, ar. dicti. c. conſilium, in fi. Si verò loquamur de declaratione, ſ. vtrum ſit cauſa legitima, vel non, ſic credo ſufficiat illa confeſſoris proprij, qui eſt bonus vir, & etiam conſilium medici, ſed medicus peccat, ſi ſine rationabili cauſa, vt frangat, conſulit, arg. c. quid culpatur. 23. 1. Et ſic intellige Rod.

21 Vtrum non ieiunans vno die teneatur altero die ieiunare? ℞. ꝙ licet text. [b] ca. 1. de obſerua. ieiu. videatur velle, ꝙ ſic, quaſi ſit obligatus ad duo ſcilicet ad ieiunandum, & illo die. Facit etiam ad hoc in ar. c. cum dilecti, cum notatis in glo. in ver. duo ſub hac forma, de dolo, & contu. Tamen per ca. 2. de obſerua. ieiu. ego teneo, ꝙ non tenetur, quia ibi non imponitur frangentibus, vt alio die ieiunent. facit ad hoc not. Inno in c. 1. de cele. miſ. de illo, qui dimiſit officium, ꝙ non tenetur illud reaſſumere, quaſi ſit ſeruitus cuiuſcunque diei, & variaretur ex tempore. Nam ſi teneor pręſtare operas certo tẽpore, & impedior, non ſum obligatus alio tempore, quia non ſunt eædem operę, ſed variãtur ex tempore, vt eſt text. not. in l. ſi non fortem. §. libertus, ff. de cond. inde. Item ſi relinquitur mihi vſusfructus per biennium futurum, & impedior non poſſum petere vſumfructum alterius biennij, quia nõ eſt idem vſusfructus. l. ſi vſusfructus mihi, ff. de vſu, & vſufru. lega. & tex. c. 1. debet intelligi de tranſlatione fienda ex cauſa propter ſolennitatem. hæc omnia ponit Pan. in c. 1. de ob. ieiu.

22 Sed nunquid totiens peccat mortaliter, quotiens comedit in die ieiunij facti ſine cauſa? Reſ. Io. de Neapol. in quol. tenet, ꝙ ſic, quia videtur reduci ad præceptum negatiuum, ſed magis placet opinio Durãdi in 4. ꝙ non, niſi ſemel, niſi comedens nouo contemptu mentis pluries comederet, quia tũc toties peccaret mortaliter. Et hęc eſt cõmunior opinio, aliter obligaretur ad impoſſibile, quia ex quo ſemel ieiuniũ fregit, iam illud non poteſt amplius facere illo die. Et ideo præceptum eſt ſibi factũ impoſſibile. Secus eſſet de ieiunio quadrageſimæ, quia licèt fregerit vno die, poteſt tamen ieiunare, & tenetur altero die, & ſic quot dies omittit in quadrageſima, tot peccata mortalia committit.

23 Vtrũ liceat ieiunare in dñica, & alijs feſtis ſolennibus? ℞. ꝙ ſic, niſi quis faceret quaſi volẽs deuiare a conſuetudine populi Chriſtiani, quia turpis eſt omnis pars, q̃ ſuo toti non congruit, poteſt etiam eſſe illicitum ſm̃ Tho. vbi ſupra, ſi adeo pertinaciter ieiunium teneret, ꝙ non crederet ꝑ deuotionem feſti vtilitatem ieiunij compenſari poſſe. Idem dic, quando ex alia ſuperſtitione hoc faceret.

24 Vtrum ieiunium factum in peccato mortali proſit? ℞. ꝙ ſic quantũ ad obediẽtiam mandati, ſi eſt præceptum ab eccleſia vel ex voto, & huiuſmodi. Secundò valet ad macerationem. Tertio ad omnia alia valet; ad quæ valent opera facta extra charitatem, de quibus infra, Satisfactio. §. ſexto.

25 Diuerſis intẽtionibus ieiunatur, vnde verſus. Abſtinet æger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtꝰ. æger, vel quia nõ pt̃ comedere, vel ꝑꝑ medicinã, egens, quia non hẽt, cupidus, nè expendat. Gula, vt poſtea auidius comedat. Simia, ideſt hipocrita, vt laudetur, virtus, id eſt virtuoſus, vt mereatur.

a Põt diſpẽſare] Imo de cauſis tenetur eps̃ diſpenſare, ar. c. vt cõſtitueret, & c. dño ſancto. 50. di. ita Pa. in d. c. conſilium,

b Reſpõ. ꝙ licèt tex.] vide. ĩ. votum. 4 §. 3.

IGNORANTIA. [a] Alia bona, qua quis ignorat ea quę ei eſſẽt occaſio peccati vt in ca. quãuis, [b] di. 38. Alia neque mala, neque bona qua qs ignorat, q̃ ſcire expedit, & hęc mutiplex ẽ. Alia iuris, alia facti. Ignorãtia iuris, alia iuris diuini, alia iuris canonici, & ciuilis, & de iſtis ſcribit. 38. di. in ſumma, & 1. q. 4. §. vlti. in tex. & in gl. hic autẽ non intẽdo tractare de ignorantia facti, qa hæc excuſat, vt in regula, ignorãtia, lib. 6. ſed de ignorantia iuris, pro cuius declaratione quęruntur plura.

1 Vtrum ignorãtia mala ſit peccatum? Reſpon. quòd aut ignorãtia dicit priuationẽ cognitionis neceſſarię ad ſalutem, & ſic ſecundũ Sanctum Bona. in. 2. di. 22. q. pen. poteſt eſſe dupliciter. Primò ita, quod eſt in nobis, ſed non à nobis, & hoc modo culpa non eſt, & cum non ſimus eius principiũ, in ipſa nec meremur, nec demeremur. Secundò ita, ꝙ eſt in nobis, & ex nobis; & hæc ignorantia eſt culpa, & hęc fit tripliciter. Primo modo, cũ ſumus in via veritatis volũtariè ab ea recedimus in viam erroris nos præcipitantes, Et hæc eſt ignorantia erronea, vt in hęreticis. Secundo modo, cum ad viã poſſumus pertingere veritatis cupimꝰ in tenebris eſſe, Et hęc ẽ ignorantia affectata. Tertio modo, cum ex quadã pigritia, & negligentia non curamus veritatẽ addiſcere, & hęc dicitur craſſa [c] & ſupina. Sed prima maior culpa, quàm ſecunda, & ſecunda, quàm tertia. Et hac dicitur in c. ignorantia. 37. diſt. & in d. §. Si verò ignorantia dicit priuationem cognitionis eorum, quæ non ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſic non eſt peccatum, vt 22. quæſtione, in cap. in quibus rebus.

2 Sed quæ ſunt [d] neceſſaria ad ſalutem ſcire? ℞. ſecundùm Tho. 1. 2. q. 128. quòd omnes tenentur ſcire communiter ea, quę ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta. Singuli autem ea, quæ ad eorum ſtatũ, ſeu officium ſpectant.

3 Vtrum ignorantia excuſet aliquẽ a peccato? ℞. ſecundùm S. Bonau. vbi ſupra. q. vltim. ꝙ ſi tanta ſit, ꝙ priuet rationem voluntarij, & rationem contemptus, excuſat a toto, ſicut eſt ignorãtia inuincibilis, quæ priuat ſimpliciter cognitione iuris, ſicut in furioſo, & in infante, niſi in talem ignorantiam veniſſet ex culpa ſua, quia tunc excuſat a toto, ſed a tanto, de quo dic, vt ſupra, Ebrietas. §. 3. Item dic ſecundùm Tho. in quolib. de eo, qui habet ſufficiens impedimentum, propter quod ſcire non potuit, puta fuit in carcere, vel in terris, ad quas conſtitutio papę non peruenit, & huiuſmodi, ꝙ non peccat faciens contra conſtitutionem. Si verò ignorantia omnino non priuat rationem voluntarij, & rationem contemptus, ſic diſtinguo ſecundũ Ricar. eadem di. & li. ꝙ aut eſt ignorantia commiſſionis, qua quis non vult ſcire, vt liberius peccet, quæ dicitur affectata, & ſic nec excuſat, nec alleuiat peccatum. Aut eſt ratione omiſſionis, qua quis negligit ſcire, quæ tenetur, quę ſatis faciliter potuiſſet ſcire, & hęc dicitur craſſa & ſupina, & hæc excuſat a tanto, ſcilicet quòd non eſt tam graue peccatum, ſed nõ excuſat, quin ſit mortale, ſi eſt circa ea, quæ ſunt præcepti diuini, aut naturæ. 24. quę. 1. ſi quis dederit, [e] & 37. diſt. c. qui ea. Si autem ſit circa ea, quæ ſunt præcepti iuris poſitiui, ſic credo, ꝙ aliquãdo excuſet a mortali ſecundùm eam diſtinctionem, de qua dicam infra, Inobedientia. Et ſecundùm prædictam intellige, quod dicitur. 6. q. 1. quęro, & 25. quæſt. 1. c. ſchiſma, [f] & 32. quæſt. 7. quemadmodum. 28. q. 1. § ex his ſecundo, & eſt ſub c. omnes, & dicitur ibi, ignorantia, quę eſt culpa, nocet.

Ex

a Inſcius eſt hõ, & ſic indiget adiumẽto diuino, Cat. in pra. dom. ver. & ne nos inducas. P. V.
b Quãuis] Glo. ibi dicit, bonum eſt ignorare mala. 32. d. c. hoſpitiolum.
c Craſſa] Qñ qs de facili potuit ſcire, & non curauit indagare. ſicut. n. ſupinus ꝑt videre, q̃ agũtur eleuando caput, & craſſus, qñ reſpiceret ad pedes, ita & ſimiliter ille, qui potuit ſcire, & non curauit, vr̃ eſſe ignorãtia craſſa & ſupina, & not. ꝙ ignorãtia craſſa & ſupina, & latiſſima culpa cõparantur ſciæ, ẽt in pœnis delictorũ, ꝑ hoc ẽ tex. ĩ c. 1. in fi. de ordi. ab epõ, q. renun. epiſc. licèt regulariter ĩ delictis lata culpa nõ ęquiparetur dolo, de quo ĩ c. 2. de cõſ. tũ latiſſima culpa benè æquiparãt, vt c. apoſtolicæ. de cle. exc.
d Cat. in ꝓfatorijs capitib. operis, & in ſingulis eiꝰ partib. P. V.
e C. ſi qs dederit] Exemplũ de eo, q. dat, aut accipit cõionẽ de manu hæretici, neſciens eccleſiã ꝯdicere, qđ poſtea intelligens, dẽt ꝑ vnũ annũ pęnitere; & ſic loquitur de his, q. poſſunt, & negligunt ſcire.
f C. ſchiſma.] Glo. dicit, ignorantia. n. viris nõ excuſat in articulis fidei.



4 Ex prædictis, & ad euitãdum confuſionẽ multorũ, quę circa ignorantiam ſcribũtur, aduerte, ꝙ ſi ex ignorantia quis facit aliquid, quòd non eſt cõtra legem Dei, nec naturę, credẽs non fore prohibitum aliqua lege, cum tamen ſit prohibitum, & talis ignorãtia non eſt affectata, nec craſſa, vel ſupina, puta quia laborat ꝑ virib ꝰ ſcire ſibi neceſſaria, puta ſi eſt mulier, vel ruſticus, mercator, & huiuſmodi, vadit libenter ad prædicatiões, & alia loca, vbi declarantur talia, & facit, qđ communiter faciũt alij de ſua qualitate, & cõuenit facere, Si eſt religioſus, ſtudet libenter, interrogat, & huiuſmodi, quòd talis ignorantia excuſat eum ab omni pœna etiam excommunicatiõis in iure poſita quò ad forum animæ etiam ab omni culpa, per tex. clarum in cap. fin. qui matri. accuſ. poſ. & per rationem, ca. cognoſcentes, de conſ. Abſurdum enim eſſet ad pœnam obligari [a] ignorantem. Facit l. fi. ff. de decre. ab or. facien. Iura verò, quę videntur innuere contrarium, ſundant ſe ſuper præſumptione, vt euidenter colligit glo. in ver. non oportet, in l. 1. C. de interdict. matri. approbata per doc. ibi, & in l. fin. ff. de ritu nupt. & in l. qui contra, [b] C. de inceſt. & inuti. nup. Et magis apertè colligitur ex his, quæ notant in d. c. cognoſcentes, vbi determinatur, ꝙ volens probare ignorantiam ad euitãdam pœnam, ſit audiendus. Hæc non intelligo de prælatis, officialibus, medicis, artificib. & huiuſmodi, qui exercere habent aliqua officia, ex quibus damnum notabile poſſet inferri proximo ex ignorantia, quia nõ debent officia talia aſſumere, niſi ſint ſufficienter inſtructi ad ea exercenda, aliter eis imputatur. [c] Si autem ignorãtia ſit affectata, non euitat pœnam, quia in dolo eſt. Si verò ſit craſſa, vel ſupina, puta quia neſcit, quòd cõiter omnes ſuæ conditionis ſciũt, puta quia prædicatur, ſed ipſe prędicationem nunquam vult audire, vel non curat intereſſe, vbi talia publicè declarantur, cũ tamen commodè poſſit, non euitat pœnã, vt in c. vt animarum, de conſt. li. 6. De iſtis dicitur. 38. di. c. ſi. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque agere bona recuſat, magis diaboli, quàm Chriſti membrũ eſſe oſtenditur, & potius infidelis, quàm fidelis eſſe monſtratur. Si verò id, ꝯtra quod facit ex ignorantia, eſt contra legẽ Dei, tunc diſtinguo, aut expreſſum eſt, & explicitum in lege Dei, [d] vel naturæ, [e] & ſic ignorantia non excuſat a mortali peccato. 16. q. 1. ſi cupis, nec ẽt conſequenter excuſat a pœna iuris diuini, nec poſitiui ſm̃ Scot. in 4. di. 6. q. 8. facit, quod no. gl. in Cle. eos, [f] de conſan. & affi. Facit l. venia, C. de in ius vocan. & §. fin. 1. q. 4. Quod limita quò ad pœnam iuris poſitiui, ſm̃ quod ſupra dixi, Excommunicatio. 7. caſu vltim. §. 2. Si aũt non eſt explicitum, [g] ſed reducibile, maximè cũ ſubtilitate, ſic credo excuſari à culpa, & a pœna illos, qui non ſunt ignorantes ignorantia affectata craſſa, aut ſupina, etenim durum eſſet dicere, ꝙ peccet mortaliter, qui facit ſm̃ ſubtilitatem contractũ illicitum credens licitũ, & huiuſmodi. Facit pro hoc. 15. q. 1. merito, [h] & c. fi. 37. di.

5 Vtrum ignorantia iuris tollat bonam fidem quò ad faciendũ fructus? ℞. ꝙ non, tex. eſt in l. ſed & ſi lege. §. ſcire, ff. de peti. hæredita. Quod limito, niſi ſit affectata, vel craſſa.

Si habet libros de p̄dictis ſortilegijs, vel ſuꝑſtitionib. tenetur eos comburere, alias non eſt abſoluẽd⁹, vt ſupra, Curioſitas. §. 1.

Si obſeruauit dies Aegyptiacos, Vide ſuperſtitio. §. vltimo.

Si dedit poculũ, vt amaretur ab aliquo, vr̃ mortale, quia oĩno ſuperſtitione vtitur.

Si credidit, ꝙ ex conſtellatione cogaẽ qs ad bonum, vel ad malum, vide ſors. §. 3.

Si vſus eſt ſacramentis, vel ſacramentalibus pro danda ſanitate, & huiuſmodi, vide ſacramentum. §. vl.

Si acceptauit duellũ, vel obtulit, vel fuit cauſa, vt fieret, Vide duellum.

Si accepit ferrũ cãdẽs, vel dedit pro manifeſtanda veritate, vide, Purgatio, in prin.

Si eſt hæreticus, vel fautor hæreticorũ, Vide, hæreticus, in prin. & per totum.

Si fuit dubius in fide, vide, hęreticus, in principio, & Infidelitas. §. 10.

Si apoſtatauit a fide, vide apoſta. in prin.

Si fecit actum infidelitatis timore mortis, Ibidem. §. penul.

Si portauit veſtes infidelium, ibidem, ſcilicet apoſtata. §. vlt. & infidelitas. §. 10.

Si nimiam practicam habet cum Iudęis vide Iudæus. §. 1.

Si balneum intrauit cum Iudæis, vide Balneum. §. 3. & Iudæus. §. 8.

5 Circa 2. præceptum. Non aſſumes nomen &c. quomodo intelligatur, habes præceptum §. 4. ex cuius expoſitione ſic formabis interrogationes.

Si vota facta nõ ĩpleuit, vel deliberauit non ĩplere, cũ poſſet & teneretur, peccauit mortaliter, & qñ teneaẽ, vel non, vide Votũ primò, ꝑ totũ, & Votum. 3. per totum.

Si aſſentit impedimento non implendi votum, Vide, votum. 2. §. 12.

Si facta vota ſine determinatione tẽporis nimis tardauit, Votum. 3. §. 2.

Si in caſu, quando obligatur ad vota parentum, non ea impleuit, & quando ſit, vide, Votum. 3. §. 8.

Si impetrauit diſpenſationem voti ſine cauſa legitima, Vide, votum. 4. §. 10. & 11.

Si fecit votum ſciens, ꝙ vouere non poterat, vide, votũ. 2. §. 9. & q nõ pñt, hẽs ibi.

Si fecit votum de re mala fienda, quæ ſit mortale peccatum peccauit mortaliter vouẽdo, & tenetur facere contrarium, ſecus eſſet de re peccati venialis, & quomodo non obligat, Vide, votum. 1. §. 3. & 5. & facit ad hoc, quod no. in c. periurium. §. 1.

Si fecit votũ de re bona, ſed propter malum finem, vide, votum. 1. §. 3.

Si apoſtatauit ab aliqua religione, vel ordine, vide, Apoſtaſia. §. 2. per totum.

Si blaſphemauit deũ, vel ſcõs, vide blaſphemia, & quot modis blaſphemetur, ibi.

Si maledixit deum, vel ſanctos, vide, Maledictio. §.

Si nominauit Deum, vel ſanctos opprobriosè, vel per membra verecunda aduertenter, peccauit mortaliter etiam ſi fecit ex ioco, quia contra præceptum prædictum directè, infra, iuramentum. 3. §. 12.

Si ſacris eccleſiæ fecit aliquod enorme, puta conculcando, vel huiuſmodi, quia mortale eſt contra præceptum prædictum.

Si ſacramenta recepit, vel adminiſtrauit in peccato mortali, mortale peccatum eſt, niſi in caſu, de quo, baptiſmus. 5. §. 10.

Si iurauit falſum, quod credebat verũ, vide, Periurium, in prin.

Si iurauit verum, cum tamen crederet dicere falſum, Ibidem.

Si iurauit falſum ſciens ſe mendacium iurare, Ibidem.

Si iurauit aliquod malum ſe facturum, ibidem. §. 1. & Iuramentum. 3. §. 7. & Iuramentum. 5. §. 1.

Si iurauit in cõi ſermone ſine debita diſcretione, ibidem. §. 2. & iuramẽtum. §. 10.

Si iuramento affirmauit id, de quo dubitabat, vide Periurium. §. 3.

Si iurauit per verbum, credo, quod tamen non credebat, Ibidem. §. 4.

Si credidit contrauenire iuramento, cũ tamen non contrafaceret. Ibid §. 5.

Si iurauit ex metu falſum, ibid. §. 7.

Si induxit aliquem ad iurandum, quem ſciebat falſè iuraturum, vide Iurm. 3. §. 11.

Si iurauit vituperosè per deum, vel ſanctos, Ibidem. §. 12.

Si iurauit non ſm intentionem dantis iuramentum, vide Iuramentum. 4. in princ.

Si non compleuit, quod ſub iuramento promiſit in caſu, quo tenebatur, & quando hoc ſit, habes iuramentum. 5. per totum, & quõ eſt mortale peccatũ non implere, ꝙ iuramento promiſit, habes, Periurium. §. 1.

Si fecit ſe abſolui à iuramento ſine cauſa legitima, vide Iuramentum. 6. per totũ, & de cauſa legitima, quæ ſit, & quis poteſt abſoluere a iuramento.

Si quando tenebatur orare voluntariè, ſe occupauit in his, quæ diſtrahunt mẽtẽ, vide, Horę. §. 17.

Si ſimulauit ſanctitatem, quam non habebat, vide, Simulatio. §. vltimo.

Si adiurauit homines, vel dęmones, aut alias creaturas, vide, Adiuratio, per totũ.

6 Circa tertium pręceptum, ſabbata ſanctifices, eius expoſitionem habes infra, præceptum. §. 5. ex cuius declaratione ſic ſunt formandæ interrogationes.

Si exiſtens corpore ſanus, & non occupatus in ſpũalibus bonis, ſtetit ocioſus, nec aliquid operatur tempore non feſtiuo, vnde viuat, vel vnde tribuat egentib. quia magnus exceſſus ocioſitatis videtur mortale peccatum, de quo vide præceptum. §. 5.

Si in diebus feſtiuis de præcepto non hãbuit, attritionẽ de peccatis mortalib. cõmiſſis, de qb. nõ fuit contrit⁹, vide Feriæ. §. 41.

Si vacauit ludis, aut choreis, de quo vide, Chorea per totum, & ludus, per totũ.

Si non vacauit deo in dictis feſtis ſaltẽ in aliqua hora, quia mortale, vt Ferię. §. 9.

Si fecit haſtiludia, quia ſunt prohibita quibu cunque diebus, ſicut torneamẽta ſecundùm Ricar. in 3. di. 37. & conſimili ratione, vt in c. 1. de tornea.

Si fecit opus manuale, vel fecit fieri in prædictis feſtis in caſibus non conceſſis, vide, Ferię, quæ opera licent, & quæ non, & quæ ſint feſta præcepta, & quando eſt mortale opus ſeruile in die feſto, & quando incipit feſtum, Vide ibidem per totum.

Si audiuit miſſam integram in prædictis diebus, vide Ibidem. §. 4.

Si exiſtens in miſſa occupauit ſe in vanis vide Hora. §. 17. & Feriæ. §. 43.

Si audiens miſſam in prædictis diebus dixit orationes; quas tenebatur dicere ex voto, vel pœnitentia, aut ratione ordinis; vide Feriæ. §. 46.

Si audire pręedicationem contempſit in feſtis, vide Ibidem. § 44.

Si non fecit oblationem in miſſa, ad quã tenebat, vide, Oblatio. §. 1. & q̃ ibi notaui.

Si in diebus feſtiuis de præcepto commiſit aliqua peccata mortalia, vide infra, præceptum. §. 5. & Feriæ. §. 36. Et quia difficilè eſt ſcire dicere, quæ peccata cõmiſit in feſtis, & interrogare in quolibet peccato, ſi illud cõmiſit in feſto, eſt difficilè, potes ſine alio ſcrupulo peccatorẽ interrogare ſic, Peccaſti mortaliter in feſtis? & ſi dicit ꝙ ſic interroga ſecundò, in quot feſtiuitatibus? Et ſi neſcit, interroga eum, ſi quaſi in omnibus, vel in maiori parte ipſarum, vel minori. Et tertiò interroga, ſi in eodẽ feſto aliqñ bis, vel ſepties, & ſæpius, & ſic ſufficit quò ad iſtam circunſtantiã abſque hoc, ꝙ exprimat ſpẽm peccati, ꝙ cõmiſit, vel abſq; hoc quod in quolibet peccato, quod confitetur interroges, ſi fecit in feſto; quod bene no.

7 Circa. 4. præceptum, Honora patrem &c. cuius expoſitio habetur, Pręceptum. §. 8. & ex qua interroga, vt infra.

Si



Si non dilexit patrem, vel matrem, vide, Filius. §. 30.

Si non oſtendit eis ſigna dilectionis, ſed dure ſe habet cum eis, Ibidem.

Si dixit eis verba iniurioſa, vel verberauit, quia videtur mortale p dicta in d. §. 30.

Si non obediuit eis, vide Ibid.

Si non ſubuenit eis indigentibus, Ibid.

Si non ſeruiuit in infirmitatib⁹ eorum, vel fecit ſeruiri, ibid.

Si maledixit eis, vide, maledictio. §. 1.

Si non fuit executus eorum volũtates, ſeu legata facta poſt eorum mortem, vide, Executor. §. 23. & 24. & Hęres. §. 5. vſq; ad. §. 12. & legatum. 1. & 2. per totum.

8 Circa. 5. præceptum, non occides, vide Præceptum. §. 9. ex quo ſic interroga.

Si habuit animum offendendi proximum in perſona vulnerando, mutilando, occidendo, & huiuſmodi, Vide in d. §. 9.

Si vulnerauit, vel occidit aliquẽ, vide Ibi.

Si cõmiſit homicidiũ ſpirituale, ſ. inducendo aliquẽ ad pctm̃ mortale, vel alijs modis de quib⁹ habes homicidiũ 4. p totũ.

Si procurauit àborſum alicuius mulieris, vide, Aborſum, per totum.

Si incarcerari fecit aliquẽ indebitè, vide, Carcer. §. 1. 2. & 3.

Si pueros tenellos tenuit iuxta ſe ĩ lecto, & ſuffocauit dormiẽdo, vide Homicidiũ 2. §. 15.

De multis modis, quib. fit homicidium, & cum peccato mortali, habes homicidiũ. 1. 2. & 3. per totum.

Si aſpexit ſpectacula, in qb⁹ imminebat periculum probabile mortis, vel mutilationis membrorum, vt torneamenta, haſtiludia, & hmõi, peccauit mortaliter in duob⁹ caſibus. Primò qñ tali aĩo aſpexit, ꝙ ẽt ſi præciperetur ei, nè ſtaret ad vidẽdũ, nihilominus non deſiſteret. Secundò quando eius aſpectio eſt cauſa, vt fiant, ſine qua nõ fierent. Aliàs eſt veniale peccatum de ſe niſi fortè ratione ſcandali, vt in clericis, religioſis, & huiuſmodi, & de materia vide s. Curioſitas. §. 1. in fin.

9 Circa. 6. præceptum, Non męchaberis, Vide, præceptum. §. 10. ex cuius expoſitione ſic forma interrogationes.

Si fecit fornicationem, Vide ibi. in d. §. 10.

Si commiſit adulterium, ibidem.

Si ſtuprum perpetrauit, ibidem.

Si ſacrilegium operatus, eſt ibidem.

Si inceſtuoſus fuit, Ibidem.

Si fuit ſodomita, Ibidem.

Si alio modo per ſe polluit qualitercũque vide, Luxuria. §. 2.

Si voluntariè cogitauit de huiuſmodi peccatis propter delectationem, Ibid.

Si voluntate deſiderauit aliquod ipſorũ cõmittere, ibid. Vnde hic aduerte, ꝙ toties peccat mortaliter, quoties hoc deliberatè appetit ꝑpetrare ex diuerſis ĩteruallis tẽporis, vel pſonarũ, puta qa nũc deſiderat vnã pſonã ad malefaciendũ, poſtea occupat⁹ in aliquo alio alia cogitat, demũ poſtea iterũ recordatur de illa pſona, & iterũ eam concupiſcit ſimiliter qñ nunc vnam perſonã & poſtea aliam deſiderat, quia in iſtis caſibus ſunt diuerſæ auerſiones, aliquæ ratione tẽporis, aliæ ratione materiæ, vnde, quia in hoc peccato carnis magis ſunt inuoluti homines cõiter, quàm in alio, & multum immorari in interrogatione de hmõi eſt periculoſum & confeſſori, & confitenti (vt dictũ eſt.) Ideò vt expeditè poſſis, quæ ſunt neceſſaria, pertrãſire, talẽ modũ tenebis. Si illa perſona, q̃ confitetur, eſt perſona ſpũalis, vel mulier, aut aliquis verecund⁹, & q̃ non eſt coniugatus, præſertim puella, interrogabis eã primò ſi cõmiſit aliquod peccatũ inhoneſtatis, vel luxuriæ opere, vel voluntate. Si nihil dicet, & tñ tibi videbitur ꝙ ſit inuoluta in aliquo, tunc interrogabis eã de cogitationib. Si delectatus eſt cogitare de hmõi carnalibus & inuento ꝙ ſic, declara ei, quõ eſt peccatũ mortale, vt habes s. Cogitatio. §. 2. Poſtea ꝓcede, & interroga, ſi delectata ẽ audire loqui de hmõi, vel videre, vel tãgere ſe, vel aliã pſonã pp hmõi delectationẽ, & quoties, & ſi in dieb. feſtis magis, q̃ in alijs. Et ſi inueneris, ꝙ talia cõmiſit, potes poſtea ĩterrogare, ſi habuit aliquã pollutionẽ pp talia per ſe, vel cũ alia pſona, vt ſic ante, inducas eam ad confitendum, quæ ex verecũdia fortè taceret. Si verò perſona, quę confitetur, interrogata primò generaliter, ſi aliquod peccatum luxuriæ commiſit, & reſpondet quòd ſic, interroga, ſi fuit cum fœmina, vel fœmina cum maſculo, & inuento ꝙ ſic, interroga, ſi erãt ſoluti, vel non, ſi affines, vel conſanguinei,

ſi

ſi religioſus,vel religioſa,&huiuſmodi,vt
ſcias,ſi fuit fornicatio,vel adulterium , &
huiuſmodi.& inuento ꝙ huiuſmodi eſt in
uolutus, tũc non oportet ĩterrogare de co
gitationibꝰ moroſis, quia communiter sũt
in talibus deliberatæ in malum,ſi poſſibili
tas adeſſet; ideò circa tales interrogabis.
Primò de cogitationib. deliberatis in ma-
lũ iſtud,& quia numerũ difficilè eſt,& va-
rietatẽ perſonarum exprimere,ſufficit tibi
quò ad neceſſitatem confeſſionis, vt inter
roges, quantùm perſeuerauerit in talibus
cogitationibus,puta a tempore, quo aliàs
confeſſus eſt,quod eſt annus,vel plus. Se-
cundò interroga q̃ ſepè tales cogitationes
habuit,puta bis in die, vel in hebdomada,
aut plus,oĩb.computatis, vel ſi fortè maio
rem partẽ tẽporis in hmõi occupauit.Ter-
tiò interroga ſi ſic in diebus feſtiuis, ſicut
in alijs circa ꝓdicta vacauit, vel fortè plus
in feſtis.Quartò ĩterroga,ſi in eccleſijs vel
locis ſacris eas habuit.Quintò interroga,ſi
ſic deſiderauit coniugatos,religioſos,con-
sãguineos,& hmõi, ſicut alios ĩdifferẽter.

Sextò interroga,ſi ſæpius variauit mentẽ
de vna perſona ad aliam,ſecundũ ꝙ occur
rebant memoriæ,vel magis ſtetit in deſide
rio cum vna perſona. Et ſic ſufficit quò ad
cogitationes,licèt alio modo numerũ, vel
tempus, aut locum exprimere neſciat. Et
idem ſeruandum eſt in omnibus peccatis,
quæ ſæpiſſimè commiſſa ſunt, præſertim
quò ad quatuor prima. Poſtea interroga-
bis eũ,ſi vt ſuum poſſet conſequi deſideriũ
malum,dedit operã in ducendo Choreas,
in dando munera, in faciendo matinatas,
cantando,ſonando,precando, loquendo,
ambaſiatas mittendo, literas ſcribendo, &
huiuſmodi,& quantũ ſe occupauit in iſtis,
& à quanto tempore,& ſi diebus præcipuè
feſtis,vel in eccleſijs, aut locis religioſis.
Vel ſi fuit perſona,cui prædicta fiebant, in
terroga,ſi conſenſit, vt talia fierent,vel ex-
hibuit ſe conſpectui talis, vel recipit lite-
ras,aut munera,& quantũ tẽpꝰ ꝑſeuerauit
& ſi in feſtis,vel in eccleſijs,nã faciẽtes,&
conſentientes in hmõi oẽs mortaliter pec
cant. Et ſi munera ſunt, quæ inducant ad
amorẽ carnalẽ,cogenda eſt,vt pauperibus
eroget.Si verò talia non ſunt,non eſt cogẽ
da niſi de bono conſilio, ſi ille donare po-
tuit,de quo habes,Donatio primò, per to-
tum. Poſtea habes eum interrogare de o-
pere luxuriæ, Et ſi dicit, ꝙ peccauit cum
fœmina maſculus, ſiue fœmina cum ma-
ſculo,non habes quærere niſi tantùm.Pri-
mò ſi erãt ſoluti,vel coniugati,affines,vel
religioſi, & hmõi, vt ſcias quæ ſpecies ſit
luxuriæ,de quo habes luxuria.§. 2. ſecũdò
interroga,ſi ſtetit naturaliter in vaſe debi-
to?ſi dicit ꝙ non,Noli quærere, quomodo
vel in quo loco corporis cognouit eã,quia
non expedit,ſufficit dicat,ꝙ nõ in vaſe de-
bito,ſed extra pollutus eſt, ſiue incæperit
in vaſe,ſiue non.Tertiò interroga,ſi ſic pec
cando cũ tali quæſiuit euitare generationẽ
vel ſtetit tali modo, quòd non poſſet fieri.
Quartò quotiens,vel quantũ perſeuerauit
& ſi in feſtis vt in plus, vel in eccleſia, &
ſufficit.ſi dicit, ꝙ peccatũ ꝑ ſe polluendo
ſeipsũ voluntariè,non oportet quærere de
modo,ſed ſolũ quoties,vel quantũ ꝑſeue-
rauit,vt ſupra dictũ eſt de cogitationib. Et
ſecundò ſi deſiderauit facere malũ cũ alia
ꝑſona,qñ talib.dabat operam, & quæ ſint
illæ ꝑſonæ,ſ.ſi ſoluti,vel affines, & huiuſ-
modi.ſi dicit, ꝙ peccauit cũ alio maſculo
polluendo ſe cũ eo, non oportet q̃rere de
loco corporis,ſed de quotiens, Feſtis,vel
loco ſacro,aut ſi ꝑſona erat ſibi conſangui
nea,vel religioſã,& hmõi, & ſi cũ diuerſis
ꝑſonis;& ſi cõſẽſit ꝓꝓ lucrũ,vel munera,
conſulat,vt det pauperibus taliter acq̃ſita.

Si confitetur,ꝙ peccauit cũ brutis, non
oportet quærere de nomine bruti vel loco
corporis,ſed de quoties,& ſi in feſto, vel ĩ
eccleſia,Et ſic ꝑtrãſire,quod bene notabis.

Si fuit mediator peccatorum carnaliũ,
nam tales grauiſſimè deũ offendunt, vt pa
tet in c.noli,de pœ.di.1.& tenentur, quan
tum poſſunt, taliter inductos reducere ad
bonum,& ſunt inducendi ad reſtituendũ,
quicquid propter hoc lucrati ſunt.

Si ſeduxit virginem promittendo eã ac-
cipere in vxorem,& huiuſmodi,vide,Stu-
prum,per totum.

Si habuit pollutionem dormiẽdo, vide,
Pollutio,per totum.

Si contraxit cum aliqua clandeſtinè, vi-
de,Clandeſtinum.

10 Circa.7.præceptum,Non furtũ facies,
cuius expoſitio habetur præceptum. §.11.
vnde



vnde ſic interroga.

Si fecit furtum propriè dictum,& quid ſit
vide Furtum,in prin. & quando ſit mor
tale,Ibidem.§. 34.

Si commiſit rapinam, quæ eſt,quando vio
lẽter accepit alienum, maius peccatum
commiſit,quàm furans,vt in ca.pœnale
eſt.13.q.5.

Si res naufragantium accepit, vide naufra
giũ,per totum.

Si pedagia iniuſta, vel à quib.non debuit,
exegit,vide, Pedagiũ, per totum.

Si exactiones,vel tallias exegit,vide, tallia
per totum.

Si bellum iniuſtum fecit,vel in eo fuit,vi-
de,Bellum,per totum.

Si participauit in dando damnũ proximo
operando,mandando,conſulendo, con
ſentiẽdo,adulando, receptando, defen
ſando,comedendo,non obuiando, ratũ
habendo,non manifeſtãdo, & huiuſmo
di,de quibus habes,Furtum, in multis.
§§.& Reſtitutio primò,per totum.

Si inuenit aliquid,quod non reſtituit,vide
Inuenta,per totum.

Si aliqua pręſcripſit mala fide vide,Pręſcri
ptio.

si commiſit vſuram,vide, Vſura primò, ꝑ
totum.

si mutuauit pecuniã,vel granũ,vinũ,& hu
iuſmodi,vt aliq̃d lucret̃, vide ibi.ĩ prin.

si mutuauit ſuper aliquod pignus,vt eius
fructus habeat, donec pecunia ſibi tra-
datur,vide,Pignus.§.13.

si emit aliquid pro minori, q̃ valeret, ꝓꝓ
ꝓuentionem ſolutionis,Vſura.1.§. 63.

si vendidit pro precio cariori propter dila
tionem ſolutionis,Ibid §.58.

si fecit cambia ſicca,& huiuſmodi illicita,
Ibidem.§.51.cum pluribus ſeq.§.

si dedit pecuniam in ſocietate,nolens ſci-
re aliq̃d de periculo,vide,ſocietas. §.7.

si dedit aĩalia in ſocidam volens habere
capitale ſaluum,vide,ſocietas.2.per to.

si accepit ſub vſuris ſine neceſſitate, vel
ab eo,q nõ erat paratꝰ vide,vſura.2.§.2.

si accepit in dono aliq̃d ab eo,qui donare
nõ poterat,vide donatio.1.§.4. cum ſe.

si accepit à perſonis eccleſiaſticis aliqua
bona,eccleſiarum,vide,Alienatio.§.14.
&,Clericus.13.§.2.

Si incendit eccleſias, vel fregit, aut loca
religioſa, vide Excõmunicatio.5. Caſu.
5. & 6.Vel alio modo fuit incendiarius,
vide Incendiarius.

Si fecit cõcuſſionẽ cõminãdo,niſi mihi de-
deris. &c. vide Concuſſio, per totum.

Si vt haberet aliquid, conſenſit in aliquod
opꝰ peccati mortalis, vide,auaritia.§.2.

Si per ſimoniam aliquid acquiſiuit. vide,
Simonia,per totum,& dicã circa ſtatus.

11 Circa.8.pręceptum, Non dices falſum
teſtimonium &c. cuius expoſitio habet̃
ꝓceptũ.§.12.ex qua potes ſic ĩterrogare.

Si dixit mendaciũ in iudicio, vel extra con
tra doctrinam Chriſtianæ religionis,vel
in damnum proximi,vide,Mendacium.
§ 2.& 3.&,Teſtis.§.30.

Si noluit teſtimoniũ dicere productus in
teſtem,vide,Teſtis.§.26.& §.27.

Si vſus fuit aſtutia,vide,Aſtutia. §.1.

Si accepit pecuniam, vt non diceret veri-
tatem,vide,Teſtis.§ 28.

12 Circa.9.præceptum, Non concupiſces
domũ ꝓximi &c.& 10.Non deſiderabis
vxorẽ eiꝰ,qualiter intelligãtur,habes ꝓ-
ceptũ §.13.ex quib.potes ſic interrogare.

Si voluit hr̃e res ꝓximi ſui qualitercũque
ſiue cum iuſtitia, vel cum iniuſtitia, &
deliberatè, quia pc̃tm̃ mortale eſt con-
tra iſtud pręceptum,ſecus eſſet,ſi opta-
ret hr̃e ſãlua iuſtitia,q̃a ſic vel nullũ,vel
veniale eſſet peccatũ,vide Auaritia.§ 1.

Si fuit contẽtus habere amatores,vel ama
trices hmõi,de quib.dic,vt ſ̃ Cogitatio.

Si poſuit ſe ad feneſtras, vt videret̃, dic vt
ſ̃.hic circa ꝓceptum, Non mæchaberis.

13 Circa ſeptem peccata mortalia primò
interroga de ſuperbia,& ſic forma inter
rogationes.

Si propter inordinatum amorem excellen
tiæ egit aliquid contra diuina præcepta
vide,Superbia,in prin.& §.1.

Si exiſtimauit habere bonum, quod habet
a ſe,non a deo,vide,Superbia.§.2.

Si bona,quæ habuit, credidit à deo ſibi da
ta propter ſua merita,ibid.

Si ſe iactauit habere bona, quæ non habe-
bat,Ibidem.

Si deſpectis alijs ſingulariter appetit vide-
ri habere,quod non habet, Ibidem.

Circa filias ſuperbię ĩterroga primò de am
bitione,

bitione,vide ambitio, quid ſit, in princ.
Si deſiderauit beneficia eccleſiaſtica principaliter propter honorem, vel bonum temporale,vide,Ambitio.§. 1.
Si appetiuit dignitatẽ ſciẽs ſe indignũ, ibi.
Si quæſiuit dignitates per vias illicitas,Ibi.
Si emit officia,vide,Officium.§.1.
Si mutuauit ſuper ipſis officijs, Ibid.§. 3.
Si per partialitates quæſiuit officia,vt omni modo adiuuet p partẽ mortaliter peccauit ,ppter inordinationem voluntatis.
De 2.filia,quæ dicitur, Præſumptio, quid ſit,vide,Præſũptio ſecũdò, in principio.
Si poſuit ſe ad faciendum quæ erãt ſupra facultatem ſuam,vide, præſumptio.
Si exercuit officium, quod neſciebat,in periculum proximi,vide ibidem .
Si expoſuit ſe periculis peccatorum mortaliũ probabiliter, mortaliter peccauit, ſi aduertebat de periculo , vt patet per ea, quæ notaui,Cogitatio.
Si nimis præſumpſit de dei miſericordia,vide,præſumptio.
De.3.filia,quæ dicitur, curioſitas,vide,Curioſitas,quid ſit, in principio.
Si ſtetit ad audiendum peccata, quæ aliqs confitebatur,vide,Confesſio,vlti.§. 16.
Si voluit addiſcere,vel videre, aut audire, quę fieri non poſſunt ſine mortali peccato,puta fornicationes,& incãtationes & huiuſmodi . vide,Curioſitas.§.1.
Si voluit addiſcere, a quibus non debuit , vt dæmonibus,Ibidem.
Si voluit experiri,quæ non licent,vt ſi incãtationes habẽt effectum, mortaliter peccauit,Ibidem.
Si attẽdens curioſis dimittit addiſcere,vel intendere neceſſarijs ad ſalutẽ, eſt mortale peccatum,Ibidem.
De.4.filia,quæ eſt ingratitudo.
Si deſpexit beneficia,aut alterius,vide,Ingratitudo.§.5.
Si non retribuit benefactori, ibidem.
Si benefactori iniuriatus eſt, ibidem.
De.5.filia, quæ nuncupatur iudicium temerarium,quid ſit,vide,Iudiciũ.§. 17.
Si iudicauit in malum determinatè factũ alterius,vide,Præſumptio. 1.
Si vſurpauit iudicium non habens officiũ, vide,Iudicium. §. 17. quomodo multipliciter dicitur temerarium.

De.6.filia,quæ dicitur adulatio.
Si fuit adulator alicuius de peccato perpetrato,vide,Adulatio.§.1.& §.5.
Si adulando prouocauit aliquem ad ſuperbiam,vide ibid.
De.7.filia ſuperbiæ,quæ dicitur irriſio, & quid ſit,vide,Deriſio,in principio.
Si deriſit proximum,vide, Deriſio.§.1.
Si deriſit ſacramenta , vel volentes ſeruire deo ibidem.
De.8.filia,quæ eſt tentare deũ, & quid ſit, vide,Tentare deum.
Si expoſuit ſe periculo ,pbabili mortis ſine necesſitate,vide Intimiditas,tẽtare deũ.
De.9.filia,q̃ ẽ ptinacia,& qd ſit vid̃,ptinax.
Si fuit nimis pertinax ĩ ſuo ſenſu, vide ibi.
De vltima filia, quæ eſt arrogantia , vide, Arrogantia,quid ſit.
14 Circa vanã gloriã,quę quomodo aliquando eſt capitale peccatum, aliquando filia ſuperbiæ,vide ,Vanagloria.
Si voluit laudari de eo quod eſt cõtra deũ ibidem.§.1.
Si prætulit gloriam ſuam, deo ibid.
Si ordinata ad noſtram ſalutem retulit ad gloriam propriam,ibid.
Si conſtituit finẽ in laudẽ hominum , ibid.
Circa filias vanagloriæ, prout eſt capitale vitium, interroga primò de ornatu indebito,& quando ſit indebitus, habes,Ornatus,per totum,& ſic interroga.
Si mala intentione ornauit ſe,ibidem .
Si inhoneſtè,ibidem.
Si nimis ſuperfluè,ibidem.
Si nouas inuentiones adinuenit,ibid.
De inobedientia,quæ eſt.2.filia.vide, Inobedientia, per totum.
De inobedientia circa præcepta eccleſiæ , ſic interroga.
Si obſeruauit feſta pręcepta ab eccleſia, & quæ ſint,habes,Feriæ.§.2.
Si ieiunauit in vigilijs p̃cepti,vide ieiuniũ. §. 7.q̃ ſunt pręcepta,cum pluribus §.ſeq.
Si confeſſus eſt ſemel in anno,vide Confesſio.2.§.1.& 3.
Si ſuſcepit ſacramẽtũ corporis Chr̃i ſemel ĩ anno,vide,Eucharis.3.ĩ prin.& p totũ.
Si audiuit miſſam in feſtis pręceptis, vide, Ferię.§.4 2.
Si fecit torneamenta, ſeu conſenſit , vt fierent,vide, Torneamentum,per totum.

Si



Si contraxit matrimonium clandeſtinè,vide,Clandeſtinum per totum .
Si fecit aliquod eorum,qd̃ prohibetur ſub pœna excõicationis latæ ſententiæ , de quo vide, Excommunicatio.5.6.& 7.
Si fuit excommunicatus ab aliquo , vide , Excommunicatio, vlti.
Si participauit cum excommunicatis,vide, Excommunicatio.8 . per totum.
De inobedientia certarum perſonarum,habes infra circa ſtatus.
Si fuit inobediens ſuis prælatis,vel dñis,vide,Obedientia , & vide, Inobedientia .
Si fecit ꝯ conſcientiã,vide,Cõſcientia.§.1.
De iactantia, quæ eſt tertia filia , vide Iactantia,in principio .
Si iactauit ſe de aliquo peccato mortali facto,vide ibidem.§.1.
Si iactauit ſe in vituperiũ aliorum,vide ibidem,vel in deceptionẽ alicuius , ibidẽ.
De pertinacia,q̃ ponitur ab aliquibus filia ſuperbiæ,habes infra in ver. ſuperbia .
De hypocriſi,vide, Simulatio. §.4.
Si ſimulauit ſanitatem in deceptionẽ populi,vel vt aſſequeretur prælationes,ibidẽ.
De diſcordia,quę eſt ſexta filia vanaglorię vide,Diſcordia.
Si noluit concordare cum alijs in his,quæ erant bona,pp elationem ſuam,ibidem.
De contentione,quæ eſt ſeptima filia,vide, Contentio .
Si habuit contentionem propter æmulationem alicuius, Ibidem .
Si contendit diſputãdo ꝯ veritatem, ibidẽ.
Si contendit in iudicio ꝯtra iuſtitiã, ibidẽ .
Si contendit ita inordinatè, ꝙ ſcandalũ facit aliquibus, ibidem .
Si ſubornauit aliquos in electione,vel teſtimonio,& huiuſmodi,vide, Subornatio.
Si nimis vilipendit ſe,vide,Ironia. (tia.
De aſtutia,ſi vſus ẽ ſimulatione,vide,Aſtu-
15 Circa auaritiam, quæ eſt capitale peccatum,vide,Auaritia,in prin.quid ſit.
Et quia conſiſtit retinendo, aquirendo , & appetendo, ſic interroga.
Si retinuit qui reſtituere tenebatur , vide, Reſtitutio.3. per totum,& quis tenetur, habes,Reſtitutio. 1.
Si non ſoluit creditoribus in termino,cum poſſet,vide,Solutio.§. 5.
Si retinuit ſuperflua, & non fecit eleemoſinas, vide,Auaritia.§.3.
Si nõ fecit eleemoſinã de arte ſua,puta medicus pauperi infirmo,aduocatus clientulo pauperi , de quo vide, Aduocatus. §.10. Medicus.§.5.
De auaritia in acquirendo,vide, Auaritia . §.2.& ſatis patet ſupra in 7.præcepto .
De auaritia in appetẽdo.Hẽs,Auaritia.§.1.
Si appetiuit illicitè, vel illicita , vel multũ animo ſuffocato, vide ibidem.
Circa filias auaritiæ , prima eſt proditio .
Si prodidit caſtrum,vel terram inimicis,vltra mortale tenetur de omni damno .
Si prodidit res proximi volentibus eas auferre iniuſtè , vltra mortale ſimiliter tenetur ad reſtitutionem .
Si habita ſub ſigillo ſecreto,vel ꝯfesſionis, reuelauit,hẽs,Cõfesſio,vlti.§.1. & §.23.
Si aperuit literas alterius ſigillatas , vide , Falſarius.§.2.
Si ſecreta domini ſui reuelauit in ei⁹ damnum,vltra mortale tenetur ad reſtitutionem,vide,Feudum.§.16.
De fraude,quæ eſt.2.filia, habes fraus.
Si fecit fraudem legi,Ibidem.§.2. (§.6.
Si fraudauit iuſtas gabellas, vide,Pedagiũ.
Si vẽdidit vnã rẽ pro alia,puta vinũ lymphatũ pro puro,corrupta p ſanis,pecus pro caſtrato, & hmõi,habes, Emptio.§.8.
Si aliquam fraudem fecit in deceptionem proximi,vide,Dolus.§.9.
De fallacia, quę eſt tertia filia , habes Falſarius.
Si falſificauit aliquod inſtr̃m,ſ bullam,vel librum,vide,Excommunicatio.5. caſu. 3. & Falſarius.§.1.cum ſequentibus .
Si deſtruxit inſtrumenta,vel ſcripturas, vide Falſarius.§.3.
Si occultarit ſcripturam, vide,Reſtitutio , primo in litera, ſcripturas.
Si falſificauit ſigilla prælatorum, vide,Falſarius. §.2.
Si falſificauit menſuras, Ibidem .
Si monetam, Ibidem.§.4.cum ſeq.
Si ex falſa cauſa obtinuit aliquod beneficiũ eccleſiaſticum, vltra mortale tenetur renunciare,ſi aliàs non obtinuiſſet , vide , Reſcriptum.§.3.
De inquietudine mẽtis,qua quis nimis ſollicitus eſt circa temporalia , & tunc eſt mortale peccatum, quãdo per eam quis

omiſ-

omittit neceſſaria ad ſalutem, aliàs eſt veniale peccatum, vide, Inquietudo.

De violentia, quæ eſt. 5. filia, ſatis patet in 7. præcepto, & in titulo, rapina.

De immiſericordia, quæ eſt. 6. filia, qua nõ ſubuenit quis indigenti, habes Auaritia §. 3. &, Eleemoſyna. §. 1.

De acceptione perſonarum, quæ eſt. 7. filia Habes, Acceptio perſonarum. Si in iudicio accepit perſonam, vel in diſtribuendis officijs, vel beneficijs per eleemoſynis, vide ibidem per totum.

Si in electionibus non eligit magis dignũ, vide, Electio. §. 21.

De turpi lucro, quod eſt. 8. filia, vide, Turpe lucrum; & tale eſt peccatum, quale illud, propter quod acquirit. vide infra, reſtitutio. 1. in ver. turpe lucrum.

De ludo, qui prouenit aliquando ex auaritia, vide, Ludus per totum.

Si luſit ad pilã, vel aliũ ludũ, ĩ quo verſatur induſtria, Vide, Lud⁹. §. 2. quando licet.

Si ludit ad ludũ, in quo verſatur fortuna, Ibidem. §. 4.

Si ſtetit ad inſpiciendum ludentes, vide ibidem. §. 6.

Prodigalitas eſt contraria auaritiæ, ſed tamen peccatum, vide Prodigalitas.

Si ſuperfluè expendit rẽ in põpis, equis, & hmõi, notabilis exceſſus videtur mortalis, vt patet, Ornatus. §. 6. & ibi vide.

16 Circa luxuriã, q̃ eſt capitale vitium, vide, Luxuria & d̃ hoc habes ĩ. 6. p̃cepto.

Circa verò filias luxurię, quarũ. 1. ẽ cæcitas mentis, de qua, Cæcitas mentis, in prin.

Si ita occupatus fuit in mundanis mente, q̄ neſcit aliquid de deo intelligere, vel neceſſaria ad ſalutem, vide ibid. §. 1.

De præcipitatiõe, quæ eſt. 2. filia, vide; Præcipitatio.

Si fuit præceps in operibus ſuis cõtemnẽs conſiderare, vel in periculum, vide ibi.

De inconſideratione, quæ eſt. 3. filia luxuriæ, vide, Inconſideratio.

Si fuit incaut⁹, maximè vbi imminebat periculum, vel vbi tenebat̃ de leui, vel leuiſſima culpa, quia licèt excuſetur aliquando à mortali, non tamen ab obligatiõe reſtitutiõis, vt habes, culpa. §. 5. & 6.

De amore ſui, quo quis quęrit delitias, & quietem, vide, amor ſui.

De amore ſœculi, qui eſt. 5. filia luxuriæ, habes, Diligere. §. 3.

Si voluit perpetuò ſtare in mũdo, vide ibi.

Si dilexit mundum, conſtituens ibi finem, vel ad voluptatem, vide ibid.

De horrore futuri ſęculi, ex quo homo vellet nunquam mori, vide Diligere. §. 3.

De inconſtantia, quæ eſt. 7. filia, habes Inconſtantia.

De odio dei, quod eſt octaua filia luxuriæ, Habes, Odium Dei.

De ſtultiloquio, aut ſcurrilitate, quæ ſunt filiæ luxuriæ, dic ſi vſus eſt verbis libidinoſis, aut inhoneſtis, aut geſtibus vel ad prouocandum alios, vel vnde probabiliter habent prouocari ad luxuriam, eſt mortale peccatum. Idem dic de turpiloquio, vide Scurrilitas.

17 Circa gulã, quæ eſt aliud capitale peccatum, ſunt formandæ interrogationes circa eius ſpecies.

Si pręuenit horam in comedendo.

Si nimis lautè comedit.

Si nimium ſtudium apponit.

Si nimis comedit.

Si cum nimio ardore, ſeu appetitu, & quãdo gula ſit mortale peccatum in prædictis, Habes, Gula.

De eius filiabus, quarum prima eſt Ebrietas vide Ebrietas, quãdo eſt mortale peccatum.

De hebetudine mẽtis, quæ eſt. 2. filia, vide, Hebetudo.

De inepta lætitia, ſcias, q̄ non eſt mortale peccatũ niſi p̄ ipsã diſſolueret̃ qs in ea, q̃ ſunt mortalis peccati, vt chorizãdo in caſu p̄hibito, & hmõi; aliàs eſt veniale peccatũ, vide, Chorea, &, Ludus §. 2.

De multiloquio, quæ eſt. 4. filia, habes, Multiloquium, per totum.

De ſcurrilitate q̃ ẽ. 5. filia habes Scurrilitas.

Si fecit actus ita ſcurriles, q̄ ad prouocandũ ad luxuriã sũt efficaces, vr̃ mortale.

De immunditia, quæ eſt. 6. filia gulæ, vide, Immundicia.

Si cõmedit, vel bibit, vt poſſit luxuriari; quia eſt mortale, ſecus eſt, ſi vt ſatisfaceret vxori in redditione debiti, q̄a ſic nullum peccatum, vel veniale, quando hoc fecit, vt magis delectaretur cum vxore.

18 Circa inuidiam, quæ eſt aliud capitale peccatũ, vide, Inuidia, & quomodo eſt mortale peccatum.



De eius filiabus, quarum prima eſt odium proximi, de quo vide, Odium dei. & ſic interroga.

Si deſiderauit malũ proximi, & quanto t̄pe p̄ſeuerauit, & ſi ſæpe in huiuſmodi occupauit mentem, quia quoties deliberatè deſiderauit malũ p̄ximi; toties mortaliter peccauit, ſi erat notabile malũ, & p̄ diuerſa tẽpora. Similiter quando in eadẽ cogitatione trãſibat nunc de deſiderio mali in reb⁹ ad deſideriũ mali in p̄ſona, vel ĩ filijs, q̄a ſicut sũt diuerſa ſubiecta ita vident̃ diuerſa mortalia peccata.

De triſtitia in p̄ſperis q̃ eſt. 2. filia. Si triſtatus eſt de bono notabili p̄ximi deliberatè propter inuidiam, eſt mortale peccatũ, vt prelatus de maiori prelatione. Doctor de maiori cõcurſu. Miles de maiori lucro. Scholaris de maiori ingenio. Ciuis de maiori honore. Mercator, vel Artifex de maiori creditu. Spiritualis de maiori fama, & hmõi, vide, Inuidia.

De lætitia in aduerſis proximi Idem dic, vt ſupra, & vide ibidem.

De ſuſurratione, vide, Suſurratio.

Si quæſiuit ſeminare diſcordias, reportando malum alteri de altero, Ibidem.

De detractione vide, Detractatio, per totũ, quomodo eſt mortale peccatum, & quomodo tenetur, per totum.

Si dixit malum de proximo falſè, Ibidem.

Si verũ dixit, ſed quibus non debuit, Ibid.

Si augmentauit malum, Ibidem.

Si audiuit libenter detractiones, Ibidem.

9 Circa irã, quæ eſt aliud capitale peccatum, de quo habes, Ira.

Si appetiuit vindictam de proximo, Ibidẽ.

Si noluit loqui cum proximis, nec reconciliari, vide, Diligere deum. §. 2

De filiabus eius, quarum prima eſt tumor mentis, dic vt ſupra in prima filia inuidiæ. §. 15. & ĩ. tumor, & de implicatione in hmõi cogitationib. de vindicta fienda ſecũdũ regulam ſupradictam, Ibidem.

De 2. filia, ſcilicet indignatione, habes, Indignatio.

De 3. filia, quę eſt clamor, vide, clamor.

De 4. filia, q̃ eſt contumelia, ſeu conuitium habes, Cõtumelia, & Conuitiũ, aduerte hic, q̄ licèt quis non dicat conuitiũ, vel contumeliã, vt ei auferat honorẽ, ſed cã correctionis, ſed tñ dicit talia, quæ de ſe notabiliter lædunt, puta mulieri, q̄ eſt putana, & hmõi, & audientes ſcandalizantur de tali, cui dicitur, quia ſic credunt eſſe, non excuſaretur à mortali peccato; & hęc adde ad ver. cõtumelia. §. 2.

De. 5. filia, quę eſt rixa, habes, Rixa.

De maledictiõe, q̃ eſt 6. filia, habes, Maledi.

De blaſphemia dictum eſt ſupra. §. 5.

De bello ſimiliter. §. 10.

De ſeditione, quæ eſt. 7. filia, habes ſeditio.

Si tenet partialitatem, vel eam ſequitur paratus qualitercunque pro parte, eſt in ſtatu damnationis, nec poteſt abſolui, niſi diſponat dimittere.

De murmuratione, habes, murmuratio.

Si murmurauit contra deum deliberatè tenens eum iniuſtum, quia mortale.

Si contra prælatos ipſos temerariè iudicãdo, mortale eſt.

20 Circa accidiã, quæ eſt vltimum capitale peccatum, vide, Accidia.

Si dimiſit neceſſaria p̄p̄ accidiam, Ibi. §. 1.

Si pœnituit ſe bene feciſſe, Ibidem.

Si incurrit infirmitatem notabilem p̄pter tędium, eſt mortale, quando poteſt ſe iuuare, vide, Accidia. §. 1.

De filiabus eius, quarum prima eſt deſperatio, vide, Deſperatio.

De ſecunda, quę eſt malitia, quæ eſt peccatũ in ſpiritũ ſanctũ, quòd habet ſex ſpecies. Prima dicitur prę́ſumptio de miſericordia dei ſine meritis. Secunda deſperatio, qua deſperat de miſericordia dei. Tertia impugnatio veritatis agnitæ, vt liberius poſſit peccare. Quarta inuidẽtia fraternæ gratiæ, ex qua vellet q̄ oẽs eſſent mali, & nullus bonus, nè eſſet ſibi cõfuſio male viuere. Quinta obſtinatio. Sexta impęnitentia; vide Peccatum. §. 3.

De tertia filia, quę eſt puſillanimitas, vide, Puſillanimitas.

Se deſijt bona facere, ad quæ tenebatur ex puſillanimitate, vt puta corrigere fratrẽ, vide, Correctio fraterna. §. 1. & ſimilia.

Si verò dimiſit non neceſſaria, eſt veniale peccatum.

De 4. quę eſt ocioſitas, dictum eſt ſupra in 3. præcepto, & habes in titu. Ocioſitas.

De

De. 5. filia, quæ eſt pigritia, ſeu torpor, vide, Torpor.

De 6. quæ eſt euagatio mentis in illicita, Habes, Euagatio mentis.

De 7. quæ eſt negligētia, vide. Negligētia.

Si fuit negligens in addiſcendo neceſſaria ad ſalutē, in confitēdo, in ſuſcipiendo ſacramēta, in operibus miſericordiæ exercēdis, quæ qñ ſit mortale peccatum, patet, Negligētia. §. 1. Aduerte hic, quia ſi quis ex negligentia omittit implere vnū præceptum, puta de confitendo ſemel in anno, ſolùm eſt vnum peccatum mortale, ſed ſi deliberauit ſępius nolle confiteri, tot ſunt peccata mortalia, quot ſunt deliberationes factæ per interualla tēporis, quod no.

21 Circa opera miſericordię ſpūalia, q̄ ſūt Cōſule, caſtiga, dimitte, ſolare, fer, ora.

Si noluit dare conſiliū petēti in his, q̄ pertinent ad ſalutem, vel in re, vnde notabile damnū pōt euenire proximo, cū tñ poſſet, mortale ē, vel qñ habebat ex officio.

Si nō correxit, quos debuit, & tenebaẗ, hēs, correctio p̄latorū & Correctio fraterna.

Si dimiſit rancorem contra proximum, dictum eſt ſupra. §. 18.

Si nō fuit cōſolatus tribulatós, poſſet eſſe mortale in p̄lato, qñ ſubditi ex tali omiſſione inducuntur in deſperationem, vel aliud malum, & ipſe bono modo poſſet ſalua diſciplina.

Si nō orauit ꝓ oīb⁹, poſſet eſſe graue ī illis q viuūt d̄ eleemoſinis magna negligētia.

22 Circa opera miſericordiæ corporalia, q̄ ſunt, viſito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, cōdo, q̄ tūc, cū præuaricantur, ſunt mortale peccatū, qñ ex eorū omiſſione notabiliter læditᷣ ꝓxim⁹, & hō pōt bono mō facere, puta ſi p̄lat⁹ viſitaret infirmū, quē viſitare poſſet, nō deſperaret, ſed cōfiteretur. Eget cibo, & potu, & habes vltra cōdecētiā tui ſtat⁹. Eſt in captiuitate, & redimere poſſes de ſupfluitatib⁹ tuis. Eſt nud⁹, & tu caudā ducis. Eſt ſine domo, & tu habes ampla palatia. ex dictis ſ̄. Auaritia, & eleemoſyna, potes colligere, qñ hō tenetur de præcepto.

23 Circa 5. ſenſus, q ſunt viſus, guſtus, auditus, odoratus, & tactus, ī q̄bus ſæpius pōt eſſe mortale, vt ſi voluit videre, quę ſūt mortalis peccati ī eo, qd facit, vel inductiua ad mortale, de quo habes, curioſitas. Idē dic de auditu. Guſt⁹ aūt, & odoratus cōiter ſunt venialia. Tactus qñque mortale, cum cauſa luxuriæ, vel moroſæ delectationis, vt ſupra cogitatio.

24 Circa p̄cepta eccl'æ, q̄ gñaliter tāgūt oēs dictū eſt ſ̄. in 2. filia inanis gloriæ. §. 14.

25 Nūc de ſtatib⁹ aliqua particularia ſunt ponenda, in quibus ſunt interrogādi vltra ea, quæ ſupra poſita ſunt contra præcepta, & in peccatis capitalib⁹, & primò.

Circa pueros doli capaces ſunt interrogandi de iniectione manuū violenta in perſonā eccleſiaſticā, ex qua poſſent eſſe excōicati, de quo habes ſupra, Excōicātio 5. §. 1. cum multis ſe. Poſtea de confeſſione, & communione, ſi fecerunt, de pnīa, de inobediētia, de mēdacijs, de īhoneſtate, auditiōe miſſæ, de furtis, & ſimilib. in quib. cōmuniter illa ætas ſolet peccare.

26 Circa Chriſtianos in communi, ſi ſuſcepit ſacramenta neceſſitatis, & quæ ſint, Vide, Sacramentum. §. 6.

Si portauit habitum infidelium, vide, Apoſtaſia. §. vltimo.

Si nimiam familiaritatem habet cum Iudæis, vel cū infidelibus, vide, Iudæ⁹. §. 1.

Si fecit ꝯtra conſciētiā, Vide, Conſcia. §. 1.

Si habuit ratum aliquod malū factum nomine ſuo, Vide, Conſenſus. §. 4.

Si alicui conſulit aliquod peccatū, vel malum, Vide conſilium. §. 1.

Si contempſit aliquam exhortationem ſuperioris, Vide Contemptus. §. 1.

Si quando tenebatur, habuit contritionem de peccatis, Vide Contritio. §. 4. & 5.

Si correxit, quos ſciuit velle delinquere, vide, Correctio fraterna. §. 1.

Si denunciauit prælatis peccata, quæ ſciuit, Vide, Denunciatio. §. 1.

Si in dubijs tutiorem partem elegit, Vide, Dubium. §. 1. & 2.

Si exiſtēs excōicat⁹, vel interdictus, & monitus a celebrantibus, vt exiret eccleſiā, noluit exire, Vide, Excōicatio. 5. caſu. 15.

Si famam ſuam neglexit, vide, Fama. §. 1.

Si incarcerat⁹ fugit, Vide, Fugere. §. 1. & 2.

Si vſus eſt habitu fœmineo Vir exiſtens, vel e contrario, aut religionis, Vide, Habitus. §. 7. & 8.

Si



Si fuit hiſtrionus, vide, hiſtrio. §. 1.

Si impreſſit in terra, vel in lapide humipoſito ſignū crucis, vide, Imagines. §. 4.

Si fecit aliquod enorme in eccleſia, vide, immunitas, per totum.

Si ſciuit neceſſaria ad ſalutem, vide, Scientia. §. 2.

Si fuit excomunicatus ab aliquo iudice, vide, abſolutio. 2. &. Excōmunicatio. primò, per totum.

Si iniecit manus violentas in perſonam eccleſiaſticā. vide, Excommunicatio. 5. §. 1. cum multis ſeq.

Si nominatim īterdictos, excōmunicatos, vel vſurarios ſepeliuit, vide, Excōmunicatio. 7. Caſu. 36.

Si contraxerunt matrimonium in caſibus conſanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, vide, Excomunicatio. 7. Caſu. 41.

27 Circa ambaſiatores dominorum, vel communitatum.

Si ſteterunt abſentes ſine cauſa, vel pro factis ſuis in expenſis dominorum, vel cōmunitatum, vide, Abſens. §. 1.

28 Circa tutores, vel curatores, aut adminiſtratores rerum alienarum.

Si infideliter ſe habuit in commiſſis fraudando, vel dilapidâdo, aut non bene miniſtrando, vide, Adminiſtratio. §. 1.

Si exegit vſuras pro pupillis, aut alio modo fecit pro eis contractus illicitos, vide, reſtitutio. 1. in litera, vſurarius.

29 Circa coniugatos.

Si contraxit clandeſtinè, vide, Clanſteſtinū. vel in gradu prohibito, vide, Matrimonium. iij. per totum.

Si conſummauit ante benedictionem, vide, Debitum. §. 1.

Si negauit debitum petenti, vel reddidit ſe impotentem, Ibid. §. 6.

Si cognouit cā ſatiandæ libidinis, Ibi. §. 23.

Si cognouit habens intentionem ad alteram, ibidem. §. 21.

Si vſus eſt matrimonio extra vas, vel modo indebito, Ibid. §. 25.

Si tempore menſtrui, Ibidem. §. 32.

Si in dieb. feſtiuis, vel in eccleſia. ibid. §. 28. & §. vltimo.

Si prægnationis tempore, Ibidem. §. 33.

Si per tact⁹ habuit pollutionem extra vas, ibid. §. 26.

Si exegit, vel reddidit debitum adultero, vel adulteræ, ibid. §. 8.

Si contraxit excommunicatus, vel in peccato mortali exiſtens, quia peccauit mortaliter contrahendo per verba de pręſenti, vide, Matrimonium. 2. §. vlt.

Si non contraxit ea intētione, qua debuit, vide, Matrimonium, 2. §. vltimo.

30 Circa vxores, ſi fuit litigioſa in domo, & de reliquis, de quibus ſupra. §. 19. vbi tractatur de ira.

Si habuit dotem de vſuris, vide, Reſtitutio primò, ſub litera, Vſurarius. §. 19.

Si fuit inobediens viro, vide, Obedientia, &, inobedientia, per totum.

Si procurauit ſterilitatem, vel vſa eſt ſuperſtitioſis, vt haberet filios, vide, Matrimonium. 2. §. 23. cum duobus ſeq.

Si dedit bona viri cōtra eius voluntatem, vide, Eleemoſina. §. 7. & vide, Furtum. §. 34. & 35. & 47.

Si non habuit bonā curā de filiabus maximè, & ſi docuit eas vanitates, & hmōi, in quib⁹ ſunt multa mortalia, non duxit ad miſſas, prædicationes, ſed choreas, patet per ſupradicta, quando eſt mortale.

Si vſa eſt ornatu indebito, vide, Ornatus. per totum.

Si violauit fidem viro, vide, Adulterium, in princ. & in ſeq. maximè. §. 3. & 4.

31 Circa viros. Si ſtetit nimis in remotis cauſa cupiditatis contra voluntatē vxoris, vide, Debitum. §. 6.

Si non ſeruauit fidem, vel habet concubinam, quia non eſt abſoluendus, niſi a ſe eijciat, vide, Concubinarius. §. 1.

32 Circa patrēfamilias. Si alimenta dedit, q̄bus tenebatur, vide, Alimenta, ꝑ totū.

Si ſoluit d̄cimas d̄bitas. vid̄, Decima. §. 1. 2.

Si fecit eleemoſinas. vide, Eleemoſina. §. 1.

Si miniſtrauit neceſſaria familię, tam corpori, quàm animæ, docendo & huiuſmodi, vide. §. 1. & Filius. §. 21.

Si non dotauit, ſeu maritauit filias tempore debito, vide, Dos. §. 4.

Quomodo tenetur ex facto familię, habes, dominus. 2. §. 2.

Si prouocauit familiam ſuā nimis exaſperando, & furioſè & cætera, vt infra, ira. & ſupra. §. 19.

Si nō procurauit, vt cōfitereẗ ſemel ī anno,

& communicaret, videtur mortale peccatum,& in ver.familia.§.1.

33 Circa filiosfamilias,ſi furat⁹ eſt res patris ſui,vt expēderet in ſuperfluis,vel ludis,aut alijs malis,quia eſt mortale.

Secus,ſi accepiſſet ꝑ faciēdis ſibi veſtimentis,aut calceamētis,aut alijs neceſſarijs, quia ſic liceret,ex quo pater non prouidit,vt tenetur,& de reliqs,vt ſupra.§.7.

34 Circa Doctores,& Magiſtros.

Si quæſiuit magiſteriū,ſeu doctoratum pp honorē principaliter, vide, Honor.§.4.

Si fecit ſe promoueri ad doctoratū, & exiſtens ineptus & ignorans, vr̄ mortale per c.1.& c.quanto,de magiſtris.

Si legit principaliter propter honorem,vide,Honor.§.7.

Si legit ſcientias prohibitas, vel perſonis prohibitis, vide, Magiſter. & quæ ſunt perſonæ prohibitæ, vide,excommunicatio.7. Caſu.6.& 7.

Si ex pacto receptus eſt in canonicum, vt ſcholas regat, vide,Magiſter.§.10.

Si exegit exiſtens ſalariatus a ſcholaribus aliquid,vide ibidem.§.11. 12.& 13.

Si exegit aliquid pro licentia docendi danda,ibidem.§.15.

Si admiſit ignorantes ad doctoratum,mortaliter peccauit, quia ex tali facto dicit mendacium periculoſum.

Si non exegit iuramentum a doctorando, quod non expendet plus, quàm debet in doctoratione, ibidem.§.vltimo.

Si exiſtēs in mortali notoriè,docuit publicè in theologia, quia mortaliter peccauit ſm̄ Petrum,vide,Prædicare.§.7.

Si ſeruauit iuramenta vniuerſitatis, vide, Iuramentum.6.§.2.& 3.

Si iactauit ſe de doctrina alios vituperādo aliquādo,& in pluribus, poteſt eſſe mortale,vide ſupra.§.14.& 18.

Si notabiliter fuit negligens circa profectū ſcholarium, videtur mortale, vide,negligentia.

Si verberauit aliquem crudeliter, videtur mortale,quia ſolū leuis caſtigatio eis ꝑmiſſa eſt.c.cum voluntate.§.ſi qui verò, de ſententia excōmunicationis;& ſi erāt clerici,eſſet excōicatus, vide,Excommunicatio.5.Caſu.1.§.10.& 11.

Si iniuſto modo,puta detrahendo,vel per ſectas ſubtraxit ſcholares alteri⁹ doctoris, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem,ſi iam intrauerant ſm̄ Ioā. de Ligna.ſecus,ſi nondum intrauerant.

Si impediuit propter odium,vel partialitatem doctorandum, vel in collegio recipiendum idoneum, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem damni.

55 Circa ſcholares, ſi ſeruauit iuramenta vniuerſitatis,vide,Iuramētū.6.§.2.& 3.

Si fecit ſectas pro rectore fiendo, multa mortalia ibi adueniunt.

Si elegit rectorem inſufficientem, vr̄ mortale ſm̄ aliquos,ſed hoc non determino in vniuerſitatibus ſcholarium.

Si ſtudet in prohibitis ſcientijs.vide,Magiſter,& ſupra,Excommuni.7.caſu.6.& 7.

Si ſæpe contendit contra veritatem,nè ſuccumbere videatur,vide ſupra.§.14.in ſeptima filia.

Si ſtudet propter malum finem, quia tale peccatum, qualis finis, vel propter honorem,vide, Honor.§.7.

Si ſtuduit curioſa, dimittēdo neceſſaria ad ſalutē,eſt mortale pctm̄.vide,curioſitas.

Si tractauit cum aliquo ciue Bononienſi de conductione hoſpicij alterius ſcholaris, vide,excommunicatio.7.caſu.4.

36 Circa medicos,ſi exiſtens ignorans medetur.Vide,Medicus,in prin. & §.1.

Si in mendendo non fuit ſecutus traditiones medicinę, ſed voluit facere experimenta ex capite ſuo in periculum notabile proximi, ibidem.

Si prolongauit infirmitatem, ibidem.

Si conſuluit aliquid contra ſalutem animæ pro ſanitate corporis, ibidem.§.7.

Si nō admonuit infirmū efficaciter, vt confiteret in principio infirmitatis, ibi.§.13.

Si prægnanti aliquid dedit, vt filius moreretur, peccauit mortaliter, quia nō ſunt facienda mala, vt bona eueniant.

Si dedit medicinam,de qua dubitat,an noceret, ibidem.§.2.

Si non annunciauit mortem infirmo,ibidē. §.12.

Si non debito modo viſitauit infirmos,poſſet aliquando eſſe mortale.

Si pauperibus noluit mederi gratis, ibidē. §.2.

Si habuit partē cū aromatario, & propter hoc grauat īfirmos emere ab eo cū eorū damno, quia ſic teneret eis ad reſtitutionem ex quo ei ſoluerunt;ſecus,ſi ex hoc nullum habent damnum.



37 Circa aromatarios. Si in cōponēdis medicinis nō poſuit, quę medicus ordinauit,ſed vnū pro alio,vel corrupta & quę virtutē nō habebāt ex vetuſtate, pro bonis,& huiuſmodi, ex quib⁹ ſequitur vel prolongatio infirmitatis, vel aliud malum proximo infirmo,quia vltra mortale tenetur ei ad reſtitutionem.

Si vēdidit venena,vel quę faciūt aborſum, & huiuſmodi illis,de quibus ſciebat nō debere vti ad bonum, vide,Ars.§.2.

Si ſophiſticauit aromata ponens in ſpeciebus vnum pro alio,vel in ſyrupis,aut in cādelis,& huiuſmodi,vide,Emptio.§.8.

Si vēdit diminuto pondere,aut falſo,& huiuſmodi,vide,Falſarium,§.11.

38 Circa mercatores,ſi portauit prohibita infidelib⁹,vide,Excōicatio.5.Caſu.21.

Si negociatur propter malum finem,vide, Negocium.§.2.

Si in loco ſacro tenuit mercatum,vide,immunitas.§.3.& Negocium.§.2.

Si carius vendidit,quàm emit in eodem loco,Emptio.§.10.& īfra, Negocium.§.3.

Si vendens pro alijs, aliqua vendit pro.12. & ſolū.10. dat dn̄is rerū, Emptio.§.28.

Si vendidit vnum pro alio, vel corrupta ꝑ bonis,vide,Emptio.§.8.

Si vſus eſt falſis menſuris,& huiuſmodi,vide,Falſarius.§.11.

Si vendidit rem plus iuſto precio, aut pp tempus ſolutionis, & hmōi, vide, Emptio.§.7. Et, vſura.1.§.33.& 34.

si fecit cambia,vide,vſura.1.§.2. cum ſeq.

Si fecit aliquos contractus vſurarios,vide, Vſura.1.per totum.

Si compoſuit cum alijs, vt vēdant vno precio in damnum reipublicæ, quia vltra mortale tenetur damnificatis,vide,Negocium.§.2.Et emptio.§.17.

Si expendit falſas monetas ſciēter, eſt mortale,& tenetur ad reſtitutionem,licèt ipſæ etiam fuerit deceptus ab alio, ſupra, Falſarius.§.4.

Si bonas monetas radit,vide,Falſarius.§.4. cum ſequentibus.

Si emit res raptas,vel furatas,vide,Reſtitutio.1.in litera, Emens rem raptam.

Si infideliter ſe habuit in ſocietate,quā hēt cum aliquo,vide,Societas.1.& 2.per to.

si vēdit in feſtis,vel cū mēdacijs,periurijs, & alijs illicitis, vide, Negocium.§.2.

39 Circa proxenetas, ſi mediator fuit contractuum vſurariorum,vide,Reſtitutio. 1.in litera,Vſurarius.§.5.

si male conſuluit ſcienter in aliquo contractu,quia vltra mortale tenetur de damno dato,vide,Dolus.§.9.

si decepit in precio dans intelligere vni, ꝙ vult tantū,& alteri, ꝙ non poteſt habere niſi tantùm, vide,Dolus.§.9.

40 Circa artifices,ſi fecit artē, cuius opus eſt ad malum,vt taxillos,& huiuſmodi, vide,Ars.§.2.

si accepit inſignia alterius magiſtri, vide, Inſignia,De fraude ī arte, ī mēſuris, & hmōi,vide Falſari⁹.§.11.&,emptio.§.8.

41 Circa lanifices,ſi vendit pannū vni⁹ lanæ ꝑ alia,vel tincturæ,vide,emptio.§.8.

si ſoluit laboratoribus de panno, aut vendendo vltra iuſtum precium, & emēdo pro viliori,vide,Vſura.2.§.60.iuncto.§. 15.in verbo,ſolutio.

si filatoribus dedit.14.vncias pro libra, tenetur ad reſtitutionem, niſi ſic a principio conueniſſet, niſi filatores facerent ex neceſſitate magna.

si pannum nimis traxit,vide, emp.§.8.

si nō ſoluit laboratorib.vide,ſolutio.§.15.

42 Circa tabernarios,ſi vendidit vinū limphatum pro puro,vide,emptio.§.8.

si miſcuit in vino nociua, ibidem.

si tenuit meretrices,vel luſores,oīa peccata ei imputabuntur.

si ſcienter adminiſtrauit ad ebrietatem alterius,vide,Ebrietas.§.1.

si ex culpa ſua ꝑdidit ſibi tradita in cuſtodia,vide,Cuſtos,ī prin.& Nauta,ī princ.

43 Circa macellarios, ſi vendidit carnem corruptam pro ſana, de pecude pro caſtrato,& huiuſmodi,vide, Emptio.§.8.

44 Circa piſtores,ſi fecit panem nimis pōderoſum,vel immiſcuit aliam farinam, & huiuſmodi,vide,Emptio.§.8.

45 Circa ſutores, ſi fecit veſtes impudicas, quæ non poſſunt deferri ſine peccato mortali,vide,Ars.§.2. & hoc quando ſit,vide,Ornatus,per totum.

Si malè incidit ex culpa ſua. Vide, culpa. §. 5. & 6.

Si furatur de panno ſerico, & huiuſmodi, vide, furtum, per totum.

46 Circa aurifices, ſi vẽdidit aurũ alchimicum pro vero, Vide, emptio. §. 8.

Si cudit monetam ſine licentia principis, Vide, falſarius. §. 4. cum ſeq.

Si radit eam, vel facit aquam, vnde aliqd imminueret, Ibidem. §. 8.

Si emit lapidẽ precioſum pro vili ab illo, q ignorabat, vide, emptio. §. 7.

47 Circa alchimicos, ſi laborauit in dicta arte, Vide, Alchimia.

48 Circa daciarios, ſi exegit dacia iniuſta, Vide, Pedagium. §. 1. cum ſeq.

Si exegit a perſonis eccleſiaſticis, ibid. §. 4.

Si imputauit fraudẽ dacij, vbi non erat, vltra mortale tenetur ad reſtitutionem totius damni.

Si fraudauit ſocios, vltra mortale tenetur ad reſtitutionem.

49 Circa muſicos, & hiſtriones, ſi pulſauit his, qui ex libidine chorizabant, vel illicitè, vide, chorea.

Si geſtus impudicos prouocantes ad peccatum mortale fecit. vide Hiſtrio.

50 Circa laboratores, & ruſticos.

Si non laborauit fideliter, in notabili exceſſu eſſet mortale peccatum.

Si permiſit beſtias nocere in agris & hmõi tenetur ad reſtitutionẽ, ſi fuit in culpa.

Si fraudauit dominum in parte ſibi dãda, tenetur ad reſtitutionẽ, niſi dñs in alio grauaſſet eum. Vide, Furtum. §. 40.

Si non ſeminauit poſſeſſiones, vel coluit, quas tenebat, ſicut debuit. vide culpa. §. 5. & 6.

51 Circa venatores, ſi in diebus feſtis perdita miſſa, vel per totam diem ſe occupauit. Vide, Feriæ. §. 9.

Si dedit damnum in agris, quia tenetur (ſi eſt notabile) ad reſtitutionem.

52 Circa locatores, ſi ſciẽter locauit equũ periculoſum, aut vas vitioſum, vide, Locatio. §. 23.

Si conductor fuit in culpa perditionis rei locatæ, ibidem. 24. §.

Si petit mercedem, quã non debuit, vel ſoluit minus, quã debuit, Ibid. §. 22. & 15.

53 Circa laborãtes in filãdo lanã, vel tingẽdo ſetã, & hmõi, qui tenentur Primò ſi furantur. Secũdò ſi male laborant, vel deſtruunt. de quo vide, Locatio. §. 3.

54 Circa reuẽditores rerũ, ſi finxerunt, ꝙ non poterant vendi niſi pro tanto, & tñ vel erãt, q emerunt pro plus, vel ipſi pro modico emerũt, vt ꝓ pluris venderẽt, tenẽtur ad reſtitutionẽ, qa per fraudẽ acquiſierunt. Item ſi vendiderũt pro plus, quã tribuãt domino, vide, Emptio. §. 28.

55 Circa Iudices, ſi habuit iuriſdictionẽ ab aliquo nõ verò dño. vide, Dñs, in princ.

Si dedit iniquam ſententiam ſcienter, vel per ignorantiam, aut negligentiam. Vide, Iudex. §. 21. cum ſequenti.

Si exiſtens ignorans non elegit bonum aſſeſſorem, Ibidem. §. 22.

Si elegit aſſeſſorem in fraudem, cum non indigeret, vide, Iudex. §. 16.

Si accepit pecuniam, vt iudicaret, vel non iudicaret, aut vt iniquè contra iuſtitiam vide, Iudex. §. 8. cum multis ſequentib. & Suſpenſio. 1. §. 29.

Si nõ ſeruauit ordinẽ iuris, videt̃ mortale, niſi aliqua cã vrgẽs ad hoc impelleret.

Si reo dedit dilationes indebitas, qa vltra mortale tenet̃ parti lęſæ ad reſtitutionẽ.

Si reo fecit ĩterrogatiões, ad quas nõ tenebat̃ rñdere, vide, cõfesſio delicti, ꝑ totũ.

Si poſuit ad torturam ſine legitimis indicijs, vide, Tortura. §. 1.

Si allegationes friuolas admiſit, quia vltra mortale tenetur læſo ad reſtitutionem.

Si appellationẽ legitimã nõ admiſit, vel friuolã admiſit, qa vltra mortale tenetur parti læſæ, ſm ꝙ dico, Appellatio. §. 15.

Si pauperibus non prouidit de aduocato, vide, Aduocatus. §. 10.

Si pęnã relaxauit, vel auxit, vide pęna. §. 18.

Si arreſtauit aliquem, vel bona eius deſcripſit, vel officiales miſit, vt ſic pecuniam extorqueret contra iuſtitiam, vel aliqd aliud inuenit, ex quo pecunias haberet, quia tenetur ad reſtitutionem.

Si ĩ ſentẽtia appoſuit clauſulã obſcurã vt ille ꝯ quem dabatur, ſe poſſet defendere contra iuſtitiam, quia vltra mortale tenet̃ ad reſtitutionẽ de dãno dato parti.

Si partem non cõdẽnauit in expenſis, cum deberet, & peterentur, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem parti.





Si vt extorqueret pecunias modo ſuo, fecit, ꝙ id, qđ iure ordinario debebat expedire, faceret iure delegato.

Si non purgauit prouinciam malis hominibus vide, Iudex. §. 7.

Si iudicauit ſecundùm allegata contra veritatem, quã ſciebat, vide, Iudicare. §. 7.

Si ſententiam alicuius cenſuræ eccleſiaſticę protulit ſine monitione, & ſcriptis. Vide, ſuſpenſio. 1. §. 16.

Si iudicare præſumpſit non ſibi ſubditos nec ratione rei, vel delicti, vide, Iudicare. §. 7.

Si ꝓtraxit ſentẽtiã in lõgũ, vt pecunias extorqueret, mortaliter peccauit, & tenet̃ ad reſtitutionẽ nõ ſolũ pecunię acceptę à parte, q̃ iuſtitiã habebat, ſed & ad oẽ datum, quod habuit ex tali dilatione.

Si interpoſuit autoritatẽ in aliquo cõtractu mulieris, vel minoris in eorũ dãnũ propter pecuniã, vel amicitiam, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem læſo.

56 Circa officiales Dñorũ, & Cõitatum.

Si comminatus eſt alicui, niſi ei daret &c. vide, Concusſio.

Si exegit iniuſta grauamina de mãdato ſui ſuperioris, qa vltra mortale tenetur ad reſtitutionẽ totiꝰ exacti, ſi ille non vult reſtituere, in cuius vtilitatẽ eſt exactũ.

Si executus eſt iniquam ſententiam, vide, Iudicare §. 7.

Si non obuiauit malis, quantum potuit, bono modo, vide, Conſentire §. 2.

Si fuit proditor terræ, vel caſtri, habes. s̃. Auaritia. 26. §. 15. in prima filia.

Si fuit officialis tyranni, aut iniuſti domini vide, Dominus, in prin.

Si nõ accuſauit, quos tenebatur ex officio, qa ſi ex iuramẽto tenebat̃, erit mortale peccatũ, aliàs nõ ſemper, vide Pęna. §. fi.

Si emit officia, vel ſuper ipſa mutuauit, vide, Officium. §. 2.

Si habens ſoluere de pecunia domini, vel communitatis alijs extorſit tantum pro ducato exiſtens ipſe ſalariatus, quia reſtituere tenetur vide, officium. §. 3.

Si quos inuenit de nocte, dimiſit ꝑꝑ pecuniã cõtra ſtatuta, quia videtur mortale.

Si ſeruauit ſtatuta, q̃ iurauit in prin. officij.

57 Circa conſiliarios dominorum, vel cõmunitatum.

Si exiſtens in conſilio conſenſit alicui malo, vide, Conſentire. §. 2. &, Conſiliũ. §. 1.

Si dedit fraudulentum conſilium, Ibidem.

Si propoſuit aliqua in cõſilio in damnum aliquorum, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem damni totius, quando ſine eo non fuiſſet, Conſilium. §. 1.

Si conſenſit ad aliqua ſtatuta fienda, quæ erant iniuſta, aut contra libertatem eccleſię, vide ibidem, &, Excommunicatio 7. Caſu. 12. & Caſu. 43.

Si res communitatis permiſit dilapidari, vel ex inutilibus commisſionibus, aut qualitercunque, vide, Adminiſtratio.

58 Circa arbitros, vel arbitratores.

Si iniquam dedit ſententiã ſcienter, vel ex ignorantia, vide, Iudex. §. 21. cum ſequẽ.

Si permiſit expirare compromiſſum, vide Arbiter. § 1.

Si pro ſpirituali dedit temporale in recompenſationem, vide Ibidem. §. 7.

Si pro pace abſtulit ab vno, & dedit alteri, vide Ibidem. §. 6.

59 Circa accuſatores, ſi accuſauit aliquẽ mala intentione, vide, Accuſatio. §. 6.

Si accuſauit aliquem calumnioſè, vide Ibidem. §. 8.

Si iurauit non accuſare, Ibidem. §. 6.

Si accepit pretium, vt non accuſaret, ibid.

Si accuſatus rñdit calumnioſè, Ibid. §. 13.

Si accuſatus tacuit veritatem, ibid. §. 12.

60 Circa aduocatos. Si inhibitus a iure aduocare, aduocauit, vide, Aduocatus. §. 1. cum multis ſequentibus.

Si defendit iniuſtã cauſam, Ibid. §. 13.

Si amiſit cauſam iuſtam per ſuam ignorantiam, vel negligentiam, ibid. §. 12.

Si immoderatũ ſalariũ extorſit, ibi. §. 14.

Si non aduocauit pro pauperibus, ibi. §. 10.

Si fecit pactum cum clientulo de quota litis, Ibidem. §. 14.

Si reuelauit aduerſario ſecreta clientuli, vide, Falſarius. §. 2.

Si cauſam vſurariam defendit, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem, vide infra, reſtitutio. 1. in ver. vſurarius. §. fin.

Si fruſtratorias dilationes quæſiuit, quia tenetur ad reſtitutionem parti lęſæ.

Si falſas leges, vel inſtrumenta produxit, vel inſtruxit clientulum de falſitate dicenda, vide. s. Tho. 2. 2. q. 69.

Si qualitercunque fuit cauſa alicuius dãni in huiuſmodi aduocatione, quia vltra mortale tenetur de damno parti læſæ.

Si ſolummodo attendit ad ordinem iudiciariũ,& nõ ad merita cauſę,ſicut hodie communiter faciunt Aduocati, & tamẽ non excuſantur a mortali, & ab obligatione reſtitutionis dãni,ſi defendunt cauſam iniuſtã quò ad merita,quantũcunq; quò ad modum procedendi ſit inordinata, quia ordo non eſt inuentus niſi propter deceptiones euitandas.

61 Circa procuratores ſi defendit cauſam iniuſtam,mortale eſt,& tenetur ad reſtitutionem læſo.

Si infideliter,vel negligenter ſe habuit,vide,Locatio.§. 23.

Si in poſitionibus ponendis,vel reſpondendis periurauit, vel fuit cauſa periurij, mortaliter peccauit,vide, periuriũ. §.4.

62 Circa notarios, ſi ex ignorantia dictauit male inſtrumenta, vel teſtamẽta,ꝑꝑ quod proximi damnificati ſunt,. Vide, culpa.§.5.& 6.& infra,Tabellio.§. 6.

Si inſtrumenta,quæ recepit, non poſuit in protocollis ſuis, ex magna negligentia videtur mortale peccatum in inſtrumentis,ex quibus ex eorum perditione proximi poſſent notabiliter lædi.

Si malicioſè occultauit, vel deſtruxit inſtrumenta,vide,Falſarius.§. 3.

Si falſauit inſtrumenta addendo aliquid, quod non fuit expreſſum vel alio modo vide,Falſarius,in principio.

Si non bene informauit in renuntiatione alicuius iuris ponenda in inſtrumento partem,quæ erat ignara, qa teneẽ ei de dãno eo, qa eſt cã deceptionis proximi.

Si fecit inſtrumenta in fraudem vſurarũ,vide,Reſtitutio.1.in litera, Vſurarius.§.6.

Si petijt indebitum ſalarium, tenetur reſtituere,facit quod dico,Emptio.§.7.

Si notarius Epiſcopi petit ab ordinandis ſalarium non ſecundùm inſtrumentum, ſed ſecundũ qualitatem ordinis:quia eſt ſymoniacus, quantumcunque nõ ſit ad ſaliariatus.Vide ſymonia.3. §.22.

Si recipit inſtrumẽta ꝑ teſtamẽto,renuntiatione,donatione, vel alia abſolutione illius,qui non erat ſanæ mẽtis, quia vltra mortale tenetur ad reſtitutionem lęſo.

Si ſcripſit,dictauit,vel redegit in publicam formã ſtatuta contra eccleſiaſticã libertatẽ,vel in fauorẽ vſurarum.Vide Excõmunicatio.7.& caſu.44.

Si rogatus pro pauperibus noluit gratis facere quia tenetur,ſecundùm quod dico de Aduocato Aduocatus.§. 10.

63 Circa litigantes, ſi calumnioſè accuſauit aliquem,vide,Accuſatio.§. 8.

Si mala intentione,Ibid. §. 4.

Si accuſatus dedit pecuniam accuſatori,vt deſiſteret,Ibidem.§. 11.

Si calumnioſè ſe defendit,Ibidem.§. 13.

Si nõ rñdit veritatẽ interrogatꝰ, qñ tenebatur.vide,confeſſio delicti, in principio.

Si litigauit ſciens iniuſtam cauſam habere, Vide,Litigioſa.§.2.

Si habens iniuſtam cauſam,litigauit non ꝑ media iuſta, ſed indebita, vt puta cum mẽdacijs,periurijs, & hmõi, mortaliter peccauit ſm Th.2.2.q.49. nõ tñ tenetur ad reſtitutionẽ,ſi aliquid obtinuit ꝑ iniuſtam ſententiam,vide ſententia.§.7.

Si appellauit cauſa afferendæ moræ, Vide, appellatio.§.15.

Si ratione ſtudij, vel artis fraudulenter cõuenit aduerſarium coram aliquo iudice vide,Argumentatio.§.3.

Si habens conſeruatorem, procurauit, vt intromitteret ſe de non notorijs,Vide, conſeruator.§.1.

64 Circa teſtes ſi requiſitus in iudicio noluit dicere veritatem,vide,Teſtes.§. 16.

Si falſum teſtimonium dixit, Ibid.§. 30.

Si dubiũ ꝑ certo ꝓpoſuit,vide,piuriũ.§.3.

Si pecuniam accepit pro teſtimonio ferendo,vide,Teſtis.§.28.

65 Circa tutores,vel curatores,ſi bene adminiſtrauit in vtilitatibus pupillorũ, vide,Adminiſtratio,per totũ,& tutela.§.2.

Si conſummauit bona ipſorum,vel ſibi appropriauit,quia tenetur ad reſtitutionẽ, vt patet ibid.

66 Circa executionem teſtamentorũ, vel vltimarum voluntatum. ſi alienauit relictum,vide,Dos.§.26.

Si ſoluit d̾bita defũcti,vide,Heres.§.5.&6.

Si legata impleuit,vel nimis diſtulit, vide, Executio.§.23.& 24.

67 Circa curiales.ſi fuit adulator vt obtineret beneficia,& huiuſmodi,vide Adulatio,



tio,per totum.

Si propoſuit dominis aliqua, vnde poſſent extorquere pecunias indebitè.vide,conſilium.§.1.

Si bona confiſcata iniquè ſibi fecit donari, quia tenetur reſtituere.

Si fuit leno ꝑ dño, mortalia multa in hoc ſępe committuntur,vide infra, reſtitutio.1.in ver.animam lædens.

Si totum tempus expendit in ocioſitate, vide,præceptum.§.5.

Si reportauit mala de alio,vt eum poneret in inimicitiam domini,vide,ſuſurratio.

Si delectatus fuit dicere mala de alijs, vel audire,vide,Detractio.

68 Circa principes, & dominos ſęculares.

Si habet dominium ex iuſto titulo, Vide, Dominus,in principio.

Si neglexit facere iuſtitiã petentibus, quia vltra mortale tenetur eis ad reſtitutionem damni, quod paſſi fuerunt ex hoc; facit quod habes,Iudex.§.21.

Si fecit iniuſtitiam alicui, multo magis tenetur,ibid.

Si q̃ſiuit ponere diuiſionẽ i populis, vt poſſet regnare,qa mortale ẽ. vide,Suſurrõ.

Si impoſuit collectas indebitas ſubditis ſuis,vide,Tallia,in prin.&§. 1.

Si exigi fecit pedagia iniuſta, vide, Pedagium,per totum.

Si fuit ambitioſus ad maius dominiũ,propterea procurauit bella, vel aliud iniuſtũ, quia vltra mortale tenetur de omni damno vide,Ambitio.§.1.

Si fecit confederationẽ cũ aliquo de defendendo ſe iuſtè, vel iniuſtè, mortaliter peccauit.

Si habuit bellũ iniuſtũ,& qñ ſit iniuſtũ, habes Bellũ.§.4.quõ teneẽ ibi.1.§.5.10.& 11.

Si poſuit officiales malos,vide, Dominus. §.4.&,adminiſtratio.§. 2.

Si vendidit officia,vide,Officium.

Si ea quæ erant cõitatis,ſibi appropriauit, tenetur reſtituere,vide,Tallia.§.2.& 10.

Si incarcerari fecit aliquem indebitè, vide carcer.§.2.&3.

Si bãniuit aliquẽ indebitè,vide,Bannũ.§.1.

Si non permiſit teſtari aliquos,vide, Tallia §.10.facit in arg.tantùm.

Si coegit nubere filiã alicuiꝰ alteri vt ei ſuccedat,põt eſſe mortale ſm qualitatẽ rei.

Si fecit fieri torneamẽta,vel haſtiludia,vel ſpectacula inhoneſta,vide,Ludus.§.6.

Si iuſtitiã vendidit,vide,Iudex.§.19.& 20.

Si fecit ſtatuta,vel leges iniquas,vide, Lex §.22.& Excommu.7.caſu.12.& caſu.43.

Si vaſallos indebitè grauauit,vel ſpoliauit vide,Tallia,per totum.

Si ipſe vaſallus exiſtens fuit infidelis domino ſuo,vide,Feudum.§.16.

Si tolerauit vſurarios propter lucrum ſuũ, vide,Vſura.2.& 14.

Si non purgauit prouinciam malis hominibus,vide,iudex.§.7.

Si propter auaritiam commutauit pœnam corporalem in pecuniariam, quia vltra mortale tenetur læſis, ſi propter hoc aliqua ſcelera facilius perpetrantur, vide infra,pœna.§.18.

Si nõ tenuit vias ſecuras,vide, Rapina.§.1.

Si pupillos,& miſerabiles perſonas nõ voluit audire, non dando publicas aliqñ audientias, quia vltra mortale teneẽ de damno, ꝙ eis infertur,vide,culpa.§.5.

Si angariauit ruſticos in laboribus, & maximè in feſtis,vide,Tallia per totum, & Feriæ.§.9.

Si tenuit nimias pompas,aut expenſas, vide,Ornatus.

Si nimis occupauit ſe in ludis, & venationibus,vide,Ludꝰ,& Venatio,per totum.

Si dedit damnum in agris propter venationes,vide,venatio.§.2.

Si non correxit familiã,ſed parum curauit eos cõpeſcere a peccatis,vide,correctio primò,& ſecundò per totum,& quomodo tenetur,vide,Dominus. §.1.

Si fuit excommunicatus vel a iudice, vel propter aliquod infraſcriptorum.

Si inijci fecit manus violentas in perſonas eccleſiaſticas,vide,Excommunicatio.5. caſu.1.per totum.

Si fecit incendi,vel frangi eccleſias,vel loca religioſa,ibidem caſu.5.&6.

Si fuit inſecutor alicuius cardinalis,vel de familia Papæ,aut Cardinalis, vel alicuiꝰ Epiſcopi,vide Excommunicatio.5. caſu. 9.& caſu.13.

Si fecit fieri aliquam iniuriam illis, qui tulerũt aliquas ſentẽtias excõicationis,vel interdicti,vel q̃ fuerũt cauſa,vt ponerẽtur,vel obſeruarentur,vide ibi.caſu.10.

Si fuit fautor hæreticorum eorum,vel im-
pediuit officiũ inquiſitoris,vide,Hæreti
cus,per totũ,&,Excõicatio.5.caſu.16.&
Excommunicatio.7.caſu.28.&29.
Si coegit celebrare tempore interdicti, vi-
de,Excommunicatio.5.caſu. 15.
Si fuit receptator paratarũ,vel cum eis par
ticipauit,vide ibidem caſu. 18.
Si impoſuit noua pedagia,vel exegit prohi
bita,ibidem caſu.19.
Si permiſit deferri prohibita infidelibus,
ibidem caſu.21.
Si impediuit victualia, nè ad curiam porta
rentur,ibidem caſu.22.
Si volentes ire Romam, vel redeuntes ce-
pit,percuſsit,& huiuſmodi, ibidem ca-
ſu.23.24.& 25.
Si impediuit,nè obediretur literis apoſtoli
cis ibidem caſu.26.
Si vſurpauit iuriſdictionem eccleſiaſticam
ibid.caſu.28.Excommunic.7.caſu. 6.
Si Romipetas detinuit,vel ſpoliauit,Caſu.
29.Excom.5.
Si inuaſit terras eccleſiæ,ibid.caſu.30.
Si ſe ſubtraxit ab obedientia Romani pon-
tificis,ibidem Caſu.27.
Si corpus alicuius defuncti fecit incidi, vt
alibi ſepeliretur,ibidem Caſu. 32.
Si tertiò admonitus ab Epiſcopis, noluit
eis facere iuſtitiam, excommunicatio.
7.caſu.1.
Si exegit, vel exigi fecit pedagia à perſonis
eccleſiaſticis,vel alia onera,ibidem Ca-
ſu. 5.
Si Chriſtianos naufragium patientes ſpo-
liauit bonis,ibidem Caſu.10.
Si grauauit perſonas eccleſiaſticas,vel eo-
rum conſanguineos,quia noluerunt eli
gere,quem volebat,ibidem caſu. 14.
Si regalia,vel cuſtodiam, & huiuſmodi ſi-
bi vſurpauit in eccleſijs vacantibus, ibi
dem caſu.15.
Si extorſit abſolutionem ab aliqua cenſura
per metum,ibidem caſu. 17.
Si compulit prælatos eccleſiaſticos ad ſub
mittẽdum ei bona eccleſiarum, ibidem
caſu.21.
Si interdixit ſuis ſubditis,nè coquant,mo-
lant, & huiuſmodi perſonis eccleſiaſti-
cis,ibidem caſu. 26.
Si procurauit aliquem occidi facere per aſ
ſaſſinos,ibidem Caſu.31.
Si conceſsit repreſalias contra eccleſiaſti-
cas perſonas,ibidem caſu. 33.
Si impediuit viſitationes monialium,ibidẽ
Caſu.39.
Si immunitatem eccleſiaſticã violauit ca-
piendo homines in eccleſia,vide,immu
nitas,per totum.
Si præſentauit indignos exiſtens patronus
alicuiº eccleſiæ,vide ius patronatº. §.18.
Si fecit promoueri indignos, & ſi pro pe-
cunia, quia vltra mortale eſt ſimoniacº.
Vide ſimonia.3.§.1.
Si voluit,quòd primò beneficia ab ipſo pe
tantur,quàm a Papa,mortale eſt, niſi ali
qua rationabili cauſa faceret, puta nè in
dignis darentur,& huiuſmodi.
Si fidem ſeruauit promiſſam,Vide pactum
§. 4.
Si ſoluit ſeruitoribus ſuis, & creditoribus,
Vide ſolutio.§.3.cum ſeq.
Circa eccleſiaſticas perſonas, & primò cir
ca Clericos in communi.
Si eſt irregularis,& quando, vel quomodo
incurritur,habes, irregularitas primò,
per totum.
Si eſt ſuſpenſus, & in quibus caſibus incur
rat eam,vide,ſuſpenſio primò,per totũ.
Si recepit ordines ſimoniacè,vel à ſimonia
co,Vide,ſimonia.6.§.9.
Si recepit ordines ĩ peccato mortali,vide
Ordo.2.§.3.& 4.
Si executus eſt ea, quæ ſunt ordinis in pec
cato mortali,vide,Clericus.8.& Eucha
riſtia.2.§.5.Euchariſtia.3.§.15.& 24.
Si exiſtens excommunicatus, vel interdi-
ctus,aut ſuſpenſus miniſtrauit,vide,Ir-
regularitas,primò.
Si non portauit tonſuram, vel habitum,vi
de,Apoſtata.§.1.& 2.&,Clericus.4.§.1.
2.& 3.
Si immiſcuit ſe negotijs ſœcularibus,vide
Clericus.9.§.3.cum ſeq.
Si exercuit inhoneſta clericatui,vide,Cle-
ricus.10.per totum.
Si eſt debitè literatus,vide Clericus. 2.per
totum,& Epiſcopus.§.26.
Si fuit ordinatus ante ætatem debitam, vi
de,ætas per totum.
Si dimiſit horas canonicas dicere, vide,
Hora.§.3.cum 8.§.ſequentibus.

Si



Si dicendo voluntariè ſe occupauit in
aliquo alio,Ibidem.§. 26.
Si non benedixit menſam, nec gratias
reddidit poſt cibum.Vide,Clericº. 12.§.3.
Si exercuit officium ordinis ſine debitis
paramentis,vel modo.Vide,miſſa.§.trige-
ſimoquinto.
Si celebrauit in eccleſia polluta, vide,
Conſecratio eccleſię.§.8.
Si celebrauit tempore interdicti, vide,
Interdictum.8.per totum.
Si celebrauit ad faciendum maleficia,vi
de,Miſſa.§.54.
Si celebrauit non ieiunus,Ibidem.§. 3.
cum duobus ſequentibus.
Si in altari execrato,vide,altare.§.2.
Si pluſquam ſemel in die,Vide,Miſſa.§.
quadrageſimoſeſto.
Si cum hoſtia,vel vino corruptis. Vide,
Euchariſtia.1.§.1. cum ſequentibus.
Si cum euagatione mentis, Vide, Miſ-
ſa.§.2.
Si nimis rarò celebrauit, Ibidem. §.43.
& 44.vbi melius.
Si ante diem,vide,Euchariſtia.3.§.36.&
Miſſa.§.41.
Si exiſtens in aliquo notorio delicto,Vi
de,Clericus.8.§.4.
Si habita pollutione celebrauit eadem
die, vide,Euchariſtia.3.§.28.
Si promiſit alicui dicere miſſas, & non
dixit,vide,miſſa.§.52.cum ſeq.
Si exiſtens bigamus portat tonſuram,vi
de,Bigamia.§.12.
Si nimiam habet conuerſationem cum
mulieribus,Vide,Clericus.5.§.2.& alijs ſe
quentibus.
Si participauit cum excommunicatis in
diuinis,vide,Excommunicatio. 5. Caſu.4.
&,Excommunicatio.4.& 3.
Si fuit falſarius literarum apoſtolicarũ,
Vide,Excommunicatio.5. Caſu.3.
si ſepeliuit interdictos, excommunica-
tos,vel vſurarios, vide, Excommunicatio.
7.caſu.28.& 36.
si vſurarijs manifeſtis alienigenis do-
mos conceſsit ad fænus exercendum, Ibi.
caſu.32.
Circa beneficiatos vltra prædicta inter-
rogetur de infraſcriptis.
si obtinuit beneficium per ſimoniam,
vel per preces carnales,aut aliud turpe,Vi
de,Adulatio.§.2.& ſymonia. 3. & 5. & 6.
per totum.
si eſt indignus propter literarum igno-
rantiam,vel aliud canonicum impedimen
tum;puta quia infamis, irregularis,corpo
re vitiatus,& huiuſmodi, quia ſic tenetur
reſignare in manibus valentis accipere reſi
gnationem,de quo vide,Beneficium.§.43.
& niſi fuerit cum eo diſpenſatum, vel in
caſu,vide,corpore vitiatus.§.4.
Si obtinuit beneficium non intendens
clericari,vide,clericus.7.§. 5. & 6.
si permutauit beneficia, vide,permuta-
tio.§.1.cum ſeq.
si renuntiauit beneficio ſimoniacè, vi-
de,Renuntiatio.§.9.& 10.§.
si facit reſidentiam in beneficio ſuo,vi-
de,Clericus.7.in multis.
si habet plura beneficia,quorum vnum
ſufficeret,vide,Beneficium.§.34.
si fecit quatuor partes de fructibus bene
ficij,vide,clericus.3.§.1.
si habens patrimonium ſeruauit, vt vi-
ueret de eccleſia,Ibidem.§.2.
si expendit fructus beneficij in vſus in-
honeſtos,Ibidem.§.4.
si male tractauit eccleſiam,& eius ędifi
cia,vide,clericus.3.§.1.
si vaſa, & paramenta ad diuinum cultũ
tenet immunda,vide,Vaſa ſacra.
si alienauit bona eccleſiaſtica, quę ſer-
uando ſeruari poterant,ſine legitima cau-
ſa,& cum debita ſolennitate,vide, Aliena
tio,per totum.
si locauit ſub annuo cenſu vices ſuas al
teri,vide,ſimonia.2.§.25. cum duobus ſe-
quentibus.
si induxit ad vouendum, vel iurandum
de eligenda ſepultura in ſua eccleſia, Vi-
de,Excõ.5.caſu.14.& ſepultura. §. 35.
si leges,vel phyſicam audiuit, vide, Ex-
communicatio.7.caſu.7.
si habentes eligere non elegerunt me-
liorem,vide,Electio.§.21.
si appetunt epiſcopatum aut prælatio-
nem ſuperiorem,vide,Epiſcopus.§. 2.
si malè adminiſtrauit bona eccleſiaſtica
vide,Adminiſtratio.
71 Circa prælatos habentes iuriſdictionẽ
maximè epiſcopos,vltra prædicta.

Si

Si electus ſe fecit confirmari, Vide, confirmatio electorum, per totum.

Si non correxit publicos criminoſos, vide correctio.1.§.3.&, Epiſcopus, in princi. & §. 10.

Si poſuit indignos in officio, vel beneficio, Vide, Epiſcopus.§.18. &, Adminiſttatio.§.2.

Si fuit nimis pompoſus in ornatu huiuſmodi, vide, Ornatus, per totum.

Si indebitè diſpenſauit in votis, habes votum.4.per totum.

Si in alijs, vide, Diſpenſatio, in prin. cum multis.§§.

Si aliquid exegit pro licentia miniſtrandi, vel docendi, vide, Magiſter.§.15.

Si contulit ordines indebitè, quibus nõ debebat, vel quando, vel modo, quo debebat, vide, Ordo.1.2.3.4.5.6. & 7.

Si non examinauit ordinandos. ſed ordinauit indignos, vide, Ordo 3 §.2. & 23.

Si ſacramentum confirmationis non tenuit notabili negligentia, videtur mortale, vide, confirmationis ſacramentum. §.1.

Si chriſma, & oleum ſanctum non conſecrauit in cæna domini omni anno, vide, Oleum, per to.

Si non fecit conſecrationes eccleſiarum altarium, & veſtimẽtorum, quibus debuit, eſt graue peccatum, vide in ver. conſecratio altarium.

Si non habuit teſtes ſynodales, de quibus vide, Epiſcopus.§.10.

Si non viſitauit ſingulis annis diœceſim Ibidem §.13.

Si non deputauit in eccleſijs cathedralibus, & conuentualibus viros ad prædicandas, & audiendas confeſſiones, vide ibidẽ. §. 14.

Si ordinauit in diaconum, vel ſubdiaconum, qui neſcit officium, vide ibidem. §. 15.

Si non eſt vſus lineis, ſi non erat religioſus, Ibidem.§.29.

Si non ſeruauit nec fecit ſeruari canones, vide, Epiſcopus.§.2..

Si contulit beneficia ſimoniacè, vide Simonia.6.per totum.

Si plura contulit vni, vide, beneficium. §.23.& 26.

Si ratione conſanguinitatis, vide, Acceptio perſonarum.§.4.& §. 10.

Si non prouidit de beneficio illis, quos ordinauit, vide, Beneficium.§.10.

Si viſitando accepit munera ipſe, vel aliquis de ſuis, vide, Viſitatio.§.3.

Si poſuit indebitas collectas, vide, Tallia, in princ.§.1.

Si vſurpauit bona vacantia eccleſiarum vide, Beneficium.§.39.& 40.& 41.

Si non ſoluit debita iuſtè cõtracta a ſuo prædeceſſore, vide, Dignitas.§.1.

Si quæſtuarios pro lucro permiſit, indiſcreta prędicare, quia tenentur ipſi reddere rationem domino de omni malo, & ſatisfacere ſubditis de omni damno dato propter hoc.c.ſi.de iniurijs, & vide, ſymonia.3.§.8.

Si incerta ſibi appropriauit, vide, reſtitutio.2.§.14.& 15.

Si teſtamenta, & legata non fecit implere, vide, Executor.§.11.

Si non tenuit bonum vicarium, cum ipſe non attendat, tenetur de damno.

Si iniuſtam ſententiam dedit, vide ſupra dicta de iudicibus.

Si in excommunicando non ſeruauit debitam formam, vide. Excommunicatio.2. per totum.

Si in diebus feſtiuis non interfuit diuinis, vide, Horę.§.26.

Si exemptos moleſtauit indebitè, mortaliter peccauit, ſi in aliquo notabili hoc fecit, q̃a non habet iuriſdictionẽ in exẽptos.

Si conſecrauit corruptam ſcienter pro moniali, vide, Conſecratio virginum.

Si viſitauit monaſteria monialium, & fecit, vt ſeruent clauſuram, Vide, ſupra, Exẽptus.§.10.& Monialis.§.3.

Si hoſpitalarios viſitauit, & fecit, vt facerent debitum, vide, Hoſpitale.§. vlti.

Si dedit malum exemplum ſubditis, vide, Exemplum.

Si magiſtrũ tenuit in eccleſia, & facit in alijs teneri pro pauperibus, & clericis, Vide, Magiſter.§.7.& ſupra, Epiſcopus.§. 12.

72 Circa Confeſſores.

Si audiuit confeſſiones non habens autoritatem, & ſi vis ſcire, ſi habes autoritatẽ, vide, Confeſſio.3.per totum.

Si abſoluit à q̃bus non potuit, vide quid poteſt, Confeſſio.3.& 5.& Caſus, & a quibus

bus



bus excõicationibus, habes, abſolutio.1. §.1.& 3.4.& 5. & Abſolutio.2.in princ. & per totum, & de modo abſoluẽdi, Abſolutio.3.per totum.

Si abſoluit manifeſtos vſurarios, vide Vſura.2. §. 8.

Si diſpenſauit ſine autoritate, quia peccauit mortaliter.

Si nimis feſtinanter interrogauit, vel non interroganit, vide hic in prin.

Si interrogauit, quod non debuit ex delectatione, vide ſupra.§.1.

Si reuelauit confeſſionem, vide, Confeſſio vltimò, per totum.

Si exiſtens in mortali audiuit confeſſionẽ, vide, Clericus.8.§.1.

Si audiuit confeſſiones principaliter propter lucrum, vide, ſimonia primò, per totum, & ſimonia.2.§.6.

Si habet ſcientiam debitam, vide, Confeſſio, 4.§.3.

73 Circa Predicatores.

Si prędicauit in mortali peccato exiſtens, vide, Prædicare.§.7.

Si habet ſcientiam debitam, ibidem.§.6.

Si p̃dicauit mendacia, vide, Mendaciũ.§.4.

Si prædicauit propter honorem, vide, Honor.§.7.

Si propter lucrum, vide, ſimonia primò, per totum, & ſimonia.2.§.6. & ſimonia. 3.§.9.

Si prædicauit ſine licentia, q̃a mortaliter peccauit toties, vide, Prędicare, in prin.

Si prædicauit indulgentias indiſcretas, vide, religioſus.§ 65.

74 Circa Inquiſitores hęreticorum.

Si extorſit pecunias, vide, Inquiſitor.§.5.

Si bona eccleſiarum applicauit fiſco, ibid.

Si abuſi ſunt armorũ multitudine, ibidem.

Si malicioſè impoſuerunt crimen, vel impedimentum ſui officij alicui, ibidem.

Si omiſerunt procedere contra conſcientiam ex amore lucri, & huiuſmodi, ibi.

Si inquiſitor vnius ordinis proceſſit cõtra fratrem alterius ordinis, Ibidem.

Si impediuit ſe de diuinationibus, vide ibidem.§.3.

75 Circa Religioſos in communi.

Si intrauit per ſimoniam, vide, ſimonia 4. per totum.

Si intrauit latiorem habens votum ſtrictioris, vide, religioſus.§.34.

Si non fuit obediens, vide, Religioſus. §.29.

Si proprietarius fuit, Ibidem.

Si contra votum caſtitatis, ibidem.

Si officium dicit, vide, Hora, per totum.

Si ſeruauit alia præcepta regulæ, vel conſtitutionum obligantia ad mortale, vide, Religioſus.§.28.

Si elegit meliores, vide, electio.§.21.

Si infamauit alias religiones, vide, Detractio, per totum.

Si noluit conſentire electioni, vide, Electio.§.30.

Si ſecreta ſui ordinis reuelauit in ſcandalũ ipſius, peccauit mortaliter, quia proditor eſt.

si in viſitatione non reuelauit, quæ debebat, vide, Denuntiatio.§.10.

si fecit aliquid contra ea, quæ generaliter prohibentur religioſis, vide, Religioſus. §.vltimo.

si receſſit a monaſterio ſine licentia prælati, vide, Apoſtaſia.§.4.

si frequentauit monaſteria monialium, vide, Monaſterium.§.8.

76 Circa monachos.

si ſeruauit quę ſibi præcipiuntur, & quæ ſint vltra regulam, habes infra, Monachus.§.10.

77 Circa Abbates.

si habuit curam ſibi commiſſorum, eos vita & doctrina inſtruẽdo, vide, Abbas. §.10.

si diſpenſauit cum eis ſine cauſa legitima, vide, Diſpenſatio. §.7.

si impoſuit monaſterijs, aut prioratib⁹ nouas penſiones, vel auxit veteres, vel applicauit ſuę menſę, vide, Abbas.§.26.

si ſeruauit regulam, & ſibi præcepta, vt infra, Monachus.

si requiſiuit apoſtatas, vide, Abbas. §.18.

78 Circa abbatiſſam, ſi fecit ſe benedici, vbi eſt conſuetudo, vide, abbatiſſa.§.2.

si fecit ſeruari clauſuram, vide, Monialis. §. 3.

79 Circa hoſpitalarios. ſi fecit inuentariũ, vide, Hoſpitale. §.2.3.4.

si tenuit hoſpitalitatem, Ibidem §.vlt.

si bona hoſpitalis conuertit ad aliũ vſum, vide, Legatum.2.§.11.

si

a Huc pertinentia quædam pñt ex Di. Ambr. de offic. lib. 1. c. 35. 36. & 37. colligi, vbi de fortitudine ſcribit. P. V.

Si perierunt ex negligentia ſua, vide Adminiſtratio.

80 Aduerte, quia p̃ſatas interrogationes ſolũ poſui, q̃a circa prędicta cõiter eſt mortale peccatũ, licèt aliqñ non ꝑꝑ imperfectionẽ actus, & dimiſi multas interrogationes circa ea, quæ ſunt cõiter peccata venialia, & quia non ſunt neceſſariò confitenda talia peccata, niſi qñ dubitatur an ſint mortalia. Item ſecundò rõne ſtatuti obligantis ad peccata venialia confitenda, tamen tunc ſufficeret confiteri in genere, vide, confeſſio primò, §. 28.

Item tertiò videtur, ꝙ teneatur confiteri venialia, qñ eſſet periculũ, nè traherent ad mortale. Nã, cum tunc teneatur de ipſis pœnitere, multò fortius confiteri ꝑꝑ euitandũ mortale, ad quod inducunt, qñ hoc aduertit. Additur ab aliquibus quartus caſus, in quo tenetur quis cõfiteri venialia, ſ. qñ nullum habet mortale, & in paſcha teneatur confiteri, ꝙ tunc confiteatur venialia. Scot. tñ contrarium tenet, ſed quia (vt dixi) qualitercunq; quis teneatur confiteri venialia, ſufficit cõfiteatur illa in genere, niſi in caſu, qñ dubitat, an ſit mortale, ideo pertranſeo, & ſufficit quò ad venialia cõfiteatur ſic, peccaui multis modis cogitatione, delectatione, omisſione, diſſolutione, locutione, viſu, tactu, guſtu, ornatu, & multis alijs modis, de quibus omnibus tam mortalibus, q̃ venialibus dico meam culpã. Itẽ non omittat cõfiteri oblita, & ignorata ſic: Item dico meã culpam, de omnibus peccatis meis mortalibus, quæ oblitus ſum, nec vnquam legitimè confeſſus, fortè ex mea ignorantia, vel negligentia, quia valet talis confeſſio, vt remittantur, vel reducãtur ad cognitionem, & non teneatur recitare confeſſiones, quanuis multa fuerit tunc oblitus confiteri, ſi modò diligentiam ſecundũ ſuam conditionem fecit. Quibus omnibus cõpletis faciat terminare peccatorẽ ſuam confeſſionem, ſic dicẽdo. Ideo præcor beatiſſimam & glorioſam virginem Mariam, oẽs ſanctos, & te pater orare pro me. Quibus peractis confeſſor increpet, corrigat, & dulciter admoneat peccatorem abſtinere a ſocietatibus, & cauſis peccatorum. Nõ tñ exigat iuramentum, vel promisſionem de aliquo, niſi ſolùm de his, in quibus iura ſic voluerunt, vt in excõicatione, & hmõi. poſtea imponat ei pñĩam talem, quã ſtatim poſſit cõplere ante recidiuationem pro ſacramentali, & poſtea aliam, quã videat, ꝙ peccator veriſimiliter faciet. vnde caueat, nè imponat pñĩam talem, quã veriſimiliter non implebit, quia eſſet potius illum illaqueare, quã ſoluere. Eſſet bene bonum illi notificare, quã pñĩam meretur, vt ſic magis timeat; poſtea concede ei illam indulgentiam, quã potes, de quo vide, Indulgentia. §. 5. Deinde abſolue eum ſic, Miſereatũ tui omnipotens &c. Indulgentiam & abſolutionem &c. dñs noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego autoritate ipſius abſoluo te à vinculo excõicationis maioris, vel minoris, inquantum poſſum. & reſtituo te ſacramentis eccleſiæ, iterum te abſoluo ab omnibus peccatis tuis mortalib⁹, & venialibus, confeſſis, oblitis, ignoratis, & a circunſtantijs eorum, In nomine patris, & filij, & ſpiritu ſancti, amen. Poſtea imponat ei ſic taliter, ꝙ ſi intelligat. Omnia bona, quæ facies, & mala, quæ patienter ſuſtinebis, impono tibi in remisſionem tuorum peccatorum; vade in pace. Et ſi haberet caſum, vel excõicationem, a qua non poſſes abſoluere, impone ei, ꝙ vadat ad eum, qui eum poteſt abſoluere, nec ingerat ſe ſacramentis, donec de eo ſit abſolutus, niſi ratione ſcandali euitandi, ſi excommunicatio eſt occulta.

INTESTATVS quis dicitur decedere quatuor modis.

Primò ſi nullum teſtamentum fecit.

Secundò ſi fecit, ſed non iure.

Tertiò ſi fecit iure, tamen poſtea ruptũ eſt poſthumi natiuitate, vel irritum factũ eſt capitis diminutione teſtatoris.

Quartò ſi nulli ſunt hæredes ex eo teſtamento, vt in auten. de hęre. ab inteſta. in prin. colla. 9. Poſſunt addi & duo alij modi, ex poſtfacto, primus ſcilicet per quærelam expugnato teſtamento. Secundus per bonorum poſſeſſionem contratabulas, vide Azo. in ſumma. C. de ſuis, & legit. hæredi.

INTIMIDITAS vnde ᵃ cauſatur? Rñ. ſm S. Thom. 2. 2. quæſtione. 126. ar. primo, quòd aliquando ex defectu amoris proprij, ᵃ vt cũ quis minus debito amat vitam propriam & ea, quæ ordinãtur ad eã. Aliquando cauſatur ex elatione animi de ſe prçſumẽtis, & alios contẽnentis. ᵇ Aliquando autem cauſatur ex ſtoliditate, ſeu ſtulticia. ᶜ



a Amoris proprij] quia timor ex amore naſcitur, Idem iudiciũ erit de amore, & de timore. Agitur autẽ hîc de timore, cum mala tpalia timentur, qui prouenit ex bonorũ tẽporaliũ amore. inſertum aũt eſt vnicuiq; naturaliter, vt propriam vitã amet, & ea quæ ad ipſam vitam attinent, debito tamen modo, vt ſcilicet amẽtur huiuſmodi, non quaſi finis conſtituatur in eis, ſed eis vtendum eſt propter vltimum finem. Vnde, ꝙ aliquis deficiat a debito modo amoris ipſorũm, eſt contra naturalẽ inclinationem, & per conſequens peccatum. Nunquam tamen aliquis a tali amore totaliter decidit, quia quod eſt naturale, totaliter perdi nõ pōt. Vnde Epheſi. 5. Nemo vnquam carnẽ ſuã odio habuit. Et ideò etiam illi, qui ſeipſos interimunt ex amore carnis, ſuç, hoc faciunt, q̃a volunt ab anguſtijs ſuis liberari, vnde contingere pōt, quòd aliquis minus, quam debeat, timeat mortem, & alia temporalia mala, ꝓpter hoc, quòd min⁹ debito amet ea, ſed quod nihil horũ timeat non poteſt ex totali defectu amoris contingere, ſed ex eo ꝙ æſtimat, qđ mala appoſita bonis, quæ amat, ſibi ſubuenire nõ poſſe, quod contingit, vt hic.

b Et alios contemnẽtis] Vnde Iob. 41 Fact⁹ eſt, vt nullum timeret.

c Seu ſtulticia] Vnde Ariſtot. 3. Ethi. ſtulti propter ſtultitiam nihil timent.

1 Verũ ſit peccatum? Reſ. ꝙ ſic, vndecunque cauſet, niſi ſtoliditas ſit inuincibilis, & eſt ratio. 3. ethi. Intimiditas eſt contra fortitudinem ꝑ defectũ non timẽdi, vbi eſſet timẽdum, ſicut timor cõtra fortitudinẽ per exceſſum timẽdo, vbi non timendũ eſt, & ſecundùm Thom. vbi ſupra, ar. 2.

2 Quãdo eſt peccatũ mortale? Reſ. illa, quæ cauſatur ex defectu amoris, & elationis, tunc eſt mortale peccatũ, qñ ſine neceſſitate exponit ſe periculo probabili notabilis læſionis corporis, vt q̃ concurrit ad rixas, & multò magis aĩæ, vt de cunte ad choreas, vel nõ curat de eius notabili læſione omittendo prouiſionẽ debitã facere. Tertia verò, quæ cauſatur ex ſtoliditate, cõiter eſt a veniali, niſi proueniat ex lata culpa in his, in quibus imminet periculũ probabile notabilis nocumenti, & propterea omittit debitã prouiſionẽ, niſi vbi ſtoliditas eſt inuincibilis.

INTRVSVS dicitur, q̃ non canonicè, ſed ꝑ violentiam occupat honores, vel beneficia eccleſiaſtica, vnde fur eſt, & latro. & eſt in peccato mortali, & tenetur reſtituere omnia, quæ inde recipit, capitulo, granis, de reſtitutione ſpoliatorum.

INVENTA ᵈ an ſint reſtituenda? Reſ. ꝙ quædam ſunt, quæ fuerũt in dominio alicuius, & talia inueniens tenetur reſtituere, imò furtũ committit, q̃ ea animo non reſtituendi accipit. l. falſus. §. q̃ alienũ, & §. ſe. ff. de fur. & 14. q. 5. cap. ſi q̃d inueniſti, ſiue talia amiſerit domin⁹ ipſarũ ex ruina, vel incendio, vel naufragio, vt ff. de incen. rui. na. ꝑ totũ. Idẽ dico de iactatis in mare cã nauis alleuiandæ. ff. ad l. Rho. de iac. l. qui leuiandæ, aliàs leuandæ, Et ibi no. in gl. vel qualitercũque amiſit, & hoc verũ, niſi haberẽtur pro derelictis, & tunc credit Fede. cõ. 17. ꝙ habeãtur ꝓ derelictis, ſi dominus tacet, nec per ſe nec per alios perquirit, q̃a d. l. q̃ leuiandæ, vel leuandæ, videtur ſtatim imponere neceſſitatẽ perquirẽdi res amiſſas, & ſic illa negligẽtia non q̃rendi tollit primã p̃ſumptionẽ, quã facit lex, ſ. ꝙ nõ habeant ꝓ derelictis, niſi aliter conſtet ꝑ qualitatem, actus de volũtate dñi, cũ nemo p̃ræſumitur iactare res ſuas, d. l falſus. §. ſi iactum, & d. l. q̃ leuandæ, qđ no. pro limitatione eorum quæ dico j. Naufragium. §. tertio nec talia inuenta, qñ non habentur pro derelictis, poſſunt vſucapi, quia in eis deficit titulus pro derelicto, vt in l. ſi quis merces, ff. pro derelicto. Vnde cõſuetudo aliquorum, qui iactata in mare vel a fluminibus portata occupant, videtur expreſsè reprobata per dicta l. qui leuandæ, & licèt loquatur de iactatis in mare, tamen idem eſt de

d Catechiſm. in præcep nõ fur. faci c. ij. & de ſatiſfa. ca. poſtre. Pet. Ven.

d Inuenta] An inuentũ per vnũ ſocium itineris a caſu, vel fortuna ſit cõmune, Cy. in l. tandiu, in fi. C. ꝓ ſo. Dicit ꝙ non, Pe. de per. trat. de duo. fratri. 5 parte q. 7. dicit. q̃ eſſe puerilem, & credit dictũ Cy. eſſe verũ, niſi eſſet ſocietas omniũ bonorum. l. 1. §. ſpecialiter, ff. ꝓ ſo. & l. cum duobus. §. ſociũ vniuerſa eo. ti. Hoc intelligit, ſi tale inuentum fieret occupatis, vt lapilli in littore maris, vel eſſet pro derelicto, ff. de acqu. poſſ. l. 1. oportet etiam ꝙ talis inuẽtio fiat per apprehẽſionem, non per viſum tantum ſecũdùm Paul. de Caſ. i d. l. 1. aliàs ſecus per regulã, q̃ hic, Quod ruum non eſt, d aliũ ſpectare ſcire debuiſſſi. l. cũ quærebatur, C. Vnde. vi.

ablatis à flumine, vt ſũt ligna, & huiuſmodi, cum parũ differant ab illis, vt dicit tex. Inſti. de re. diui. [a] §. vlt. facit auth. nauigia, C. de fur. Quædã ſunt, quæ nunq̃ fuerunt in dominio alicuiꝰ, vt lapilli in littore maris, feræ ſilueſtres, & huiuſmodi & talia fiunt occupantis, ſiue beſtię capiantˀ in fundo proprio, ſiue ĩ alieno, dum mõ non fuerit prohibitus intrare à dño fundi. [b] ſiue fuerint antea vulneratæ ab aliquo, dummodo eas non proſequeretur, Inſti. de re. di. in multis. §§. vt patet in §. ferę, & §. illud, & ff. de acqui. re. do. l. 3. & l. naturalē, niſi ſecus ſit de conſuetudine, qa tunc ſtabitur conſuetudini. l. q ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de ædili. edic. ſm gl. in d. l. naturalē. §. illud. ſimiliter ſi eſſent captæ in rete alieno, non credo ſint accipiẽtis ſm gl. ĩ l. in laqueũ [c] ff. de acqu. re. do. & Inſt. de re. diui. §. ſingulorũ, licèt rigor iuris videatur velle, q ſint capiẽtis, ibid. Ferę verò ſilueſtres, ſed domeſticæ factæ ſicut pauones, colũbæ, apes in alueo, & hmõi, tandiu ſunt poſſidentis, quandiu habẽt animũ reuertẽdi domũ, ſed ſi bis aufugiant, nec horis debitis non impeditæ reuertuntur, fiũt capientis, qa conſuetudo inducitur per binũ actum. l. 3. C. de epiſcopali audi. & ſic non dicũtur habere animũ reuertẽdi, animalia verò naturaliter domeſtica vt gallinæ, & hmõi, ſemp ſũt domini, & capiens ea, tenetur reſtituere cũ fructibus, puta ouis, & hmõi. §. gallinarũ. Inſti. de re. di. & ff. de acqui. re. do. l. naturalem. §. gallinarum.

1 Vtrũ inueniens theſaurũ teneatur reſtituere? Reſ. q ſi in ſuo ſolo inuenit, ſic ſuũ erit, ſi verò in alieno ſolo, & a caſu, ſic medietas erit ſua, & alia medietas erit domini ſoli. Si vero data opera totũ erit dñi fundi Inſt. de re. di. §. theſauros, & C. de theſau. l. vnica, lib. 10. Nec eſt verũ, q dicit gl. in c. ſi qd. 14. q. 5. q inuẽtus in loco ſacro, vel religioſo ſit inuẽtoris, ſed erit ſm diſtinctionẽ prædictã, vt expſsè tenẽt doc. in d. §. theſauros, qa hodie eccleſiæ, & loca religioſa ſũt prælatorũ. Idem dic, ſi inuenit in loco publico, & ſic ĩtellige. l. 3. [d] §. de. ff. de iu fiſ. & aduerte hic qa in ſuo non dr̃ inuenire vſufructuarius, nec ille, q habet bona hypothecata, nec maritus, ſi inuenit in fundo dotali, niſi ſolũ q ad maritũ vt teneat in vita vxoris, ſed diſſoluto matrimonio [e] reſtituere tenetur vide Bar. in l. ſi is q. §. fin. ff. de acqui. re. do. emphyteuta verò, qui habet vtile dominiũ, diuidet cũ dño, qui habet directum dominium vide Bar. in l. cauſæ, in fin. ff. de procu.

2 Quid de terra p alluuionẽ addita terræ alteriꝰ? Reſ. diſtinguẽdo, qa inſula nata in mari eſt occupãtis, ĩ medio verò fluminis ẽ cõis habẽtib. pdia iuxta flumen ex vtraq; parte: ſi verò eſt ĩ medio, eſt illius, cuius eſt pximior, ager verò a flumine diuiſo circũdatus remanet cuiꝰ erat. & ſi flumẽ mutat alueũ, primꝰ alueꝰ efficitur eorũ, q pdia circa eum habent, & ſecũdꝰ alueus eſt publicus; & ſi reuertitur ad primũ, ſecundus alueꝰ erit eorũ, q habent prædia circa eũ. Similiter ager inũdatus, aqua ipſa recedente, remanet eius cuius erat. hæc habẽtˀ Inſ. de re. di. §. ĩſula. & ſic ſerua, niſi cõſuetudo ſit in cõtrariũ, vel ſtatutũ.

a Et inſti. de re. di.] §. vl. In fine dicit, quòd ſimile iudiciũ eſt de his, qui de rheda, id eſt curru cadunt.

b A domino fũdi] De quo dic, vt infra, venatio, in poſtilla magna. Et adde, quòd ſi aliquis accipit de ore lupi, vel milui, vel de ore alterius tenetur reſtituere domino l. Põponius, in fi. ff. de acquiren. rerum do.

c Secundũ glo. in l. 1 laqueum.] Dicit glo. in d. §. illud, quòd ſunt capientis, & pro hoc eſt etiam tex. ĩ d. l. in laqueum, Bartol. ibi dicit, qd̃ in laqueo cecidit, nõ eſt meũ, niſi manualiter capiatur. tu dic hoc de ęquitate, vt hic patet.

d Et ſic intellige. l. 3.] Secundũ tamen gl. intelligitur illa lex ſm ciuilẽ actionem, & non ſm naturalem æquitatem. vt in d. §. theſauros, qui vult totum eſſe inuentoris.

e Sed diſſoluto matrimonio] Barto. hoc dicit in l. diuortio. §. ſi fundum, ff. ſoluto matr. & ibi gl. Hoſt. in c. dudum. 2. de ele. refert ibi Pa. ſuper gloſ. in ver. furtum. Dicit, q nõ eſt iniquum dicere, vt aliqd detur inuentori, vt inducantur potius ad manifeſtandũ, quàm celandum, arg. optimum in l. 4. in fine. ff. de condi. ob turpi. cauſam, ſed certè hoc dictũ iure non probatur. Nam loquitur ille tex. quãdo à principio quis conuenit cum domino, vt aliquid accipiat pro indicando ſeruum fugitiuum, quia tunc valet conuentio vt ibi. Sed hoc forte ideò, quia ſeruus fugitiuus non erat apud iſtum indicatorem, ſed quãdo res eſt apud eũ differendo reſtitutionem cõtrectat rem alienã inuito domino, Et ſic eſt tunc cõmittere furtum. Valet tamen dictum Hoſtien. in practica, vide ſupra, celare. Item inueniens rem alterius non poteſt licitè petere, quòd aliquid ſibi detur pro inuentione. l. falſus. §. qui alienum, verſ. quid ergo ſi precium & ibi Bartolus ff. de fur. Guilel. & Alber. in l. 4. §. vltimo, ff. de cond. ob tur cauſam, dicunt hoc eſſe multum no, quia ſæpe occurrit; tamen pro laboro inueniendi de futuro poteſt aliquid accipi, vt lege nauis onuſtæ. §. ſed ſi nauis, ff. ad l. Rho. de iac. ſecundum Bartolus in d. §. qui alienum, & Ab. vbi ſupra.

Lædamur,



3 Sed qũo tenetˀ reſtituere ille, q neſcit, cuiꝰ ſit? Rñ. q ſi res non habebatur p derelicta, tenetur facere denũciare publicè, & ſi poſt nõ cõparet, cuius ſit, erogabit in pauperes ſm Hoſ. vel ſi ipſe eſt pauper, retinebit autoritate epi, vel ſui cõfeſſoris ſm Rai. & orabit pro illo, cuius erat. Si verò pbabiliter pt præſumere, quia dñs eam habeat pro derelicta, ſic poterit vſucapere, l. idem quod, ff. pro dereli.

INVESTITVRA pprié eſt poſſeſſionis rei traditio, impropriè aũt eſt alicuius corporei loco poſſeſſionis in manibꝰ poſitio. vnde, qñ dominus dat vaſallo haſtã, vel aliquod ſimile, dicẽs ſe facere inueſtiturã, vt in tit. quid eſt inueſtitura, inueſtire dicitur.

1 Vtrũ ſit ſienda corã feſtibus? Rñ. q ſic, non qa nõ valeat ſine teſtibꝰ, & inſtrumento, ſed vt veritas pbari poſſit, & quidẽ ſi ſiet de beneficio nouo, tunc ſi pares, .i. vaſallos habet, corã trib. vel ſaltẽ duobꝰ ex eis tenetˀ facere. ſi verò pares .i. alios vaſallos nõ habet, faciat corã alijs idoneis teſtib. Si aũt inueſtiat de veteri beneficio, põt fieri corã quibuſcũque idoneis teſtibꝰ, vt ĩ tit. qui teſtes ſunt neceſſarij, & ẽt ſi eſt clericus, qui inueſtituram facit de rebus proprijs; de rebus verò eccleſiæ admittũtur omnes teſtes idonei ſecundùm Hoſtien.

INVIDIA ſm Da. li. 2. eſt dolor de alienis bonis, ſed aduerte, q cum obiectum triſtitiæ ſit malum proprium, ideò de bono alterius põt eſſe triſtitia, prout apprehẽditur vt malũ ppriũ, & ſm hoc quadrupliciter. Primo modo inquantum ex eo nobis aliquod periculũ imminet, ſ. nè ab eo lædamur. [a] & hæc triſtitia non eſt inuidia, ſed effectꝰ timoris, vt dicit phi. 2. Rhet. & põt eſſe ſine peccato, vt dicit. Gre. 2. mor. Alio mõ apprehenditur, inquantũ eſt diminutiuum propriæ glorię, vel excellẽtiæ, & hęc triſtitia eſt propriè inuidia ſm Phi. [b] vbi ſ. & ex genere ſuo eſt peccatũ mortale. Iob. 5. paruulum occidit inuidia, cum ſit cõtra charitatem. Sunt tamen primi motus inuidiæ quandoque etiam in perfectis ex ſurreptione, qui ſunt venialia peccata, & eſt ſimile de inuidia paruulorũ, in quibus non verè eſt vſus rationis, & de motu inuidiæ, ſm quòd eſt paſſio ſenſualitatis. Tertio modo apprehenditur bonum alterius, inquantũ deeſt nobis, quod alius habet, & ſic triſtatur, & hæc triſtitia non eſt inuidia, ſed propriè dicitur zelus ſm Phi. vbi ſupra. Et ſi eſt de bonis honeſtis, eſt laudabilis, ſm illud. 1. Cor. 12. Emulamini chariſmata meliora. Si autem ſit de bonis temporalibus, aut de bonis inhoneſtis, pt eſſe peccatũ, & ſine peccato, & aliqñ cum mortali, puta cũ talia ſunt contra deum. Quarto modo apprehenditur bonũ alterius, prout poteſt cedere in damnum multorũ iniuſtè, & ſic nõ eſt inuidia [c] ſm Gre. nec peccatũ, puta cũ qs triſtatur de proſperitate alicuius tyrãni quia videt, quòd magis, tyrannizabit.

1 Quot ſunt eius filiæ? Reſ. ſecundũ Gre. 31. mor. 4. ſ. Odiũ [d] Suſurratio, Detractio de quibꝰ habes in locis ſuis, exultatio ĩ aduerſis, & afflictio in proſperis proximi, inquantum eueniunt proximo contra conatum inuidentis, ſed quãdo triſtatur de proſperis. ſm quòd habent quandam gloriam ſic eſt inuidia, non eius filia. æmulatio verò, & inuidia idem ſunt generaliter, licèt propriè inuidia attendatur in actu interiori, æmulatio verò in actu exteriori, vt dicit gl. ſup illud Gal. 5. æmulatiões, inuidię.

Ipocri-

a Lædamur] Vt ſi quis triſtatur de bono inimici ſui, & exaltatio nõ, timens ab eo lædi.

b Secũdũ philoſophũ] Quia dolet de eo, quo gaudendũ eſſet.

c Et ſic nõ eſt inuidia] Hæc oĩa habẽtur Th. 2. 2. q. 36. art. 1. & 2. vbi ẽt dicit, q aliqs triſtatur de bono alteriꝰ, in quãtũ ille, cui accidit bonũ, ẽ eo indignus, q triſtitia nõ põt oriri ex bonis honeſtis, ex quibꝰ aliqs iuſtus efficitur. Sed ſicut dicit Phi. 2. rhe. eſt de diuitijs, & talibus, quæ pñt cõuenire, dignis & idignis & hoc vocatur nemeſis. ſed hoc dixit Phi. qſia cõſiderabat hæc bona tpalia eẽ magna ſm ſe, ſed ſm doctrinã fidei nihil ſunt, & deus aliquando cõcedit ea indignis, vel ad eorum correctionẽ, vel ad dãnationẽ, vnde dicitur in pſal. Noli emulari in malignantib. &c. ex quo patet, q talis iuſtitia, phibetur, & hoc et patet ex alio pſal. zelaui ſuper iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs. Qualiter aũt ſit vitiũ capitale, & mortale ponit Tho. vbi ſ. ar. 3. & 4.

d De his catech. in præcep. non occides, circa finem præcipuè, & in pręcep. Nõ loqueris cõ. proxi. &c. c. prohibetur. P. V.

IPOCRISIS.[a] Vide, Simulatio.

IPOTHECA quid ſit, & de ea vide, pignus, per totum.

IRA eſt quędã paſſio appetitus ſenſitiui propriè, quæ dicitur vis iraſcibilis qua quis vindictã appetit, quæ quidem paſſio in tantũ eſt bona, inquantum regulatur à rõne. Si verò ordinẽ rationis excludit, eſt mala, ordo aũt rõnis in ira põt attendi quantũ ad duo, primò quantũ ad appetibile, in quod tendit, quod eſt vindicta, vnde ſi quis appetit, ꝙ ſecundũ ordinẽ rõnis vindicta fiat, ſic dr̃ zelus, & eſt laudabile. Si aũt appetat ꝙ fiat vindicta qualitercunque, ẽt ꝯtra ordinẽ rõnis, ſic eſt ira ex genere ſuo peccatũ mortale, q̃a contrariatur charitati & iuſtitiæ, poſſet tñ eſſe peccatũ veniale ꝑꝑ imperfectionẽ actus, & hoc vel ex parte appetẽtis, vt cũ appetitus ꝑuenit iudiciũ rõnis, nec ſequit̃ cõſenſus ad eũ, vel ex parte appetibilis, vt cũ appetit in modico vindicare, ꝙ ſi inferatur, nõ erit mortale, vt trahere puerũ per capillos, & hmõi, ſecundò attẽditur ordo rõnis in ira quantùm ad modũ iraſcendi, vt ſ. motus iræ non immoderatè feruescat interius, vel exterius, q̃ ordo ſi prætermittatur, non erit ſine peccato, ẽt ſi iuſtã appeteret vindictam, ſed non erit mortale ex genere ſuo, ſed poſſet eſſe mortale peccatũ, puta ſi ex vehemẽtia irę excidat à dilectione dei, vel proximi.

1 Quomõ progreditur? Reſ. ꝙ tres hẽt modos, Scilicet primò in corde vindictam appetẽdo, de quo Mat. 5. qui iraſcit̃[b] fratri ſuo, ſ. per iram mortalem. Secundò in ſignis manifeſtatur, & ideò ſubiungit, Qui dixerit fratri ſuo, racha, quod eſt interiectio iraſcentis. Tertiò in facto nocumentum inferendo liuore vindictæ. Si primus gradus eſt mortalis, multo magis Secundus eſt grauior. Tertius grauiſſimus, ſi deterius noceat.

2 Quot ſunt eius filię? Reſ. Gre. 30. Morã. 6. ſ. Rixa,[c] Tumor mẽtis, Contumelia, Clamor, Indignatio, Et blaſphemia. Adde. 7. ſ. bellum. Et 8. ſcilicet maledictio. Et 9. ſcilicet ſeditio, de quibus in locis ſuis.

IRREGVLARITAS[d] eſt impedimẽtum, ſeu repulſio executionis diuini officij, ſeu ſacramenti ex canonica conſtitutione proueniens, arg. de tempo. or. c. vlti. & dicitur ſtrictè irregularitas quaſi extra regulas aliorum quò ad ordinationẽ, quia requiritur diſpenſatio, dicitur etiam magis largè irregularis, qui non poteſt miniſtrare in ſuſceptis, nec aſcendere ad maiores, hæc introducta eſt à iure poſitiuo, vt 2. q. 7. c. nos. §. item Daniel,[e] licèt in veteri teſtamento fuerit præordinata in perſona Danielis de conſ. diſt. 1. c. 1.

1 Irregularitas in quibus caſibus incurritur ipſo iure? Rñ. ꝙ aliqñ ex delicto, aliqñ ex defectu corporis, aliqñ ex defectu ſacramenti, de quib⁹ habes per doc. in c. niſi cũ. §. perſonæ, verò, de renũti. ſed pro clariori intelligẽtia caſus ex quib⁹ aliquis efficit̃ irregularis, hoc eſt ꝙ nõ põt promoueri, vel ſi promotus non poteſt exercere ſuum officium, explicabo inferius. q̃ reducũt̃ ad 13.

2 Primò ex homicidio, vel truncatione, aut mutilatione membrorum, vt ſupra, homicidium. 5.

3 Sed quid ſi fuit in leuiſſima, culpa homicidij, dando operam rei licitæ? Reſp. ꝙ non eſt irregularis. facit tex in ca. quęſitũ, de pę. & re. in ver. verùm ex incuria, & ibi no. Pa. & per hoc limita, & intellige, quod dico ſupra, homicidiũ. 2. §. . & 1. §. 17.

4 Verum clericus reſpondens iudici ſic, pro tali crimine debetur pœna mortis, ſit irregularis? Reſ. Pa. in c. ex literis, de exce. præl. ſic diſtinguendo ſecũdum Hoſt. ꝙ aut crimen imminet puniendũ de præſenti, & ſic, ſi ex cõſilio ſuo generali, vel ſpeciali ſe-

